LYCOPHRONIS
CHALCIDENSIS
ALEXANDRA,

OBSCURUM POEMA.

Cum Græco

ISAACII,

SEU POTIUS

JOANNIS, TZETZÆ

COMMENTARIO.

Verſiones, Variantes Lectiones, Emendationes, Adnotationes, & Indices neceſſarios

ADJECIT

JOANNES POTTERUS,

A.M. & Collegii Lincolnienſis Socius.

Editio ſecunda, priori Auctior.

OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO,

An. Dom. MDCCII.

Impenſis JOANNIS OWENI.

Digitized by Google

Viro omni eruditionis laude ſumme illuſtri,

JOANNI GEORGIO
GRAEVIO

JOANNES POTTERUS

S. P. D.

REmitto Tibi Poetam hunc præ cæteris obſcurum, Vir clariſſime, quinque abhinc annos a me editum, & commentario illuſtratum; ſecundis vero curis nunc denuo perpolitum. Cui quicquid novæ lucis, vel pretii forte acceſſerit, Tibi prope integrum debetur; qui pro inſigni Tua humanitate editionem *Baſileenſem* cum antiquis membranis collatam ad me tranſmittere dignatus es; cujus beneficio *Tzetzæ* commentarius ducentis ferme in locis auctior, vel emendatior, quam antehac, prodit. Accipias igitur munuſculum hoc quale-

Digitized by Google

cunque, Tuis opibus inſtructum, atque obſervantiæ erga Te meæ teſtimonium; utcunque haud aliud oſtentet,quo mereatur tanto nomine inſcribi. Quod tamen Reipublicæ litteratorum, ac Tibi præſertim, qui principatum ejus jamdiu tenuiſti, eo fidentius offero, quia exemplaria prius vulgata dicuntur in manibus eſſe; & etiam humaniorum litterarum ſtudioſis, ut a Te audio, neſcio an candido nimis judice, non nihil utilitatis attulerunt. Vale.

Oxonii,
Kal. Maji,
MDCCII.

Digitized by Google

GULIELMI CANTERI
IN
LYCOPHRONEM
PROLEGOMENA.

QUOD ab iis plerunque fieri ſolet, qui ſcriptores inſignes vel interpretandos, vel enarrandos ſuſcipiunt, ut quædam ad eos auſpicandos pertinentia præponant: idem & mihi operis hujus initio faciendum puto, quo facilius lector benevolus in reliquis, ubi de ſumma rei præmonitus fuerit, inoffenſe progrediatur. Sic igitur agemus, ut primum de poeta, Lycophrone: tum de poemate, Caſſandra: denique de verſionibus, & annotationibus breviter, quæ ad rem arbitrabimur pertinere, dicamus. Lycophron poeta Chalcide Eubœæ natus, patrem habuit Socleum grammaticum, poſtea in Lyci hiſtorici familiam per adoptionem tranſiit, ut ſcribit Suidas. Floruit ſub Ptolemæo Philadelpho, Lagi F. magna cum eruditionis, & poeticæ facultatis gloria, ſic ut inter ſeptem tragicos ſui temporis præſtantiſſimos (iis Pleiadum nomen propter numeri æqualitatem fuit inditum) omnium calculis relatus fuerit. Eos ſeptem poetas fuiſſe tradunt, Homerum juniorem, Soſitheum, Alexandrum, Philiſcum, Soſiphanem, Æantidem, Lycophronem. quamvis enim ab aliis alii ponantur, equidem Hephæſtionem grammaticum recte mihi ſequi videor. Scripſit porro Lycophron tragœdias primum viginti, quas enumerat Suidas: deinde ſatyras multas: ex quarum una, Menedemo, verſus aliquot ab Athenæo, & Laertio producuntur: præterea libros de comœdia, quos Athenæus idem citat: denique Caſſandram, ſive Alexandram. cæterum de comœdia libros an huic Lycophroni tribuere debeam, dubito: cum fuerit eodem nomine quidam etiam grammaticus, qui Ariſtophanem, & Cratinum interpretatus eſt. Neque vero tantum in poeſi Lycophron excelluit, verum etiam Anagrammatiſmis excogitandis omnes in ſui admirationem rapuit. ii autem ſic fiunt, cum ex nomine aliquo proprio, quod vocant, ſententia præclara, vel dictum aliquod ſubtile & argutum, literis tantum inter ſe loco mutatis, elicitur. Sic Lycophron Ptolemæum regem eleganter per Anagrammatiſmum vocavit ἀπὸ μέλιτος, id eſt, mellitum ac ſuavem: *& Arſinoen reginam* ἴον Ἥρας, *id eſt,* violam Junonis. *Nam ſi quis nomen* Πτολεμαῖος *cum vocibus* ἀπὸ μέλιτος, *aut* Ἀρσινόη *cum* ἴον Ἥρας *conferat: manifeſte in utriſque literas eaſdem, ordine duntaxat inverſo, manere comperiet. Cabaliſtæ quoque, qui hac ratione ſacra multa explicant, hoc pacto Meſſiam è Iiſmah, verbi gratia, Michaelem è Ma-*

lachi quaſi eduxerunt. Atque hæc fere ſunt, quæ de Lycophrone leguntur. poſtremo de mortis genere illud ex Ovidio colligi ſaltem poteſt, ſagitta transfixum obiiſſe. ſic enim ait in Ibin,

Utque cothurnatum periiſſe Lycophrona narrant,
Hæreat in fibris fixa ſagitta tuis.

Hæc de poeta hactenus. nunc de poemate dicamus eo, quod ſolum ex tot ejus tragœdiis, & ſatyris ſuperſtes remanſit, quodque ut non plane tragœdiam, ita ſane Monodiam quandam tragicam (fuerunt enim & veterum tragœdiæ nonnullæ μονοπρόσωπα*) appellare liceat. Inſcribitur autem Caſſandra, vel Alexandra, de Priami filia, quæ & Caſſandra dicebatur, & Alexandra, ſicut & Paridi aliud nomen fuit Alexandro, aliiſque multis ad eundem modum. Caſſandra igitur, ut ad operis argumentum veniamus, Priami fuit & Hecubæ filia: quæ cum aliquando vaticinandi artem ſimul cum fratre Heleno ab Apolline, vel Apollinis quodam ſacerdote diſceret, ille Caſſandræ amore inter docendum captus, ſi cum ipſo rem habere vellet, peritiſſimam artis vaticinandi ſe illam redditurum promiſit. Caſſandra vero, artis perdiſcendæ cupida cum eſſet, recepit quidem ſe ejus libidini ſatisfacturam, cum primum artem probe percepiſſet: poſt autem voti compos facta, ſacerdoti, quod pollicita fuerat, conſtanter abnegavit. Tum ille de fraude ſibi facta dolens, cum aliud non poſſet, hoc ſaltem apud regem Priamum, & cæteros Trojanos effecit, ut Caſſandræ oraculis nemo fidem adhiberet, nec eam pro vate fatidica potius quam pro inſana atque delirante omnes haberent. Recte enim Virgilius:*

-------Dei juſſu non unquam credita Teucris.

Hinc porro factum eſt, ut eam parentes exoſi, quod infauſta ſemper & adverſa prædiceret omnia, in turrim lapideam concluſerint, in qua perpetuo degeret, ac ſecum variis de rebus vaticinaretur. Hanc igitur hiſtoriam ſecuti poetæ omnes, tum Græci, tum Latini, (in his Homerus, Æſchylus, Euripides, Calaber, Tryphiodorus, Virgilius, Ovidius, Seneca) Caſſandram ſemper vaticinantem inducunt. qua ratione Lycophron quoque Caſſandram introducit hoc in poemate, dum Paridem in Græciam ad rapiendam Helenam ſolventem ſpectaret, magno cum numinis afflatu, de Paride primum ipſo, deque Trojanis, deinde de Græcis, & aliis populis multa edentem oracula. Simile quoque argumentum Bacchylides, ſi Porphyrioni credimus, tractarat. Ac videtur hiſtoriam uterque ſecutus eam, quam Dictys Cretenſis ita tradit.

Per idem tempus Caſſandra deo repleta, multa in Agamemnonem adverſa pronunciat: inſidias quippe ex occulto, cædemque domi per ſuos compoſitam: præterea univerſo exercitui profectionem ad ſuos incommodam, exitialemque.

Quod

Quod autem dicere cœperam, talis eſt à Poeta horum oraculorum inſtitutus ordo, ut initio Caſſandra Trojanam urbem deploret, cui vaſtiſſima immineat ruina: deinde clades varias ex bello Trojano ſecuturas prædicat. harum porro eas primo loco recenſet quæ ex Helenæ raptu ſibi, parentibus, fratribus, ſororibus, toti denique regiæ familiæ ſint eventuræ: ſecundo, quas Græci propter Ajacis libidinem ſint perpeſſuri, idque partim in reditu, ut Ajax, Diomedes, Ulyſſes, Menelaus, alii multi: partim domum reverſi, ut Agamemnon, & Idomeneus. Poſtremo Caſſandra repetitam altius cauſam exponit, de qua perpetuis inter ſe bellis Europa & Aſia longo tempore conflictatæ ſunt. in qua quidem explicatione, ab Ionis uſque, & Europæ raptu, per Argonautarum, Amazonum, Trojanorum hiſtoriam, Midæ quoque, & Xerxis imperia, ad monarchiam uſque Alexandri Magni, artificioſiſſimam hiſtoriæ ſeriem deducit. quo facto, cogitans, nullam ſibi apud homines auctoritatem fore, poſtquam falſos de ipſa rumores Apollo ſparſiſſet, tandem conquieſcit. Veruntamen non hæc tantum, quæ nunc recenſui, in hoc poemate tractantur, ſed & aliæ hiſtoriæ, fabulæque permultæ per varias digreſſiones elegantiſſime inſeruntur: in his labores Herculis, Deucalioneum diluvium, Dioſcurorum & Apharidarum pugna, Æneæ peregrinatio, & in Latium deducta colonia, aliarumque gentium migrationes aliquot, & coloniæ. Quamobrem affirmare auſim, quicunque hoc poema, licet parvum, diligenter perlegerint, eos & hiſtoriarum, & poeticarum fabularum partem non exiguam probe perfecteque eſſe cognituros.

His ita breviter expoſitis, poſtremo loco de verſione noſtra, & annotationibus, ut propoſueramus, dicendum videtur. Cum enim ſit hoc poema valde obſcurum atque difficile, tum propter verba, & ſimplicia, & compoſita, quæ ſæpe nimis inuſitata ſunt, tum ob res ipſas, ſive hiſtorias, fabulaſque nuſquam alibi quærendas: ideoque ſummo jure τὸ σκοτεινὸν ποίημα *fuerit hactenus appellatum: operæ precium aliquod me facturum putavi, ſi primum contextum ipſum poetæ ſimpliciter, & ad verbum, quam poſſem clariſſime, verterem: deinde annotationes adjicerem, quibus difficiliora loca paulo fuſius explicarem, (nam in aliis brevis eſſe volui) & verſionis noſtræ rationem aliquando redderem. Et ad illud quidem quod attinet, in eo non tam verbis ſelectis ordine annumerandis, quam dictionis totius perſpicuitati plerunque ſtuduimus, eaque de cauſa compoſitis etiam verbis liberius interdum, re ita exigente, uſi ſumus: in his autem non ſemper ſcholiaſten Græcum, Iſacium Tzetzem, ſum ſecutus, quem fœdiſſime multis in locis lapſum conſtat: ſed & antiquorum poetarum atque hiſtoricorum auctoritatem, ex qua commodior ſenſus elici poſſet, ſæpe adhibendam, nonnunquam etiam doctorum quorundam hujus temporis virorum judicio, atque ingenio utendum cenſui. Vellem equidem, extarent Theonis in Lycophro-*

Digitized by Google

nem ſcholia, quæ laudat Stephanus, vel aliorum in hunc poetam commentarii, ex quibus videtur ſuos Tzetzes concinnaſſe: ſiquidem magna nos laboris parte potuiſſent, opinor, levare. Sed iſta quoniam facilius optari poſſunt, quam contingere, aliorum etiam, ut dicebam, ſcriptorum ſubſidium quærere ſumus compulſi. quanquam ne ſic quidem pollicemur nos facilia cuncta, planaque reddidiſſe, cum id & ingenium noſtro majus, & eruditionem, quam noſtra ferat ætas, pleniorem poſtulet. Extant enim apud Lycophronem & hiſtoriæ multæ, quas nemo, quod ſciam, alius attigit, ut Mnemonis, Prylis, Midæ: & vocabula non pauca, quæ ſi quis alibi quærere velit, operam, credo, omnem luſerit. ea ſunt φύλαμος, λάεις, πέρρα, πῖλας, ſimilia. Quas ob res futurum ſpero, uti lector benevolus, operis difficultate cognita, faciliorem nobis veniam, ſicubi lapſi fuerimus, (id quod in Obſcuro poemate fieri facile potuit) dare, ac labores noſtros candore ſuo fovere non ſit gravaturus. Nam quod ad Bertrandum quendam, cujus eſt olim edita verſio Lycophronis, & ſcholiorum, attinet, de eo nihil dicam aliud: petam duntaxat à lectore ſtudioſo, ut illius verſionis pagellas aliquot cum Græco contextu, & noſtra interpretatione conferre dignetur. Tum enim non difficulter, arbitror, intelliget, nequaquam nos, qui novam poſt illum verſionem & enarrationem, quamvis ante multos annos inſtitutam, protulimus, operam & oleum, quod aiunt, perdidiſſe. Quin etiam in colligendis undecunque variis lectionibus, quæ marginem occupant, curioſi eſſe voluimus, partim ut aliis aliquid inveniendi occaſionem præberemus, partim ut varia corruptelæ exempla in hoc etiam opere, ut in Ariſtide factum eſt, quaſi digito oſtenderemus. qua de re tota conſulendum noſtrum Syntagma.

IN
LYCOPHRONIS CASSANDRAM
ANNOTATIONES
GULIELMI CANTERI
ULTRAJECTINI.

1. DICAM *omnia clarè*] Duæ introducuntur in hoc poemate perſonæ: altera Nuncii narrantis: Priami regis auſcultantis altera. Ut enim ſolent in dramatibus ea, quæ commode nequeunt in ſcenam proferri, per nuncios, teſtes oculatos, exponi: ita hic nuncius Caſſandræ in carcerem concluſæ appoſitus fingitur, qui ejus verba ſubauſcultaret, atque ad Priamum referret. Is nunc igitur, tanquam à Priamo de verbis à Caſſandra prolatis interrogatus eſſet, ut ex fine libri liquet, attentione primum & benevolentia ſibi comparata, oracula deinde Caſſandræ per mimeſin, oratione recta, quam vocant, enarrat. Quod autem ad prima hæc, *Dicam omnia &c.* attinet, in iis imitatur Lycophron Homericum illud, Τοὶ γὰρ ἐγώ τοι πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω.

3. *Modeſta*] ſive modeſte. ſimile habes infra,

—— οὐ γὰρ ἥσυχος
Πορκεὺς δέδορκεν ὄλμος ναυκλήρων ἰδεῖν.

Cæterum inter alia horum ſigna, qui numine ſunt afflati, recenſetur etiam illud, quod magno cum clamore confuſoque tumultuantur, unde eſt illud Lucani de quadam, quæ enthuſiaſmum ſimulabat,

—— ſub pectore ficta quieto
Verba refert, nullo confuſæ murmure vocis,
Inſtinctam ſacro mentem teſtata furore.

& poſtea,

—— non rupta trementi
Verba ſono, nec vox antri complere capacis
Sufficiens ſpacium. ——

4. *Varium.*] propter oracula varia & obliqua, quæ ex ore prodibant.

6. *Laurivoro.*] fatidico. Lauri enim vis & proprietas multum putatur ad vaticinandum conducere. quo factum eſt, ut ea vates coronari veſcique conſueverint, quum erant oracula daturi, ſicut & poetæ verſus facturi caput coronabant. huc alluſum eſt à Tibullo,

—— ſic uſque ſacras innoxia lauros
Veſcar. ——

cui conſentaneum eſt, quod Euripides Caſſandram dixit, χλωροκόμῳ στεφάνῳ δάφνας κοσμηθεῖσαν, ὅταν θεοῦ μαντόσυνοι πνεύσωσ' ἀνάγκαι. ac videtur hoc epitheton è Sophoclis Caſſandra ſumtum, de qua hunc verſum citant Grammatici.

Δαφνηφάγον ὀδόντι φοίβαζον στόμα.

Fabula Daphnes in laurum converſæ, omnibus eſt nota. quare nos in his, & ſimilibus explicandis ſtudio breviores erimus.

7. *Nigræ.*] obſcuræ, idque propter ænigmata, quæ vulgata ſunt. Caſſandram autem obſcure loquentem introducit Lycophron, ut decoro conſulat. alioqui tanta dictionis & vocum obſcuritas in bono poeta, quemadmodum declarat Ariſtoteles, vix ferri poſſet.

9. *Audias.*] Sic Atticos ſolere coram viris magnis loqui, omiſſa imperandi ruſticitate, tradunt Græci.

Ibid. *Reputans.*] Sic Homerus,

—— ἢ ἐμεῖο ἐμπάζετο μύθων.

Tranſcurrendi verbum à curſu pedum ad mentis agitationem tranſlatum eſt.

12. *Itinere.*] Iter facere hic metaphorice eſt auſcultare, & audita perpendere: quemadmodum & curſus pro narratione ponitur. ſic apud Eurip. Tireſias,

Αιαι δὲ τῶν θεσφάτων ἐμῶν ὁδόν.

13. *Ego vero.*] A curſu ſtadiorum tranſlatio. *Funem* vocat, quo carceres erant obducti, teſte Pauſania Eliac. β'. quem vide. *Obliqua verba*, dicit obſcura Caſſandræ oracula.

16. *Fagii.*] montis, ad Oceanum orientalem ſiti, & à fagis dicti. ad ejus radices eſt Cerne inſula, quam nonnulli Hiberniam putant, & Ἰέρνην Strabonis. Hanno quoque in Itinerario ſuo Κέρνην recenſet, νῆσον μικρὰν, κατ' εὐθὺ Καρχηδόνος κειμένην. Jam Tithonus eſt *Auroræ concubinus*. idem vocatur *paternus Priami frater*, quod Tithonum ex Rhœone, Priamum ex Leucippe procreavit Laomedon. quique hic ἀμφιμήτριος, is alibi ἀμφιμήτωρ, & ἀμφίγονος ſeu ἀμφίγονος vocatur.

20. *Tranquillos*] ab effectu. *Nautas* dicit eos, qui cum Paride profecturi in Græciam erant.

22. *Virgicidam Thetim.*] Per hoc, mare: per illud, Helleſpontiacum intellige, in quo Helle virgo periit. Nazianzenus Theologus alicubi παρθενικὸν πέλαγος dixit,

23. *Julipides.*] Julus, qui & ἴουλος, vermis eſt multipes: cum quo navem Paridis comparat, quod ea remis, ut ille pedibus, abundaret.

24. *Phalacrææ filiæ.*] naves. nam ex arboribus Phalacræ, quod eſt unum de quatuor Idæ promontoriis, fabricatæ erant. Simili venuſtate dixit Horatius,

Silvæ filia nobilis:

& Varro Marcipore,

Phrenetici Septentrionum filii:

 quum

quum de ventis loqueretur. Naves etiam *ciconipelles* vocat, quod inſtar ciconiarum partim albæ ſint, ratione velorum: partim nigræ, ſi naves ipſas conſideres.

25. *Calydnas.*] inſulas duas Trojanas, de quibus lib. 13. Strabo. *Albas alas* dicit remos recens politos. Eſſe porro alas navium, remos, non, ut quidam putarunt, vela, docet Homerus Odyſſea,

Οὐδ' εὐήρε' ἐρετμὰ, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται.

Simili quoque figura dixit Poeta *remigium alarum*: & Propertius,

—— *claſſis centenis remigat alis.*

Admonet præterea Pollux, extremas remorum partes πτερὰ καὶ ταρσοὺς dici. Cur denique alæ navium remi dicantur, nemo dubitabit, qui quidem remigationem ipſam æqualiter procedentem inſpexerit. tum namque ſublati & demiſſi remi, avium ſpeciem in aere volantium, & alas eodem agitantium modo prorſus referunt.

27. *Septemtrionalibus.*] Septemtrionis. phraſis eſt Homerica, ut quum ait,

Νεστορέη παρὰ νηῒ Πελασγικὸς βασιλῆος·

nempe quum ἀπὸ κτητικοῦ ὀνόματος ἀναλυθέντος ποιεῖται γενικὴ σύνταξις, ut inquit Euſtathius.

29. *Ates vaccivagis collibus.*] Colles Trojanos intelligit. in quibus turris erat, Caſſandræ carcer. Nominum origo hinc profluxit. Quum Dardanus è Samothracia in oppoſitam continentem profectus, urbem ibi vellet extruere, prohibitus eſt oraculi voce, quæ omnibus eum locum habitaturis ἄτην, i. e. calamitatem & perniciem inſtare præmonebat. itaque apellati ſunt *Ates* colles, & Ἀπολέμος una voce, ſi Phavorino credimus. Poſtea Ilus oraculo accepto, ut vaccam ſequutus, ubi illa primum procumberet, illic urbem conderet, ad Ates colles devenit, (qui hic ideo vaccivagi vocantur, à vacca ad illos uſque evagata) & Ilium ibidem poſuit.

31. *Nutrix.*] patria, nempe Troja. ſic in epigrammatibus Chreſtodorus,

Δαρδανίην ξύμπασαν ἐληΐσσαντο τιθήνην.

id eſt,

Dardaniam totam nutricem ſunt populati.

Catullus *Patriam genitricem* in Galliambo dixit.

32. *Navibus*] Hercules ob denegatos equos, à Laomedonte ſibi promiſſos, Trojam expugnavit. eum *trinoctem* vocat, quia, ut inquit Propertius,

Juppiter Alcmenæ geminas requieverat arctos.

34. *Tritonis.*] Neptuni, cujus *canem* vocat cetum, qui à Neptuno in agrum Trojanum erat immiſſus. Eum Hercules interfecturus, totus à bellua fuit abſorptus: cujus inteſtina quum deinde in ventre diſſecuiſſet, poſtea, mortuo ceto, vivus exiit, capillis tantum amiſſis, quos nimius bellnini ſtomachi calor decoxerat.

Ibid. *Aſper.*] Canes enim, & piſces omnes carnivori aſperos & ſerratos, non continuos, habent dentes: unde & καρχαρόδοντες nuncupantur.

35. *Ambuſtus.*] calore ceti interno. *Calidum campum* vocat ceti ventrem, quem etiam *ollam* appellat *ignis expertem*: ſiquidem interno calore fovetur. aliter Heſiodus ἄπυρον οἶκον dixit mare.

38. *Infanticida.*] Vide Senecam Hercule Furent. & alios, qui Herculis hiſtoriam expoſuerunt latiſſime, in his Diodorum Siculum. *Alteram matrem* dicit Junonem, novercam Herculis: quam ille, quum Neleo opem ferret, vulneravit, quanquam divinitas vulneribus non ſolet eſſe obnoxia. Hiſtoriam habet Homerus Iliad. ε'.

41. *Patris Luctatoris*] Jovis, qui cum Hercule Olympicum certamen inſtituente luctatus eſt, & ex eo Luctator dictus. Sequentia verba tria geſtum exprimunt luctantium, qui ſeſe mutuo comprehendere ſolent, & conſtringere. id uno verbo Græci dicunt διαλαβεῖν.

42. *Saturni collem.*] Olympum, qui antea Saturnius collis dicebatur. ſolebant enim olim loca omnia ſublimia Saturno dicari. Pindarus Olympiis de Hercule, Καὶ πάγον Κρόνου προσεφθέγξατο. Similiter in Biblus qui dicantur *Montes Dei*, non eſt obſcurum.

43. *Iſcheni.*] qui quum pro civibus ſuis ſe devoviſſet, in ſtadio ſepultus eſt ad metam. Quidam hic malunt Ὠλένη legere. cujus viri meminit Pauſanias, quum de Taraxippis loquitur. Ponitur autem per Synecdochen meta pro toto ſtadio.

Ibid. *Equos turbans.*] Hinc ſolent ea loca Taraxippi vocari, quod eo venientes equi terreantur. Ἔδοξεν οὖν τοῖς Ἠλείοις, inquit alicubi Dio, ὡς δαιμονίου τινὸς ὄντος, ἱδρύσασθαι βωμὸν Ποσειδῶνος. καὶ τὸ λοιπὸν φασὶν γεγονέναι τὸν τόπον ἀσφαλῆ.

44. *Italici.*] Siculi, quod eſt prope Rhegium. nam & Eurip. ait,

—— ἢ Τυρσηνὸν ᾤκησεν πέδον.

Sævam canem dicit Scyllam, Phorci filiam, quæ quum Herculi tauros Geryonios abſtuliſſet, ab eo fuit occiſa. eam deinde Phorcus combuſtam ritu veterum, reſuſcitavit, ut fieret ἀθάνατον κακὸν, purgata per ignem fæce terreſtri: quale quiddam in Pelia, & Hercule apud Ovid. in Achille apud Apollonium repræſentatur. Huc pertinet poema Virgilii, Ciris.

46 *Supra ſcopulum*] Expreſſit Homericum carmen Odyſſ. μ'.

Αὐτοῦ δ' ἰχθυάᾳ σκόπελον περιμαιμώωσα,

id eſt,

Illic piſcatur, ſcopulos circum undique rimans.

Proſerpinam dicit fatum, ſeu mortem, quam Scylla, quum immortalis eſſet, non timebat.

50. *Dolo inermi*] veneno, quo Neſſus centaurus Herculi mortem procuravit. hiſtoriam totam elegantiſſime Sophocles Trachiniis tractavit, ubi ſic inter cætera Hercules ipſe:

Ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι,
Πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο,
Ἀλλ' ὅστις Ἅιδου φθίμενος οἰκήτωρ πέλοι.

quæ nos raptim ſic vertimus:

Nam Dius olim mi pater pater prædixerat,

Vivente

Vivente dextra corruturum nullius,
Sed inferûm qui mortuus foret incola.

51. *Salutato*] Hoc vel de Neſſo poteſt intelligi, ſi legas δεξιούμενος, qui jampridem erat mortuus, antequam ipſius opera Hercules periret: vel de Hercule ipſo, ſi alteram ſequare lectionem, qui jam ante ad inferos venerat, Cerberum ablaturus. Quam enim adfert interpretationem tertiam Scholiaſtes de Plutone ab Hercule vulnerato, & jaculis tanquam epulis excepto, ea nimis dura videtur.

53. *Æacidinis*] Vocabulo ſum uſus Plautino. Tria autem heic ponit Poeta, ſine quibus in caſtra Græcorum advectis non poterat, ut ferebant oracula, Troja capi: oſſa Pelopis, (quibus tamen quidam Rheſi equos ſubſtituunt) Neoptolemum Achillis F. & ſagittas Herculis, quæ penes Philoctetem erant. His ergo tribus (quanquam alia tria ponit Plautus Bacchidibus) Ilii perdendi cauſam tribuit. Per *manus Æacidinas* primum Neoptolemum ſeu Pyrrhum intellige, Æaci pronepotem.

Ibid. *Pelopis*] *Filii Tantali*, inquit Poeta. Ego *Pelopis*, quod idem valet, expoſui, quo ſenſus eſſet facilior. *Letrina* eſt Elidis urbs, abſque diphthongo ſcribenda, ut patet ex verſu paulo poſt ſequente,

Ἔστειλ' Ἐριχθεὺς ἐς Λετριναίας γύας.

Pauſanias quoque Letrinos vocat.

54. *Devorati*] quum à patre Tantalo coctus, Diis ad epulandum propoſitus eſt. *Reliquias ignis* dicit oſſa ex rogo ſervata, de quibus quidem Palladium fertur extructum fuiſſe. *Elide ſolebat oſtendi Pelopis coſta, quam eburneam affirmabant*: Plin. lib. 28. cap. 4. eam in itinere ſubmerſam, quum Trojam deferretur, tradit Pauſanias.

56. *Teutari*] Scythæ, qui fuit Amphitryonis bubulcus, Herculemque & jaculandi artem docuit, & ſagittis donavit: quamvis hoc Homerus, ac Theocritus Euryto tribuant. Jam phraſis hæc ſimilis ei, quæ præceſſit in verſu,

Ἀπαρκτίαις σφῆκες αἴθωνος ποδὸς.

57. *Uxor*] Oenone, quam Paris ante Helenam duxerat, ut patet ex Ovidii epiſtola Oenones ad Paridem. Eam Clemens Alexandrinus lib. Stromatum primo inter vates recenſet, his verbis: Ἕλενος ἤδη, καὶ Λαοκόων, καὶ Οἰνώνη καὶ Βρῦγος ἐν Ἰλίῳ. ubi ſane putarim legendum uno verbo Κεβρῆνος. fuit enim Oenone Cebrenis F. Cæterum quod heic adfert Scholiaſtes de Corytho, Oenones F. qui Græcis dux fuerit Trojam navigantibus, probare non poſſum, quum præſertim nullo nitatur teſtimonio. exiſtimarim potius hæc de Heleno vate, Priami F. eſſe intelligenda: qui, ut ex Calabro conſtat, odio in Trojanos & Alexandrum concepto, ad Græcos transfugit, ut ſcribunt Orpheus, ac Tryphiodorus, illiſque tum oracula de Troja capienda expoſuit, quod teſtatur etiam Sophocles Philoctete, tum adjutor fuit una cum Antenore, ut Palladium furtim auferrent. in quibus quidem perpetrandis Oenones quoque operam interceſſiſſe, ſit veriſimile. Heleno porro ob hanc operam Græcis præſtitam, libertatem primum, deinde etiam Neoptolemi regnum ex parte obtigiſſe, docet Virgilius tertio.

60. *Nuptiarum*] Helenæ, quam Paris, Oenone relicta, pro uxore habebat.

61. *At ipſa*] Quum Paris à Philoctete vulneratus, ad Oenonem confugiſſet, quam ſciebat medicinæ peritam eſſe, (ut teſtatur etiam Ovidius) ſanari tamen non potuit, quod eſſent Herculis tela, quibus ipſe vulneratus fuerat, letalia. Sic ergo mortuo Paride, Oenone mox, præ nimio mariti deſiderio, mortem ſibi conſcivit, atque è turri ſe in rogum Paridis præcipitavit.

63. *Gigantiperdis*] quibus olim Hercules gigantes Thraces cum Jove belligerantes confecerat. *Adverſarium* dicit Philoctetem. Hiſtoriam tradit Calaber lib. 10.

69. *Sepulcra*] Multitudinis numerus pro ſingulari. Dardanum autem intelligit, ex Electra Atlantis F. & Jove prognatum, cujus ſepulcrum ad Trojam erat.

70. *Natatoris*] quia diluvii Deucalionei tempore, ut ſequitur, è Samothracia in Phrygiam enatavit ſuper utres conſutos, idque ſolus, inſtar apri Iſtrii, quem ſingularem & *μόνιον* vocant. Nam quod heic de porco nugatur Scholiaſtes, eſt prorſus ineptiſſimum. Simpliciter enim intelligendum eſt, Dardanum è Samothracia in Phrygiam enataſſe, more fulicæ, avis marinæ, & quidem ſolum, inſtar apri, qui ſingularis & ſolivagus, non gregatim, paſci ſolet. Porci autem vocabulum de apro antiquitus Græce ſumi, ex Varrone nos docuit Joſephus Scaliger, vir doctiſſimus. Eſt etiam heic notandum, quod in Phrygiam dicitur veniſſe Dardanus diluvii tempore. Phrygia enim prima ex aquis poſt diluvium apparuit, ut his verſibus docuit Sibylla:

Ὦ Φρυγίη, πρώτη δ' ἀναδύσῃ ἀφ' ὕδατος ἄκρου,
Πρώτη δ' αὖ θρέψεις γενεὴν ἑτέρην ἀνθρώπων.

76. *Rhithymnia.*] Cretica. eſt enim Rhithymna Cretæ urbs: quæ, quia maritima eſt, fulicis, & aliis avibus marinis abundat.

77. *Antrum*] in Samothracia ſitum, ut teſtantur etiam Ariſtophanis ſcholia. *Canivoram deam* vocat Hecaten, quia, ut inquit Ovidius,

Exta canis Hecate vidi libare Sapæos.

Saus eſt Thraciæ promontorium, in quo erat antrum Hecates, ſive Rheæ, quam Corybantes colebant. alii tamen Saonem ponunt inſulam.

83. *Glandes autem.*] Simile eſt apud Horatium illud,

Piſcium ſumma genus hæſit ulmo:

& Ovidium,

—— hic ſumma piſcem deprendit in ulmo.

85. *Quæ in humana*] Phocas hominum amore capi tradit Scholiaſtes. quod an verum ſit, viderint alii. Mihi potius hoc videtur innuere Poeta, in diluvio piſces omnia loca libere pervagatos, etiam in ædes, hominumque cubilia deveniſſe, & illic fuiſſe commiſtos, ubi ſolebant homines ſomnum capere.

86. *Gry-*

86. *Grypem.*] Paridem raptorem. Si quis γρυπὸν malit, *torrim* exponet, & æque de Paride intelliget, qui etiam infra, ubi de Philoctete agit Caſſandra, φιτρὸς ſeu *torris* vocatur, propter Hecubæ ſomnium, quo per torrim ac facem Paris indicabatur. *Alatum* vocat, propter navem, qua vehitur.

87. *Columbæ.*] Helenæ, quam propter libidinem columbam vocat: *canem*, propter impudentiam. Notum eſt enim illud Homericum,

Εἵνεκ' ἐμεῖο κυνός. ——

Vulturem deinde ſumit pro olore rapaci. nec eſt ignota fabula Jovis in cygnum converſi, & ovi Ledæ, ex quo Helena cum Dioſcuris prodiit.

90. *Te ſane*] Apoſtrophe ad Paridem in Græciam navigantem. *Acheruſia via* eſt juxta Tænarum, qua Lacedæmonem itur. per *fimum* intelligit ſtabula, erat enim Paris paſtor & agricola, ritu antiquo.

93. *Formæ tribus judicem*] quum de trium dearum pulcritudine judex datus eſſes, tunc enim in Ida eras prope ſtabula paterna. Judicium Paridis elegantiſſime deſcriptum qui volet videre, legat Coluthum Thebanum: ſed tu ſomnis contigiſſe, quemadmodum recte monet Dares, meminerit. Θυωρίτης, ſeu venditor, heic æſtimatorem, & judicem notat.

94. *Stabulis.*] Sic exponenda ſunt ὄτριμα, ex Heſychio. Scholiaſtes enim hoc loco, ut ſæpe alibi, egregie hallucinatur. *Malea* Laconiæ eſt promontorium, *Las* verò urbs, quam Homerus Λᾶαν vocat. *Terreſtrem remum* dicit pedum paſtorale.

97. *Phereclei pedes.*] naves, quæ à Pherecio conſtructæ erant, teſte Colutho. unde & Ovidius,

Hac duce Sigeo dubias à littore feci
Longa Phereclea per freta puppe vias.

98. *Oſtia.*] Laconiæ, juxta Tænarum. Strabo vocat Θυρίδας Ταινάρου. *Gythium* eſt navale Spartæ, ſicut Piræus Athenarum.

100. *Navis dentes.*] ancoras, quas apud Lucianum tumidus Lexiphanes, cujuſque dictio cum Lycophronica ibidem comparatur, ναυτιπέδας vocat. *Duas columbas* dicit Iphigeniam & Hermionen. alii ſolam Hermionen ex Helena genitam aſſerunt.

104. *Secunda.*] Prius enim à Theſeo ſeptennis rapta fuit Helena, poſterius à Paride. *Aucupem* dicit Paridem. Quomodo *pennis* feræ capiantur, docet Gratius. quo pertinet illud Virgilii,

Cervum puniceæ ſeptum formidine pennæ:

& Lucani,

—— dum pavidos formidine cervos
Claudat odoratæ metuentes aera pennæ:

& Senecæ initio Hippolyti,

Picta rubenti linea penna
Vano claudat terrore feras.

Hanc pennam Oppianus δεῖμα πολύχροον appellat, & δειμαλέων μήρινθον.

106. *Bacchis*] nymphis marinis, quibus Helena ſacrificabat, ſomnio quodam, ut nonnulli volunt, territa. tamen poteſt hoc etiam ad Iſthmium feſtum referri, de quo Statius ſexto,

—— quoties animoſa reſumit
Leucothoe gemitus, & amica ad littora feſta
Tempeſtate venit.

Inoni quidem Megarenſes quotannis ſacrificabant, nec non celebrabant ejus ferias Epidaurii Lacones.

108. *Curres.*] in Ægyptum, quo Paris confugit, (vel ſaltem tempeſtate delatus eſt, Herodoto teſte) quod à Spartanis ſibi metueret. *Scandea* Cytherorum eſt navale ſecundum Pauſan. & Stephanum. Thucydidis interpres duas ait eſſe in Cytheris urbes, alteram inſulæ cognominem, alteram Scandeam. *Ægilus* eſt Peloponneſi promontorium.

110. *Draconis inſula*] Salamine, Atticæ urbe, quam draco quondam infeſtavit à Cychreo poſt interfectus. Huc pertinere videtur Homeri carmen,

Νήσῳ δ' ἐν Κρανάῃ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ.

heic enim Κρανάῃ quidam pro Ἀτθίδι ſumunt. *Biformem* dicit Erichthonium, qui è terra procreatus, ſerpentis habuit pedes, & Athenis regnavit, nam ab ipſo Athenienſes nuncupantur Erichthonii.

113. *Inane.*] Paridi enim, quum in Ægyptum veniſſet, Proteus Helenam ademit, ut ſequitur, reddito ejus ſimulacro, cum quo Trojam ille rediit. aſſentiuntur huic hiſtoriæ Steſichorus, & Euripides: quanquam hic Junoni hoc factum tribuit. de qua ſic ait initio Helenæ:

Δίδωσι δ' οὐκ ἔμ', ἀλλ' ὁμοιώσασ' ἐμοὶ
Εἴδωλον ἔμπνουν, οὐρανοῦ ξυνθεῖσ' ἄπο,
Πριάμου τυράννου παιδί. ——

116. *Maritus.*] Proteus.

Ibid. *Riſu abſtinet.*] Proteus Ægyptius, (Thracem Virgilius facere videtur) quum in Thraciam veniſſet, duos ex Torona procreavit filios, Tmolum & Telegonum. ii quum hoſpites omnes lucta victos occiderent, Proteus id ægre ferens, à Neptuno patre impetravit, ut per ſubterraneam quandam cavernam in Ægyptum rediret. Poſtea ubi reſcivit filios ſuos ab Hercule eſſe interfectos, nec gaviſus eſt eorum obitu, quia filii: nec etiam doluit, quoniam improbi fuerant. Sic apud Euripidem Theſeus, intellecto Hippolyti interitu,

Οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ', οὔτ' ἀπάχθομαι κακοῖς.

Nec aliter apud Platonem Phædo moriente Socrate ſibi accidiſſe refert.

120. *Terram*] Ægyptum, quam Nilus quotannis æſtate ſuperveniens fecundat. unde infra Θρεπτῆροι γύαι vocantur. Nilum etiam Apollonius Tritonem vocat,

Καὶ ποταμὸς Τρίτων καλλίῤῥοος, &c.

Nam, ut ex Hecatæo traditur, olim fuit nominatus Oceanus, Ægyptus, (ut ab Homero) Aetos, Triton, ac demum Nilus, à Nilo quodam Ægypti rege. *Palleniam* dicit, quæ poſtea Phlegra eſt vocata, teſte Herodoto.

128. *Guneus*] Is quondam in Arabia judex juſtiſſimus

juſtiſſimus fuit, cui nunc Proteum confert. *Ichnæa* vocatur Themis, ſeu Nemeſis, ab Ichnis, urbe Macedoniæ, ſecundum Strabonem & Stephanum, quibus heic aſſentior potius, quam Scholiaſti. Diodorus in Epigramm.

> Ἀδρήστειά τε δῖα, καὶ Ἰχναίη σε φυλάσσοι
> Παρθένος, ἣ πολλοὺς ψευσαμένη Νέμεσις.

id eſt,

> Adraſtea, precor, te Diva, Ichnæaque Virgo
> Conſervet, multos fallere ſueta Dea.

132. *Lyci & Chimærei.*] filiorum Promethei, quorum ſepulcris in Troja ſitis quum nondum eſſent juſta facta, lames autem Spartanos premeret, reſpondit Apollo, non eam ante ceſſaturam, quam Spartanus aliquis Trojam profectus, ad hæc ſepulcra ſacrificaret. Itaque miſſus eſt Menelaus, & à Priamo Parideque hoſpitio acceptus. Antheus fuit Antenoris F. quem quum amaret Paris, & inter ludendum imprudens interfeciſſet, ideoque ſibi à patre metueret, cum Menelao in Græciam diſceſſit.

135. *Salem*] Salis & menſæ conſortio jus hoſpitii contrahi, notum eſt. *Purum* dicit ſalem, quomodo Horatius,

Concha ſalis puri. ——

Plura de hac re vide apud Plutarchum Sympoſ. Ab *urſa* deinde comparationem ducit, vel quod urſæ, dum lactant, feroces ſunt & crudeles: vel quia urſa, ſecundum quoſdam, Paridem expoſitum primum lactavit.

139. *Fruſtra.*] Proverbium à citharœdis ductum, qui ingrati ſunt auditoribus, nec mercedem ſperatam accipiunt. Fruſtra, inquit, orabis Proteum, ut Helenam tibi reddat, nihil enim proficies. Niſi quis malit hæc, ut ſonant, accipi, quod Paris vere citharœdus fuerit: quo faciunt etiam illa Horatii,

> *Nequicquam Veneris præſidio ferox*
> *Pectes cæſariem, grataque fœminis*
> *Imbelli cithara carmina divides.*

Quin etiam Paridis lyram ad Alexandri Magni uſque ætatem extitiſſe tradit Plutarchus Alexandro. Cæterum quemadmodum heic ait νυμφᾶς κτύπον, ſic paulo poſt κερκίδος κρότον, & extremo libro μάσακος κρότον uſurpabit.

143. *Quinqueviræ Bacchæ*] Helenæ, quæ quinque habuit viros, qui mox ordine recenſebuntur. Eam vocat *Pleuroniam* à Pleurone, Peloponneſi oppido; vel, ut vult Pauſanias, Theſtii, qui Ledam procreavit, patre.

144. *Claudæ*] Hoc epitheton Parcis tribuitur, propter inæqualitatem & diſſimilitudinem fatorum, ut ſcribit Euſtathius. quas autem heic Maris facit filias, eas Orpheus & Heſiodus Nocte procreatas fingunt. *Antiquum* vocat *mare* ſecundum eos, qui omnia ad aquæ principium referunt.

145. *Ut à maritis*] id eſt, in fatis fuit, ut Helena quinque viris nuberet. Dicunt autem Græci δαῖσαι γάμον, & δαῖσαι τάφον, de nuptiali, aut funebri epulo loquentes.

147. *Duos.*] Theſeum & Paridem. Eos vocat conjunctim *triorchas aquilas*, ut Phœbus Apollo dicitur.

149. *Alium*] Menelaum, ab iis oriundum, qui partim Afri erant, (*Plynus* enim urbs eſt Africæ, ut *Caricus* Laconiæ fluvius) partim Lacones. Atlas enim Afer, pater fuit Aſteropes, quæ Oenomaum peperit, Hippodamiæ patrem, quæ ex Pelope, qui in Laconia habitavit, Atreum concepit, patrem Menelai & Agamemnonis. Aerope etiam, Atrei uxor, Cretei, F. Minois, Cretenſis regis, fuit filia, quapropter Menelaus *ſemicres* dicitur. *Barbarus* autem fuit ea de cauſa, quod Pelops è Lydia ſecundum Pindarum, vel è Paphlagonia, vel Phrygia ſecundum alios ſit ortus: quæ quidem regiones barbaræ cenſentur. quin & Eleos apud Athenæum Stratonicus pro barbaris habet. *Caricus* fluvius à Caribus dictus videtur, qui quum maris obtinebant imperium, multas in omnem partem deduxerunt colonias, multaque à ſe denominarunt loca, ut patet è Thucydidis & Ariſtophan. ſcholiis.

151. *Eleum*] Pelops enim, Atrei pater, Hippodamiam ex Elide duxit, ubi qui nati erant, vocabantur olim Epei, à rege quodam Epeo, teſtibus Strabone & Stephano. *Avum* Menelai dicit Pelopem, quem Tantalus pater diis convivio exceptis propoſuit.

152. *Ennæa.*] Ceres, ab Enna, Siciliæ urbe, dicta. Eadem dicitur *Hercynna* ab Hercynna, Trophonii filiola, quæ cum Proſerpina ludere ſolebat, teſte Pauſan. Bœoticis. *Erinnys* Ceres ab Arcadibus colebatur, ut docent Callimachus & Pauſan. Alii putant eandem apud veteres fuiſſe Cererem & Erinnym, atque ideo furioſos dictos *ceritos*. *Furibunda* vocatur à furore, quo quondam fuit correpta, quum filiam amiſiſſet. *Enſifera* Ceres colitur à Bœotis. Per *ſepulcrum* Cereris, ventrem intelligit, comedentis exprimens ſpeciem. Plautus,

> *Cujus ego latus in latebras reddam meis dentibus & manibus.*

156. *Bis*] ſemel ex patre, iterum opera deorum, ut eſt in fabulis. *Naumedon* dicitur Neptunus, navium dominus: qui Pelopis à diis reſuſcitati amore captus eſt, eumque rapuit, ut canit Pindarus.

158. *Erechtheus.*] Neptunus, ab Athenienſibus hoc nomine cultus. is equos alatos & currum Pelopi dedit, quibus Oenomaum antagoniſtam ſuperaret. *Letrinæi agri* ſunt Elei, ſive Olympici.

159. *Molpidis lapidem.*] ſtatuam, id eſt, ſtadium Olympicum; ponitur enim pars pro toto. Molpis quondam in pluviæ penuria Jovi ſe pro patria mactari paſſus eſt. qua re Jovis Pluvii templum fuit extructum, & in eo conſecrata Molpidis ſtatua. De Molpide videtur Ovidius loqui in Ibin,

> *Ut qui poſt longum ſacri monſtrator iniqui*
> *Elicuit pluvias victima cæſus aquas.*

161. *Genericidam*] dicit Oenomaum, qui filiæ procos omnes curſu victos occidebat.

162. *Dolis impiis.*] quos Pindarus eleganter

 explicat.

Digitized by Google

explicat. cereos enim clavos ferreorum loco modiolis rotarum in Hippodamiæ curru inſeruerat Myrtilus. *Cadmilus* vocatur Mercurius à Bœotis, quamvis alii à miniſterio nomen deducunt: ejus filius fuit Myrtilus, Oenomai auriga: quem apud ſe ſepultum Pheneatæ colunt, teſte Pauſan.

163. *Ultimo.*] Nam in mare projectus à Pelope, ſubmerſus eſt, & *Nereo*, ſeu mari, nomen à ſe dedit, ut Myrtoum vocaretur. alii tamen à Myrrhone, muliere quadam, longo ante tempore ſic dictum malunt.

165. *Generi.*] Hippodamiæ & Pelopidarum. Ex his enim diris (quarum meminit etiam Sophocles Electra, & Oreſte Euripides) aiunt ortam eſſe, Mercurii opera, ovem auream, quæ Pelopidis pernicioſa fuit. Poſſet tamen hoc carmen etiam ſic verti,

Pernicioſam inurens generi maculam:

ut dicatur Myrtili perfidia toti ipſius generi, ſive genti, turpem inuſſiſſe maculam. *Quartum* deinde dicit Deiphobum, fratrem Paridis: quem, quod Helenam rapuerit, accipitrem vocat.

169. *Luctæ.*] Deiphobus poſt Hectorem, qui princeps erat, ſecundam obtinuit inter omnes Priami filios fortitudinis laudem. Itaque eum Helenæ conjugium poſt occiſum Paridem fortiſſimo fratrum tu præmium deſtinatum eſſet, facile potuit eam Deiphobus conſequi. Euripides tamen Troadibus aliam ſequitur hiſtoriam. Alii per *luctam* intelligunt ipſam Helenam, quæ multis luctæ bellique cauſa fuerit; eſt enim proprie δαΐφαλτον, id, quod in pugna labi aliquem cogit. quæ quidem interpretatio non male huic loco conveniet, præſertim ſi legatur συγγόνων; nam poſt Paridem fratrem Deipbobus Helenam duxit. Equidem priorem malim expoſitionem.

171. *Quintum*] Achillem, qui ſomniando quondam cum Helena concubuit. Non abhorret hinc, quod ait de eo Euripides Helena,

Μνηστὴρ τὸ δ' Ἑλένης ἦλθεν, ὡς ἀκούομεν.

Aptius etiam eſt, quod ait Pauſanias Laconicis, Crotoniatas referre, Helenam poſt mortem in Alba inſula, de qua poſt, Achilli cohabitaſſe. *Imaginoſum* dicit *corpus*, quod in ſomnis ab imaginatione, quæ ſolet nobis dormientibus libera vagari, conceptum fuit.

174. *Cytaicæ.*] è Cyta, urbe Scythiæ. Medeam autem intelligit, quæ Jaſonem hoſpitem deperiit, & Achilli poſt in inſulis beatorum nupſiſſe fertur. Alii malunt hæc ad Iphigeniam referri, quæ in Tauris Scythiæ hoſpites immolabat, & Achilli quondam deſponſa fuit. Prior ſententia, quam equidem ſequi malim, ſuffragatores habet Ibycum, & Simonidem.

175. *Oenone.*] quæ poſtea Ægina de Aſopi filia dicta fuit. Ovidius tamen ait,

Oenopiam veteres appellavere. ——

Pindarus quoque Iſth. 8. Σὺ δ' ἐς νᾶσον Οἰνοπίας ἐνεγκών. Ab hac inſula Peleus exulabat, quod Phocum fratrem caſu in palæſtra occidiſſet.

176. *Formicarum.*] Quum Peleus inopia virorum in Ægina laboraret, à Jove impetravit, ut formicæ in viros mutarentur, qui ea de cauſa Myrmidones dicti ſunt. Alii, inter quos Ovidius, Æaco patri hoc attribuunt. *Typhonem Pelaſgicum* dicit Achillem Theſſalicum ſeu Pharſalicum.

178. *E ſeptem.*] Thetis indignata, quod mortali Peleo nupſiſſet, ſex maſculos, quos ex ipſo genuerat, comburendos in ignem, tanquam ſe indignos, projecit: ultimum vero Achillem quum itidem vellet comburere, (id quod tamen ad divinitatem illi conciliandam factum vult Apollonius) à patre ſuperveniente prohibita fuit, quum tamen alterum labrum jam combuſtum eſſet, unde poſt Ἀχιλεὺς dictus eſt. nam, ut inquit Agameſtor,

—— Ἀχιλῆα
Πηλεὺς κικλήσκει χείλεος εἵνεκά μιν.

id eſt,

De labro Peleus nominat ipſum Achilem.

Achilles tamen contra, ut & hoc obiter admoneam, de patre ſic apud Homerum loquitur,

Ἀλλ' ἕνα παῖδα τέκεν παναώριον. ——
Unicus, inquit, ſum patri filius.

180. *Hic*] Paris, qui ex Ægypto Trojam rediit, irritatis in ſe & ſuos Græcis.

182. *Fumo qui ſuffit.*] Solent enim, qui caſtrant alvearia, fumo prius apes abſterrere. Virgilius,

——*fumoſque manu prætende ſequaces.*

184. *Illi*] Græci, qui quum Aulide diu fuiſſent ob iram Dianæ detenti, tandem Iphigeniam, ut ventum nanciſcerentur ſecundum, immolarunt. vide Eurip. Iphig. Ira vero Dianæ unde ſit orta, ſic explicat in oratione quadam Libanius: Οὐχ οὗτος ἦν (de Agamemnone loquitur Achilles) πρῶτον μὲν ἐν Αὐλίδι τὴν Ἀρτέμιδος ἀμαθίαν εἰς τοξικὴν κατηγορῶν, καὶ φήσας οὐδὲν εἶναι πρὸς αὐτὴν ἐκείνην ἐν ἀφέσει βελῶν· ἐξ οὗ δὴ καὶ τὸ πλοῖον ἐπέσχεν ὁ θεὸς χαλεπήνασα; Jam Iphigeniam vocat hic *matrem ejus, qui à bello denominatus eſt*: id quod male Scholiaſtes ad Paridem detorquet, quum nec Paris ab Iphigenia ſit procreatus, nec οὐλαμὸν peram, ſed bellum ſignificet: unde ſupra naves Herculis dixit οὐλαμηφόρους. Nos autem per *bello cognominem* intelligimus Neoptolemum, qui ſecundum quoſdam ex Iphigenia ab Achille ſuſceptus eſt, & à bello nomen ducit. πόλεμος enim, ex quo fit Neoptolemus, idem ſonat quod οὐλαμός. ac tali figura Theocritus elegantiſſime Telemachum appellavit per ἰσοδαιμόνα, Μακροπτόλεμον. Hanc interpretationem noſtram confirmat verſus proximus,

Scyrii draconis gravidam puerperam.

Neoptolemum enim pater, mactata Iphigenia, in Scyrum ad Deidamiam educandum miſit. atque ibi quidem Pyrrhus dictus eſt, ut à Phœnice Neoptolemus, quemadmodum ait Poeta Cyprius. verum de Paride nihil tale confingi poteſt.

186. *Sponſus.*] Achilles, cui Agamemnon Iphigeniam, quum à matre arceſſeret, deſpondiſſe ſe ſimularat. Itaque quum Achilles Iphigeniam ab aris abreptam, & in Scythiam delatam

latam eſſe cognoviſſet, eo profectus eſt, ad illam quærendam per mare Salmydeſium, quod in Euxinum pontum influit. Poſtquam vero diu quæſitam nuſquam potuit reperire, tandem in Alba, inſula ponti Euxini, quæ poſt Achillea dicta eſt, habitavit, prope Celtum, lacum in Euxinum influentem. Quam hic φαλακειῶσω σπί-λον dicit Lycophron, eam Pindarus φαεννὰν νᾶσον vocat. De hac inſula videtur Neptunus apud Calabrum loqui ad Thetin,

> Καί οἱ δῶρον ἔγωγε θεουδέα νῆσον ὀπάσσω
> Εὐξείνου κατὰ πόντον, ὅπη θεὸς ἔσσεται αἰὲν
> Σὸς πάϊς. ——

Quinetiam in hac inſula narrat Max. Tyrius Achillem à multis poſt mortem & viſum, & auditum eſſe. alii quoque hoc pro miraculo referunt, ædem Achillis à nullis avibus infeſtari: qua de re vide Arriani Περίπλου ſub finem. Meminerunt hujus Albæ Strabo, & Stephanus.

187. *Decollatricem Græciæ.*] vocat Iphigeniam, quod hoſpites omnes, præcipue Græcos, Dianæ mactaret.

192. *Latus.*] Litus eſt in Scythia ſtadiorum circiter mille, quod quum Achilles in armis juxta quadrigas currendo tranſiiſſet, dictus eſt poſtea *Curſus Achilleus.* βυθὸς autem ſumo pro lato, quoniam Apollonius hoc litus appellat εὐρείας ποταμοῖο ἠϊόνας, quæ poſtea Δρόμος Ἀχιλλέως ſint nuncupatæ, ut ibidem ex Dionyſio refert Scholiaſtes. Arrianus tamen inſulæ quoque nomen hoc tribuit.

194. *Clades.*] ſuas, qui ſit Iphigenia ſponſa privatus, & ad eam perquirendam fruſtra navigavit.

195, *Mutatam anum*] ex puella in anum, ut vult Lycophron: ut alii, in cervam: ut Heliodus, in Hecaten. eam *formam* vocat *inviſam* cum Cicer. de Aruſp. reſp. quod in ejus conſpectum venire Achilles non potuerit

197. *Plutoniſque ollam.*] in qua mortuorum carnem Iphigenia coquebat. ea Plutoni tribuitur, quod is mortuorum ſit præſes. Alii malunt antrum hoc loco intelligi, quod fuerit in caſtris Græcorum, ubi ſacra fierent: quaſi vero Iphigeniæ transformatio non tam in Scythia, quam Aulide perfici potuerit. Jam quod *ebullientem è fundo flammas* dicit, ejus geminum eſt apud Virgilium,

> — *fundoque exæſtuat imo.*

Exprimere enim voluit uterque ollam igne æſtuantem. *Nigram* denique Iphigeniam intelligit, quæ infra quoque ſic vocatur,

> Μητρὸς κελαινῆς χέρνιβας μεμνημένος.

Legendum hic denique eſt δυσπαλαργῆς, dandi caſu, ut omnia ſint concinniora.

202. *Illi vero*] Græci, qui quum Aulide Saturno (vel, ut alii volunt, Jovi Saturnio, quemadmodum & apud Ariſtoph. Ranis Darium pro Xerxe poni putarunt quidam) ſacrificarent, ſerpens in medium progreſſus eſt, & platano conſcenſa paſſeres octo cum matre devoravit. quod oſtentum quum Calchas de annorum numero, quibus elapſis capienda Troja eſſet, interpretaretur, (ut eſt apud Homerum, & Ovidium) Græci ſecundo jurarunt, ſe non prius à Troja diſceſſuros, quam urbem deletam cernerent. De hoc jurejurando loquitur apud Virg. Dido,

> *Non ego cum Danais Trojanam exſcindere*
> *gentem*
> *Aulide juravi.* ——

Vatem hic vocat Saturnum, quod capiendæ Trojæ tempus per oſtentum Græcis prædixerit. Vocat etiam *carnivorum*, poetico more, quaſi ipſe in ſerpentem ſe verterit, & quod juxta aram ejus contigit, id ipſe vel fecerit, vel faciendum curarit. Nam Scholiaſtæ ſyntaxin hoc loco non poſſum ſequi. Quid quod ſimiliter Horatius *Genium memorem brevis ævi* dixit, quod agricolæ, dum ad ejus aram ſacrificabant, vitæ brevitatem revocabant in memoriam?

204. *Secundum.*] Prius enim apud Tyndarum, Helenæ patrem, juraverant Græci communiter ſe ulturos, ſi quis Helenam, poſtquam nupſiſſet, raperet. quo quidem jurejurando obſtricti, Trojam profecti ſunt, ut eam repeterent. vide initium Iphig. Aulid.

206 *Priorum ſervatorem.*] Quum Græci in Myſiam delati eſſent, Telephus rex eos perſequutus, graviter afflixit, donec cum Achille congreſſus eſt, & ab eo, quum Bacchus ipſum vite ſupplantaſſet, vulneratus. tum enim impune Græci per Myſiam diſceſſerunt, quandoquidem jubebatur Telephus ex oraculo, vulneris remedium ab auctore petere. Propertius,

> *Myſus & Æmonia juvenis qua cuſpide vulnus*
> *Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.*

His igitur de cauſis *Servator*, & *Supplantator* dictus eſt Bacchus.

207. *In angulis*] in intimo templi loco, ubi Agamemnon ex oraculo Baccho ſacrificavit, quem hic *Taurum*, ſeu *Tauriformem* vocat: quoniam talis colebatur ab Argivis: niſi quis *Taurum* velit pro ipſa victima ſumere. *Delphinius*, & *Lucroſus* Apollinis ſunt epitheta, qui *Delphinius* quidem vocatur ab occiſo delphino, vel quod in delphinum aliquando ſe converterit: *Lucroſus* vero propter oracula, quibus & aliorum, & ſuæ utilitati nonnunquam conſulit. Apollo autem Delphis una cum Baccho colebatur. Lucanus quinto,

> —— *cui numine mixto*
> *Delphica Thebanæ referunt trieterica Bacchæ.*

210. *Milledux.*] Agamemnon, cujus exercitum hac de cauſa Euripides χιλιόναυν στρατὸν appellat. Propert.

> *Et Danaum Euboico litore mille rates.*

quanquam hic numerus exactus non eſt. *Enorches* Bacchus celebratur apud Lesbios. idem & *Phigalei* nomine in Arcadia colitur. ſic enim cum Stephano malim legere, quam Φυγαλεὺς cum Scholiaſte. quanquam poteſt etiam *Phygaleus* à Phygalis, oppido Peloponneſi, cognominari. *Lucernalis* denique vocatur Bacchus, quod illi cum lucernis & facibus ſacra fierent, teſte Pauſania.

213. *Leonem.*] Telephum. Quod autem leoni *ariſtas* in cibum proponit Poeta, recte ſubinnuit,

innuit, ut exiſtimat Euſtathius, ſe leoni & ſui Telephum comparare, ſicut Euripides Medeam δίκην λεαίνης ταυρουμένην dixit. Pro *Sectore* potes etiam *Secans* vertere, ſi malis α quam ι elidere. *Catenam* dicit claſſem Græcorum per mare adventantem.

219. *Utinam*] Apoſtrophe ad Prylin, Mercurii F. qui Græcis ad Lesbum delatus Trojanorum conſilia, & rationem capiendæ per equum Trojæ aperuit. *Cadmus* eſt Epitheton Mercurii, ex quo deducitur *Cadmilus*, quod ſupra poſitum eſt. Ac videtur Mercurius à Bœotis *Cadmus* ea ratione dictus, qua Jupiter à Spartanis Agamemnon cognominatus eſt. qua de re aliquid dicemus infra. Quidam contra putant *Cadmum* per Syncopen ex *Cadmilo* deduci.

220. *Iſſa.*] Lesbo, quæ à matre Prylis, Iſſa quondam fuit dicta. alia eſt Iſſa, Liburniæ inſula, apud Apollonium.

221. *Quartum*] Atlantis enim filia fuit Maia, mater Mercurii, qui Prylin procreavit. *Cognatos* vocat Trojanos, propter Dardanum Electræ, filiæ Atlantis, filium.

223. *Optima*] Græcis: niſi quis malit pro facillimis ſumere. Atque huc pertinet adagium, *Lesbius Prylis*: quod hactenus nemo ſatis intellexit. Τόμουροι erant ii proprie, qui oraculo Dodonæo præerant, à Tomuro monte vicino cognomen nacti. heic vatem ſimpliciter hoc vocabulum denotat.

224. *Nec ab Æſaci*] id eſt, nec oracula, quæ Æſacus ſuper Hecubæ ſomnio edidit, contempliſſet. Æſacus enim, Priami F. ex Arisba, vates fuit. is audito Hecubæ ſomnio de torre, reſpondit, matrem una cum filio de medio tollendam eſſe; alioqui fore, ut filius matrem perderet. Priamus autem pater horum loco Cillam, Thymoetis uxorem, cum filio ſuſtulit, de quibus infra.

226. *Sed una.*] Ab his non diſcrepant ea, quæ in Andromacha Euripidis leguntur, Εἶδε δ' ὑπὲρ κεφαλᾶς ἔλασιν κακόν, ἅπερ τίκτει ποτὲ Πάριν, πρὶν Ἰδαῖον κατοικίσαι λέχος. ὑπὲρ κεφαλᾶς autem (ut ἐν παρόδῳ dicam) ita ponitur hoc loco, ut apud Theocr. Heracliſco: ὑπὲρ ποταμοῖο, & Virg. Pharmac.

Tranſque caput jace.

ineptiunt enim heic interpretes Græci. *Geminos* porro dicit Hecubam & Paridem. *Lemnium ignem* vocat, quod in Lemno primum ſit inventus, ſecundum Hellanicum: vel à Vulcano, Lemni præſide.

229. *Portunus.*] deus marinus, quem alii Melicertam vocant. is in Tenedo colebatur puerorum victimis, quod ipſe quondam puer periiſſet, ut eſt in fabulis. *Mergos* dicit naves Græcorum. *Oceani conjux* eſt Tethys, quæ heic pro mari Tenedio accipitur. vocatur autem Oceanus ἀρχαῖος, ſeu antiquus, quod à quibuſdam rerum omnium ſtatuatur principium.

232. *Quin gemini.*] Sequitur hiſtoria quorundam, quos in expeditione Græci interemerunt. *Geminos filios* primum dicit Tenum & Hemitheam, Cycni liberos: quos quum pater arcæ incluſos projeciſſet in mare, ad Leucophryn inſulam ejecti ſunt, cujus incolæ Teno creato rege, inſulam ab eo Tenedum denominarunt. In eam ubi Achilles venit, Tenus quidem ab eo ſimul cum patre (quem tamen alii ante mortuum tradunt) interemptus eſt: Hemithea autem dum illius conſpectum effugeret, à terra fuit abſorpta. Sed hæc fabuloſa ſunt: veram hiſtoriam ſi quis requirat, apud Diodorum Sic. extremo lib. V. reperiet.

234. *Qui prius.*] Cycnus namque mortua Proclea, matre Teni, Phylonomen duxit: quæ quum Teni amore capta eſſet, nec eo poſſet potiri, apud patrem de vi ſibi illata illum accuſavit, uſa ad hoc Molpi tibicinis teſtimonio, à quo & *Tenedii tibicinis* proverbium ductum eſt.

237. *Mergis.*] Quum Cycnum ex Neptuno mater, peperiſſet, juxta mare expoſuit: quem deinde piſcatores cycni advolantis indicio inventum educarunt, & Cycnum appellarunt. Hinc à Poeta dicitur à *mergis*, avibus marinis, *nutritus*, & *piſcatorum captus retibus*, aut etiam, *piſcium venator*: præterea *familiaris oſtreis*, (Nicandro alibi κρῆθμος, aut potius κρίθμος cum Dioſcoride, herbam ſignificat) & *neritis* piſcibus, de quibus Oppianus. alii tamen oſtrea eſſe malunt.

241. *Mnemon.*] Hunc Achilli à matre vult attributum Scholiaſtes, (conſentiente Plutarcho Ἑλληνικοῖς, niſi quod nomen ſubticet) ut eum ſubmoneret, ne quem ex Apollinis filiis interimeret. Equidem de Mnemone nihil adhuc legere aliud memini, niſi quod Euſtathius μνήμονα vult officii nomen eſſe: multoſque variis heroibus μνήμονας & ſubmonitores, ut & genios, attributos refert. Qui ex Mnemone faciunt Memnonem, utuntur ii quidem Anagrammatiſmo, ſed qui luſibus jucundis potius, quam ſeriis interpretationibus conveniat.

243. *Myrina*] oppidulum juxta Trojam in Lycia, à Myrina Amazone, quæ urbem hanc extruxit, & in ea ſepulta fuit, denominatum, teſtibus Strabone, & Diodoro. Homerus,

Τὴν ἤτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν,
Ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης.

In hac urbe Trojani audito Græcorum adventu, in aciem compoſiti ſunt, ut idem narrat. *Theſſalicum ſaltum* dicit Achillis Theſſali, qui tanto cum impetu in terram proſiliit, ut fontem indidem excuteret. Euripides deinde Trojanum vocat, Andromacha.

249. *Incendit*] Hypotypoſis ineuntis prælii: Æſchylus Perſis,

Σάλπιγξ δ' ἀϋτῇ πάντ' ἐκεῖν' ἐπέφλεγεν.

Virgilius extremo dec.

Clamore incendunt cælum Troeſque Latinique.

Saltator vocatur Mars, qualem deſcribunt in Euripide Phœniſſæ. *Concha* quoque veteres in bello utebantur ante tubas à Tyrrhenis inventas, ut & in aliis feriis. Theocritus Europa:

Κόχλοισιν ταναοῖς γάμιον μέλος ἠπύοντες.

Utebantur

Utebantur & facibus, quemadmodum annotant Euripidis ſcholia Phœniſſis.

253. *Lanceis coruſcantia*] *Campi*, inquit, *horrent haſtis, velut ariſtis arva.* Sic Virgilius,

—— *atraque late*
Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus.

Similiter Euripides dixit,

λόγχαι πυκνάδων ἀσπὶς πεφρικότα.

Nec debet quiſquam mirari, ſi λογχίλοντος cum γύαι conjungatur. Talis enim Atticiſmus etiam apud alios reperitur, ut quum inquit Sophocles Trachiniis, Ἐν δ' ὁ κοινὸς ἀρσίνων ἴτω πλαζά. nec aliter dixit χάειν βίβαιον Thucydides α'. Si quis tamen malit legere λογχίλοντος, non magnopere repugnabo.

254. *Perſonat*] Quod in viſu eſt imago, id in auditu eſt echo. Eleganter igitur τὸ ἰνδάλλε-ται à viſu ad auditum tranſtulit Poeta. Alluſit deinde ad Homericum, αὐδὴ ἐκέν. quod Ariſtophanes dixit εἰς οὐρανὸν κράζειν, Veſpis.

261. *Aquila*] Achilles Hectorem currui alligatum per caſtra raptans. *Impreſſam orbitam* dicit per Epexegeſin. *Greſſum* intellige de vehiculo.

263. *Confuſa*] more exultantium. Scholiaſtes eo refert, quod ſolus ſemper Achilles pugnabat. *Cariſſimum* dicit Hectorem, quem nonnulli faciunt Apollinis filium. is *Ptous* vocatur ex Latonæ pavore, quem illa dum pareret Apollinem, ſue conſpecta, accepit. Alii montibus quibuſdam Thebanis hanc originem tribuunt. ſic enim Herodotus, Τοῦτο τὸ ἱρὸν (Πτώου Ἀπόλλωνος) καλέεται μὲν Πτῶον, ἔστι δὲ Θηβαίων. κέεται δ' ὑπὲρ τῆς Κωπαΐδος λίμνης, &c. Stephanus montem ipſum à pavore denominatum vult, Pauſanias utrumque à Ptoo, Athamantis F.

269. *Accepto autem*] Achilles enim Hectoris cadaver Trojanis noluit reddere, priuſquam ipſi Priamus auri pondus æquilibre pro eo appenderet, ὅσον ἕλκυσε, τοῦτον κατεῖδεν, ut ait Diphilus. Similiter autem Achilles, quum in Apollinis Thymbræi templo ſub ſpecie contrahendi cum Polyxena matrimonii comprehenſus, & à Paride transfixus eſſet, non ante Græcis fuit redditus, quam aurum pro Hectore datum (quod heic vocat *Pactoliam laminam*, ad arenas Pactoli aureas alludens) eodem pondere rependeretur.

273. *Urnam Bacchi*] qnam Bacchus Thetidi remunerationis ergo donaverat. in ea Achillis, Patrocli, & Antilochi fuerunt oſſa repoſita.

274. *Nymphis*] Muſis. Homeri Od. ω'.

Μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι, ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ
Θρήνεον. ——

Calaber,

—— μοῦσαι δὲ θοῶς Ἑλικῶνα λιποῦσαι
Ἤλυθον, ἄλγος ἄλαστον ἐνὶ στέρνοισιν ἔχουσαι
Ὀρνύμεναι τιμὴν ἑλικώπιδι Νηρηΐνῃ.

Bephyrus eſt Macedoniæ fluvius, cujus meminit Archeſtratus apud Athenæum, quum ait, περὶ χεῦμα Βαφύρα. Pauſanias quoque Heliconem amnem, poſtquam infra terram abditus denuo ſe oſtendit, tum Baphyram vocari tradit. Jam proximum carmen, ſi Λειβηθρίοις legas, ita vertes,

Pimpleumque tumulum ſupra Libethrum. Utrumque enim, tum Libethrus, tum Pimplea, aliis fons eſt, aliis mons. Quin & urbs eſt Pauſaniæ Libethra.

276. *Cadaverum*] Hectoris. ſed & vivos multos de Priami filiis vendiderat, ut conqueritur apud Homerum Priamus Iliad. χ'. & Hecuba Iliad. ω'.

277. *Etiam fœmineam*] Quum enim ſciret Thetis, filium ſuum, ſi ad Trojam navigaret, ibi moriturum eſſe, clam illum veſte muliebri tectum ad Lycomedem in conclave virginum, ut lateret, abduxit: Statius Achilleide.

279. *Et ultimus*] Quoniam in fatis Græcorum erat, ut is, qui primus in terra hoſtili poſuiſſet pedem, primus in prælio moreretur, (id quod Proteſilao contigit) Achilles poſtremus è navibus egreſſus eſt.

282. *Etiam in ſomnis*] valde contrarium eſt οὐδ' ἐν ὀνείρῳ.

280. *O Deus*] Deplorat Hectoris mortem, qui non ſine magno patriæ damno perierit.

287. *Cum claſſe*] Hectorem Græcos perſequutum, eorum naves combuſſiſſe, ex Homero notum eſt. *Fugitivus* Jupiter apud Theſſalos colitur, ἀπὸ τοῦ τὸν Φρίξον φυγόντα ὑποδέξασθαι, ut inquit Diod.

290. *Tunc nec foſſa*] Græci enim, quum ſibi à Trojanis metuerent, foſſas & muros caſtris ſuis prætenderant. Homerus Iliad. η'.

—— ποτὶ δ' αὐτὸν τεῖχος ἔδειμαν,
Πύργους θ' ὑψηλούς, εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν,
Ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ἐνεποίεον εὖ ἀραρυίας,
Ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη.
Ἔκτοσθεν δὲ βαθεῖαν ἐπ' αὐτῷ τάφρον ὄρυξαν,
Εὐρεῖαν, μεγάλην, ἐν δὲ σκόλοπας κατέπηξαν.

300. *Tuæ*] Hectorem fratrem alloquitur, qui Patroclum, Aſcalaphum, & alios Græcorum proceres occidit.

304. *Illam*] qua tu ab Achille interficieris. Iſta, inquit, erit maxima omnium calamitas, quæcunque mihi ullo tempore contingent. *Lunæ* quidem facit mentionem, quod veteres tempus, quo utebantur menſtruo, ad Lunæ motum referebant. & quod heic tempori, id apud Theocrit. χρείῳ, cœlo tribuitur.

308. *Catule*] Apoſtrophe Caſſandræ ad Troilum fratrem, quem quum Achilles amaret, nec ab eo redamaretur, in Apollinis Thymbræi, qui erat verus Troili pater, occidit. Alii, in his Calaber, & Virgilius, in pugna ſuperatum aiunt ab Achille Troilum. Epitaphium ejus elegantiſſimum extat apud Theocritum, Βωμοῦ nomine, quod quum à nemine ante intellectum fuiſſet, primus J. Auratus, regius in Gallia linguæ Græcæ profeſſor, divino vir ingenio, atque eruditione ſingulari, dexterrime, ut reliqua Theocriti omnia, & emendavit, & expoſuit. vide Novas Lect. noſtras.

309. *Draconem*] Achillem. Per *arcuum illecebram*, intellige arcum illecebræ, ſive amorem Troili, quo captus Achilles erat, ἴυγξ enim pro illecebra ſumitur. Cæterum pro ὁ πάχιος lege ὅς ἄχιος.

312. *Non vulneratus.*] vulnere amoris. Achillem enim, qui te amabat, non redamabas.

314. *Hei mihi.*] enumerantur deinceps quidam de familia regia, qui poſt captam Trojam miſerrime perierunt. *Duæ luſciniæ* ſunt Caſſandræ ſorores duæ, Laodice & Polyxena. *Canis* dicitur Hecuba, quod in canem converſa fuerit.

316. *Unam.*] Laodicen, quæ quum capta Troja & hoſtium vim timeret, & alioqui ob excidium patriæ (quod heic vocat *cladem gemituum*, ſeu *gemendam*) magno cruciaretur dolore, ultro ſe de rupe quadam præcipitem dedit. Ejus ſepulcrum dudum poſt à Maximo quodam, Aſiæ prætore, inſtauratum fuit, addito epigrammate. quod quia ad hiſtoriam pertinet, ex epigrammatt. Græcis huc tranſcribendum putavi:

Τῇ δέ ποτ' ἀντιπέραιον ἐδέξατο γαῖα χανοῦσα
  Λαοδίκην, δηΐων ὕβριν ἀλευομένην.
Σῆμα δ' ἀμαλδύναντος ἀναίστοιο χρόνοιο,
  Μάξιμος ἔκδηλον θῆκ' Ἀσίης ὕπατος,
Καὶ κούρης χάλκειον ἐπεὶ τύπον ἔφρασατ' ἄλλῃ
  Κείμενον ἀκλειῶς, τῷ δ' ἐπέθηκε κύκλῳ.

quæ nos ita conati ſumus vertere:

Laodicen quondam heic ſuſcepit terra dehiſcens,
  Hoſtilem fugeret quum tremebunda manum.
Sed quod tempus edax conſumpſerat uſque ſepulcrum,
  Splendorem huic prætor Maximus attribuit:
Quæque alibi ſine honore puellæ ſtabat imago
  Ærea, ſic tumulo deſuper impoſuit.

319. *Ubi ſaltus avi.*] Locum exprimit, ubi ſe præcipitavit Laodice: nempe juxta ſaltum, ſeu nemus avi ſui Trois, vel Ili ſepulcrum, de quo Homer. ubi quondam Cilla, quæ cum Priamo occultam aliquando conſuetudinem habuerat, ſimul cum filio necata eſt ipſius juſſu, qui Æſaci oraculum ſuper Hecubæ ſomnio (de quo ſupra) de ipſis interpretabatur. Filius autem Cillæ quo nomine fuerit, non poteſt ex Lycophrone cognoſci. verum Scholiaſtes ait Munippum fuiſſe vocatum, ac reprehendit etiam Lycophronem, quaſi Cillæ & Laodices hiſtorias confundat, utrique tribuendo filium Munippum. Enimvero Laodices quidem filium vocat Munitum Lycophron, non Munippum: Cillæ autem filii nomen nuſquam, ut dixi, exprimit, ideoque non recte fugillat eum Scholiaſtes.

321. *Antequam laticem mulgeret.*] Puer enim, mox atque editus in lucem fuit, ſublatus eſt una cum matre, ſic ut nec lac maternum haurire, nec corpus aqua lavare, ſeu nutrici lavandum præbere potuerit.

323. *Te.*] Polyxenam. hæc enim ad Achillis tumulum mactata fuit ab Iphidis leone, ſeu Neoptolemo, Iphigeniæ F. matris ſuæ ſacra, quibus illa in Tauris hoſpites Græcos mactabat, imitante.

326. *Quam.*] Iphigeniam. nam ad illam hæc malim, quam ad Polyxenam, referre, ratione ſequentium. Ποιμανδρία non eſt hoc loco nomen gentile, ut putavit Scholiaſtes, nec non Stephanus, qui hoc nomine dicit olim nuncupatam Tanagram: ſed vas quoddam ſacrum, ad excipiendum ſanguinem, quod aliter σφαγεῖον vocatur. cujus me rei admonuit Joſephus Scaliger, ac ſimili compoſitione dicitur γεράνδρυον de ligno vetuſto, apud Apoll. Ἐς ποιμανδρίαν porro dicit, quemadmodum Virg. ult.

In flammam jugulant pecudes.

Draco Diomedem, vel quemvis alium ſacerdotem Græcum ſignificat.

328. *Candaonis.*] Si Candaon Bœotis Orionem ſonat, & ejus enſem habuit Diomedes, exiſtimarim legendum τριπάτρου. notum eſt enim, Orioni tres fuiſſe patres. *Candaon* tamen infra, duobus locis, de Marte dicitur.

329. *Lupis.*] Græcis, qui hoc nomine etiam in Iphigen. Taurica inſigniuntur. Vocat autem hoc jusjurandum πρωτόσφακτον, quod in eo iciendo victima humana primum fuerit adhibita: quæ quidem in priore jurejurando, quod in Tyndari domo conceptum fuiſſe ante diximus, omiſſa fuerat. aliter enim non video, quomodo ſenſus Poetæ conſtare poſſit. nec placet Scholiaſtis interpretatio, quæ relationis vocabulum ad qualitatem detorquet, ut logice loquar. Æſchylus hoc ſacrificium προτέλεια ναῶν dixit, id eſt, ἀπαρχὰς καὶ προτέλεια. qua quidem ratione poſſet etiam heic, ut προτέλειον de præda, ita πρωτόσφακτον de ſacrificio dictum videri.

330. *Vetulam.*] Hecubam, quæ quum in Thraciam captiva eſſet abducta, ibique præ nimio dolore atrocius Græcis conviciaretur, lapidata fuit. & quia Græcos perpetuis conviciis quaſi allatrabat, finxerunt eam poſt mortem in canem mutatam. vide Ovid. Plautus quoque Menæchmis:

Omnia mala ingerebat, quemquem aſpexerat,
Itaque adeo jure cœpta eſt appellari canis.

334. *Mæræ f. c. permutaris.*] in canem mutata fueris. Mæra mulier, quia in canem olim fuit mutata, teſte Ovid.

Et quos Mæra novo latratu terruit agros.

hinc pro cane ponitur.

335. *Ille.*] Priamus. is ad Jovis Hercei aram domi ſuæ confugiens, à Neoptolemo trucidatus eſt. *Agamemnonis* nomen Jovi tribuitur, quod, ut vult Euſtathius, ſicut Agamemnon εὐρυκρείων, ſic Jupiter εὐρυμέδων dicatur. quæ duo epitheta quum idem ſignificent, inde fieri, ut proprium Agamemnonis nomen Jovi pro adjecto tribuatur, ſicut Antenoris nomen apud Æſchylum de mortuorum reliquiis uſurpatur. Alii putant Agamemnonem ea de cauſa Jovem dici, quod, quum Jupiter ſit æther, Agamemnon quoque æther dicatur. Colebatur autem hic Jupiter Spartæ.

337. *Qui flammeo.*] Quum Heſione poſt captam ab Hercule Trojam captiva cum fratre abduceretur, redemptum flammeo ſuo Trojam eum remiſit: unde is Priamus dictus eſt, quum

quum ante Podarces vocaretur. Lucianus Tragopodagra,

Πρίαμος ποδάρκης, ποδαγρὸς ὤν, ὠνομάζετο.

Sed hæc quia fabuloſa ſunt, adferam Diodori Siculi hac de re verba, quæ mihi vero magis conſentanea videntur. Ἡρακλῆς τὴν πόλιν ἑλών, Πριάμῳ τὴν βασιλείαν ἀπέδωκε τῶν Ἰλιέων, διὰ τὴν δικαιοσύνην. οὗτος γὰρ μόνος τῶν υἱῶν τοῦ Λαομέδοντος ἐναντιούμενος τῷ πατρί, τοὺς ἵππους συνεβούλευεν ἀποδοῦναι τῷ Ἡρακλεῖ κατὰ τὰς ἐπαγγελίας. Nec deſunt, qui Priamum ab Hercule ipſo à vicinis hoſtibus redemtum, in regno paterno collocatum aſſerant.

340. *Chelydrus.*] ſerpens aquatilis, quo nomine heic Antenorem inſignivit, qui ſecundum quoſdam Trojam Græcis prodidit. quæ quidem opinio inde putatur orta, quod, ut ait ille, *ſuaderet belli præcidere cauſas*, & pacis auctor eſſet: tum etiam, quia capta Troja, ipſi ab hoſtibus parcitum fuit. *Facem* dicit eam, quam lucebat Græcis ex equo deſcendentibus Sinon. *Gravidus* dicitur equus Durateus, quem Græcorum fortiſſimi quique conſcenderant.

344. *Siſyphiæ vulpeculæ*] Ulyſſis aſtuti, qui è Siſypho natus eſt, ut volunt nonnulli, & exprobrat ei apud Sophoclem Philoctetes. Ejus *conſobrinus* erat Sinon (de quo Virgil.) natus ex Æſimo, fratre Anticleæ, quæ fuit Ulyſſis mater. *Leucophrys* inſula poſtea Tenedus eſt à Teno rege dicta, ut ſupra docuimus.

347. *Inſulas duas*] Calydnas. juxta Tenedum ſitas: è quibus egreſſi ſerpentes, filios Laocoontis interemerunt. Hiſtoriam habet Virgilius.

348. *Nuptiis*] Apollinis; de quibus, ut & de carcere Caſſandræ, diximus aliquid in Prolegomenis. *Cenaculis carere* ſe dicit, quoniam turris ipſius habebat pyramidis figuram. *Genitalis*, *Ptous*, & *Horarius* dicitur Apollo: Genitalis quidem ſeu Genitor, cujus ara fuit in Delo: & Horarius, quod ſol motu ſuo tum producat omnia, tum anni tempora diſtinguat: Ptoi vero rationem ante reddimus.

356. *Innuptæ*] quæ & ἀειπάρθενος idcirco vocatur, ac proprio Παρθένη cognomine Athenis colebatur. Eadem & *Laphria* dicta eſt à Calydoniis & Meſſeniis, à Laphrio quodam erecta, teſte Pauſan. & *Ianitrix*, quod in ædium foribus, & oppidorum portis ponebatur.

358. *Raptabor*] ab Ajace. Conjunguntur heic οἰνὰς & φάσσα, quo modo ſupra τετράχυον & αἰετός. *Budea* dicitur Pallas à civitate quadam Theſſaliæ, vel Phrygiæ. Eadem & *Fulicæ* cognomento coli ſolita eſt, quod in mergum fuerit olim converſa, (ut Odyſſ. ε'.) teſte Heſychio.

361. *Domus*] templi ſui, ex quo etiam abreptam Caſſandram, non è carcere, ſunt qui velint. Propertius,

Victor Oilide, rape nunc & dilige vatem,
Quam vetat avelli veſte Minerva ſua.

Conſentit & Virgilius. Huc etiam pertinet, quod inquit Strabo, Minervam ſe, quum ſtuprabatur Caſſandra, totam avertiſſe. *Exercitum*, intellige Græcorum.

363. *E cœlo*] Palladium enim Ilo regi, ſignum poſtulanti, cœlitus demiſſum fertur. vide Apollodorum. Idem Ilus, quum Palladium hoc quodam tempore è templo igne correpto vellet auferre, repente excæcatus fuit, narrante Plutarcho.

365. *Unius*] Ajacis. Virgilius,

Unius ob noxam & furias Ajacis Oilei.

Minerva etenim propter Ajacis ſtuprum Græcis, quibus antea faverat, irata, tempeſtates & procellas horrendas redeuntibus immiſit.

Quum Pallas uſto vertit iram ab Ilio
In impiam Ajacis ratem: Horatius.

369. *Mos eſt*] Solet enim peregre mortuorum crematorumque cinis, in urnis conditus, domum referri. Expreſſit autem Homericum illud,

—— ὄστε' οἴκαδ' ὡς δοίετον.

373. *O Ophelta*] Alloquitur loca, & rupes eas, in quibus Græci naufragium fecerunt. Sunt autem omnes Eubœæ montes, niſi quod *Trychas* urbem Stephanus vult eſſe, quam Lycophron per Metaplaſmum *Trychanta* appellarit. *Phorcus* deus eſt marinus.

380. *Refluis*] Scaliger παλιῤῥοίβδην hoc loco legit. ego potius δίναις παλιῤῥοίαισιν ita dictum a Poeta credo, ut πότμον φθίσειν poſtea dicet, & Homer. ῥόα στόμαλιν uſurpat.

381. *Thunnos*] Græcos naufragos *Guſtabit*, ſive feriet: qua figura dicuntur apud Homer. antagoniſtæ γεύσεσθ' ἀλλήλων. Virg. tangendi ſenſu uti maluit,

Fulminis afflavit ventis, & contigit igni.

386. *Noxius*] Nauplius. is quum filium ſuum, Palamedem, à Græcis interemptum cognoviſſet, omnibus eos modis ulciſci conatus eſt, adeo ut & principum uxores in adulterium per certos homines pelliceret, & Græcis redeuntibus lucernam de Caphareo monte ſuſpenderet, ad quam illi tanquam ad portum, aut ſtationem navigantes, facerent omnes naufragium. Propertius,

Nauplius ultores ſub noctem porrigit ignes,
Et natat exuviis Græcia preſſa ſuis.

Quod additur de crapula, ſumptum eſt ex Homeri verſu,

Οἱ δ' ἦλθον οἴνῳ βεβαρηότες υἷες Ἀχαιῶν.

387. *Illum ſane*] Ab hoc loco catalogum texit Græcorum, qui partim naufragio perierint, partim variis erroribus longo tempore circumacti fuerint. Primo loco ponitur Ajax, qui inter Myconum & Tenum, Ægæi maris inſulas, naufragium ad ſcopulos fecit. Ad *Gyras* deinde, ſeu *Gyrades petras* fuit ejectus. Homerus,

Γυρῇσιν μὲν πρῶτα Ποσειδάων ἐπέλασσεν.

389. *Jactatum* [Hoc pereleganter Euripides Hecuba expreſſit,

Πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορούμενος.

ac vocat δίαυλον hic, quod alii παλίῤῥοιαν.

391, *Alteram t. ſalſuginem*] iterum cadet in mare. Verbo trahendi etiam Horatius in hac notione eſt uſus,

Pocula Lethæos ut ſi ducentia ſomnos

Arente

Arente fauce traxerim.

Neptunum vocat *mercenarium*, quod mœnia Trojana mercede conductus extruxerit. *Cuculum* deinde appellat Ajacem, quoniam erat garrulus & maledicus. nam ut Homerus inquit,

Φῆ δ' ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης.

397. *Delphini*] Ajacis, more Delphini, de quo videndus Oppianus, in litus expoſiti. alii delphinum heic de Sole dici malunt. *Sinius* deinde pro Sole capitur, ut & apud Archilochum, citante Suida,

Πολλοὺς μὲν αὐτοῦ σείριος καθανεῖ.

& apud Heſiod. initio ſecundi, ſecundum quoſdam.

399. *Neſææ*] Nereidis apud Homer. Heſiod. & Virg. Ejus *ſoror* eſt Thetis. *Lapidem* dicit Jovem, pro quo lapis fuit Saturno propoſitus devorandus. Idem *Cynæthei* nomine in Arcadiæ urbe Cynætha colitur, teſte Strab. Quin etiam in Olympia ſignum Jovis Cynæthaenſes poſuerunt, auctore Pauſan. Jovis porro *adjutrix* fuit Thetis, quum eum reliqui dii ligare vellent: nota eſt fabula.

402. *Tremens*] Quoniam juxta Delum Ajax in litore ſepultus fuit, factum eſt ut aqua maris altior Ajacis etiam ſepulcrum ſubinde inundaret, ita ut illud ſub aquis quaſi tremere & fluctuare videretur. ſimiliter dixit Horat. *trementes verbere ripas*. Dicitur quoque poetice ſepulcrum cavere ſtrepitum & fluctum, quaſi metuat undas alluentes, quemadmodum contra turris alta, nec inundationibus obnoxia, dicitur à poetis interrita fluctibus. Quod. n. de Tremonte ait Scholiaſtes, minus placet. noſtram quidem ſententiam adjuvant verba Pauſaniæ, qui in Atticis de quodam audiſſe ſe refert, ὡς τοῦ τάφου τὰ πρὸς τὸν αἰγιαλὸν ἐρείπειν ἐπικλύσασα τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν ἔσοδον πρὸς τὸ μνῆμα οὐ χαλεπὴν ποιῆσαι. Jam *coturnicem alatam* intellige Delum. Alteria enim, ſeu Latona, ſeu Latonæ ſoror, in coturnicem commutata, facta poſt eſt inſula Ortygia, quæ deinde Delus fuit. vide Callimachum, & Athenæum.

403. *Caſtniam*] Venerem; hanc Καστνιῆτιν appellavit Callimachus citante Strab. Nominis origo videtur à Caſtnio, Pamphyliæ monte, ducta, cujus ἐθνικὰ ſunt, auctore Stephano, Κάστνιος & Καστνιήτης. Scholiaſtis quidem commentum nimis eſt ineptum. *Melinæa* dicitur Venus à Melina, urbe Argiva.

405. *Oeſtri*] amoris, quo percitus, Caſſandram compreſſit. Sequens in Poeta dicendi figura ſimilem habet apud Muſæum verſu venuſtiſſimo,

Μορφῆς ἀντίφαιρα καὶ εἶχεν οἶστρον ἐρώτων.

Euripides quoque eodem, quo Lycophron, ſenſu dixit,

Γάμος οὐ γάμος, ἀλλ' ἀλάστορός τις οἰζύς.

408. *Omnis*.] terra; ſive Græcia, quæ tota fere Aræthо Dotioque comprehenditur. *Aræthus*, eſt Epiri fluvius: *Dotium*, Olympi promontorium.

411. *Quibus*] Græciæ incolis. tranſitum facit à terra ad homines, more poetis familiari.

417. *Unum.*] Phœnicem, qui in *Eone*, urbe Thraciæ ad Strymonem ſita, (unde vocatur ab hiſtoricis Ἠιὼν ἡ ἐπὶ Στρυμόνι, vel αἰγιαλὸς παρὰ τῷ Στρυμόνι) ſepultus fuit. *Abſinthii*, *Biſtones*, *Edoni*, Thraciæ ſunt populi. *Nutricius* vocatur, quod Achilleum educaverit, ut ipſe longa oratione narrat Iliad. decima.

420. *Collem.*] patrium, Trachine. Phœnicis pater fuit Amyntor, qui illum cum pellice deprehenſum viſu privavit, ſanatum poſt à Chirone.

424. *Cercaphi*] qui mons eſt Colophonis, cujus & fluvius eſt Alens, vel Ales. *Lari* cognomen ſenectuti tribuitur.

426. *Primum.*] Calchantem. is enim quum poſt Ilium captum veniſſet Colophonem, quæſivit è Mopſo vate, quot groſſos ficus quædam haberet? reſpondit ille, decies mille, modium, & unam. id quod ita ſe habere compertum eſt. Tum viciſſim ex Calchante Mopſus de ſue quadam quæſivit, quot illa porcellos ferret? ad quam quæſtionem quum non poſſet Calchas reſpondere, poſt vero Mopſus, Calchas ex oraculo periit, quo fuerat illi mors indicta, quum primum in vatem ſe præſtantiorem incidiſſet. de genere mortis infra dicetur. *Moloſſus*, *Cypeus*, *Cubicularis* vocatur Apollo, Moloſſus à Moloſſis: Cypeus, quod ſolis calor inſtar veſtis (id enim valet κυπάς) nos tegat & foveat: Cubicularis, quod rerum ortui præſit, unde & *Genitor* quibuſdam dictus eſt. *Cygnum* denique pro vate ponit.

429. *Æmulum.*] Mopſum, quem tamen Clemens Calchante facit longe antiquiorem, ut Argonautam. verum Scholiaſtes duos ponit Mopſos, alterum Apollinis F. vatem: alterum Ampyci F. Argonautam.

431. *Alterum*] Idomeneum, quartum à Jove. Minos enim, pater Deucalionis, qui genuit Idomeneum, filius fuit Jovis. *Erechtheus* Jupiter Athenis, & in Arcadia colitur. Neque pugnat heic Lycophron cum Homero, apud quem Idomeneus in Cretam rediiſſe dicitur. nam rediit quidem, ſed mox è regno fuit expulſus, ut infra dicetur, & Colophonem venit.

432. *Æthonis germanum.*] Ulyſſes quum Ithacam tandem rediiſſet, nec agnoſci primum vellet, Cretenſem ſe finxit, & Æthonem vocari: fratrem autem habere Idomeneum. ſic enim ait Odyſſ. τ'.

Δευκαλίων δ' ἐμὲ τίκτε, καὶ Ἰδομενῆα ἄνακτα.

& paulo poſt,

—— ἐμοὶ δ' ὄνομα κλυτὸν Αἴθων,

Ὁπλότερος γενεῇ, ὁ δ' ἄρα πρότερος καὶ ἀρείων.

Quin & apud Minervam, atque Eumæum, Cretenſem patriam ſibi aſciſcit.

433. *Tertium.*] Sthenelum, Capanei F. is quum, vel invito Jove, in urbem Thebanam ſe irrupturum jactaſſet, fulmine eſt interemtus. vide Æſchylum, & Euripidem. Cæterum *Thebas* dicitur *ſubiiſſe*, quomodo Melampus apud Propert. narratur,

Cognitus Iphicli ſubripuiſſe boves:

id eſt, ſubripere voluiſſe. *Ectheni* populi primi

Thebis

Thebis habitarunt, teſte Pauſan. eujus hæc ſunt in Bœotieis verba: Γῆν δὲ τὴν Θηβαΐδα οἰκῆσαι πρώτους λέγουσιν Ἕκτηνας. βασιλέα δὲ εἶναι τῶν Ἐκτήνων ἄνδρα αὐτόχθονα Ὤγυγον. ἐνσκήψαι δὲ μετὰ τοὺς Ἕκτηνας εἰς τὴν χώραν Ταντας, καὶ Αονας. Nonnus quoque quinto Dionyſ. Ἐκτήνων πρωμάχους vocat prineipes Thebanos. Quis igitur non admiretur hoc loco Scholiaſtis, & aliorum ineptias, qui à beſtiis etymon vocabuli repetunt? *Gongylates* dicitur Jupiter à torquendis fulminibus, & βολαῖος, ut apud Hom. μαντείας. ejus ſimulacrnm erat Athenis in euria D. virum. *Piſtor* Jupiter ex Ovidio notus eſt. *Germanos*, dieit Eteoclem & Polynicem. *Noctis filiæ* intelliguntur Furiæ.

439. *Duo.*] Mopſus & Amphilochus; qui quum in Cilieiam ſimnl veniſſent, Amphilochus, quia volebat Argos ſecedere, tradidit Mopſo ſacerdotium ſuum in annum ſervandum: quo elapſo, quum nollet Mopſus depoſitum reddere, ventum eſt ad arma, ſeque mutuo interfecerunt. Alii hanc pugnam è diſceptatione de artis peritia, ortam volunt. Vates hos vocat *Apollinis canes*, ſeu *ſatellites*, Apollo enim *Deræenus*, ſive Abderitanns, ab incolis Abderæ colitur.

Ibid. *Pyrami.*] fluvii Cilieiæ. *Pamphyli filia* vocabatur Megarſus, à qua deinde arx, ſive urbs editior, nomen ſumpſit, ut à patre Pamphylia. *Sacra* vocat *ſepulcra*, quod in illis vates, gens ſacra, eſſent conditi.

447. *Spheceam Ceraſtiam.*] Cyprum, quæ olim Sphecea ab incolis, qui Σφῆκες vocabantur, dicta fuit. *Ceraſtia* quoque eſt appellata, quod haberet multa cornua, i. e. montes & colles. *Satrachus* Cypri urbs eſt. *Silvanus* Apollo in Hyle, Cypri urbe, ac ſilva, & in Tembro oppido, atque Amamaſſo colebatur. Venus deinde *Morpho* vocatur, & *Zerinthia*: Morpho, quod formæ præſit, & pulcritudini: Zerinthia, à Zerintho, Thraciæ antro, & urbe. Morphonis templum in Laconicis prodidit Pauſanias.

450. *Primus.*] Teucer; is quum in patriam rediiſſet à patre Telamone fuit repnlſus, quod Ajacem fratrem nec moritnrum adjuviſſet, nec mortuum ultus eſſet. Salamine igitur fugatus, in Cyprum venit, ubi novam condidit Salaminam, ut eleganter ab Horatio deſcribitur. Dido quoque apud Virg. ſic de Teucro,

Atque equidem Teucrum memini Sidona venire,
Finibus expulſum patriis, nova regna petentem
Auxilio Beli. genitor tum Belus opimam
Vaſtabat Cyprum, & victor ditione tenebat.

Itaque quod ait Servius, Teucrum totam Cyprum occupaſſe, falſum videtur. *Antrum Cychrei* dieit Salaminem, cui Cychreus vel Cenchreus olim imperavit, occiſo dracone, (quanquam alii Cychreum ipſum ſerpentem fuiſſe velint) unde & Cychrea dicta fuit, ſi Euſtathio credimus. *Bocarus* etiam Salaminius eſt fluvius, de quo Strabo.

452. *Meus cognatus.*] erat enim filius Heſionæ, quæ fuit Priami ſoror: ac Telamoni, capta ab Hercule Troja, pro præmio donata, quod muros primus conſcenderat. *Patrium pullum* dicit Ajacem Telamonium, quoniam ex eodem, quo Teucer, patre, ſed matre alia natus erat. *Cognatos* intelligit Trojanos, quorum plnrimos Teucer telis transfixit, ut eſt apud Homerum videre.

454. *Qui rabiem.*] Notus eſt Ajacis furor ex Sophocle, Ovidio, aliis. *Leonem* dieit Nemæum, cujus pellem Ajaci dederat Hercules. *Corytum* vocat *Scythicum*, quod eum à Teutaro Scytha Hercules primum acceperat, ut ante dictum eſt; is Herculi tegebat latus, ut Ajaci clypeus.

459. *Quando Comyroni.*] Quum Telamon quodam tempore pro liberis Jovi ſacra faceret, Hercules caſu illac tranſiens, hoſpitioque exceptus, ſacris interfuit, puerumque Ajacem, quem brachiis geſtabat, leonina ſua donavit, ſimul precatus Jovem patrem, ut infantem redderet invulnerabilem; quod ejus votum aquilæ prætervolantis omine comprobatum fuit, & inde puer Ajax dictus putatur. Meminit fabulæ Pindarus Iſthm. VI. *Comyro* Jovis eſt apud Halicarnaſſenſes cognomen. Pro ἀείνυ lego ἄινυ, vel αἴνυ, una duntaxat mutata litera.

460. *Patri.*] Telamoni. *Lemnium fulmen* vocat Ajacem bellicoſum, quod Lemnii, ſecundum nonnullos, primi armorum fabricam invenerint. *Hoſpitem* dicit Hectorem, à quo Ajax gladium dono accepit, reddito illi baltheo, ut Homerus tradit.

467. *Trambeli fratrem.*] Teucrum, quem poſtquam ex Telamone genuerat Heſione, & rurſum deinde gravida fuit facta, Miletum aufugit, ubi Trambelum peperit, qui poſtea Lelegum rex fuit, nt vult Athenæus. *Sororem patris*, Priami, dicit Heſionem, quam Telamon ab Hercule præmium accepit, ut diximus.

470. *Quam aliquando.*] Quum cetus à Neptuno immiſſus (de quo initio libri dictum eſt) humanis corporibus alendus eſſet, ideoque ſorte quotidie ducerentur è Trojanis, quos objicerent ceto, cecidiſſet autem ſors tandem in Phœnodamantem: ille, qnum nollet filias ſuas ceto exponi, habita concione, perſuaſit populo, ut Heſione, filia Laomedontis, propter cujus perjurium cetus eſſet immiſſus, devoranda belluæ proponeretur; quod quum factum eſſet, ſervata tamen fuit ab Hercule Puella. *Pipo* eſt avis marina, cui confert Heſionem, ut Herculem *ſcorpio*. *Partum* vocat Herculem, qui è ceti mortui ventre exiit, ut ante expoſitum eſt.

478. *Secundus.*] Agapenor. Verſum proximum, qui hactenus priorem locum occupavit, tranſpoſuimus, ita re exigente; qualem loci mntationem etiam infra neceſſario duobus in verſibus faciendam fuiſſe, aperte illic oſtendemus.

480. *Terrigena conviva.*] Sequentes qnatuor verſus patriam Agapenoris, Arcadiam, longa periphraſi explicant. Vocatnr enim primum *terrigena*, ſive αὐτόχθων, propter Arcadum ve-

tuſtatem ; *Conviva* deinde *nepotum quercus*, ſeu Arcadum, quoniam ex Hamadryade nympha, cum qua cubuit Arcas, nati ſunt Arcades. Dicitur autem proprie αὐτίδειπνος, ſeu αὐτιδείπνιος, ſive etiam αὐτόσιτος, is conviva, qui ſymbolam ſuam ſecum defert, itaque de ſuo cœnat. quale quidem convivium vocabant antiqui συνδείπνιον, & ἔρανον : alia vero εἰλαπίνας, quas Martialis *rectas cœnas* nuncupat. Eoſdem porro Arcades vocat etiam *lupiformes*, quod olim ſe transformare, ſtagno quodam trajecto, ſoliti ſint, teſte Plinio: niſi quis malit hoc ad Lycaonem referre. *Nyctimi ſectores* deinde vocantur ob Lycaonem, qui Nyctimi filii carnem Jovi hoſpiti appoſuit. Arcades denique *glandibus victitaſſe*, & *Luna ſe antiquiores* dicere ſolitos, unde βαλανηφάγοι, & προσέληνοι ſint appellati, notius eſt quam ut referri debeat. *Pater Agapenoris* fuit Ancæus, qui ab apro Calydonio, ex Oeta in Ætoliam ingreſſo, fuit interemtus. Agapenorem denique, quum in Cyprum veniſſet, Paphum condidiſſe, & in ea Veneris templum, teſtatur etiam in Arcadicis Pauſanias.

489. *Multa inter labrum.*] Adagium eſt, de quo Eraſmus. Cæterum nulla nos urget neceſſitas, ut putemus adagii originem huic Ancæo à Lycophrone tribui, quamvis id exiſtimet Scholiaſtes: quandoquidem multi poſſunt ejuſdem rei dictique veritatem eventu ſuo comprobare.

492. *Setoſa beſtia.*] στέρφυγξ, ut acuta omnia, quemadmodum & στόνυξ, ita etiam ſetam, quæ heic pro beſtia ſetoſa ponitur, ſignificat. *Interfecturum* intelligo Ancæum, qui cum apro congreſſus erat ; Scholiaſtis enim argutia nimis videtur hoc loco violenta.

494. *Tertius.*] Acamas, F. Theſei, qui gigantis Ægei arma abſtulit. vide Plutarch. Theſeo.

495. *Cujus olim.*] nempe quum Acamas legationem apud Trojanos de Helena reddenda obiret. Tunc enim Laodice, amore capta, furtim cum ipſo concubuit, & poſtea Munitum peperit.

497. *Viva deſcendens.*] Eodem ſenſu ſupra dixit, ipſam de rupe ſe præcipitaſſe, conſpecto patriæ excidio. Scholiaſtes heic nimis audacter Poetam reprehendit, ipſe merito graviter increpandus, qui doctiſſimi poetæ doctiſſima carmina, quæ non intelligit, traducat. Non enim ſic ait Lycophron, Laodicen in Thracia mortuam eſſe, poſtquam filium ſuum periiſſe cognovit : ſed ita, Laodicen, quæ fuit Muniti mater, præ nimio dolore ex incendio Trojæ, vivam ſe præcipitem dediſſe : nec eſt horum verborum iſta ſyntaxis, *Matrem tabefactam lacrymis Muniti mortuam eſſe*, ut putavit Scholiaſtes: ſed iſta, *Matrem Muniti vivam periiſſe*, idque *lacrymis tabefactam.* Hanc interpretationem noſtram facile defendet Calaber, cujus hi ſunt verſus extremo lib: XII.

Καὶ τότε που Πριάμοιο πολυκτήτοιο θύγατρα
Λαοδίκην ἐνέπουσιν ἐς αἰθέρα χεῖρας ὀρέξαι,
Εὐχομένην μακάρεσσιν ἀτειρέσιν, ὄφρα ἑ γαῖα
Ἀμφιχάνῃ, πρὶν χεῖρα βαλεῖν δηΐοισιν ἔργα.
Τῆς δ' ὅ θεῶν τις ἄκουσε, καὶ αὐτίκα γαῖαν ἔνερθεν
Ῥῆξεν ἀπειρεσίην. ——

Jam quoniam in Poeta utcumque intricatus eſt priorum verborum ordo, pro ἡ ζῶσα poſſet alicui ἵζουσα cum Aurato legendum videri ; qua de re judicet eruditus lector. Euripides quidem extrema Ione ſic loquitur, εἰς θρόνους ἵζε παλαιούς, alioqui ita καταλάδην erit ſumendum, ut infra λαρυσίαν ponitur.

499. *Quem aliquando.*] Munitus ab Acamante (ſecundum alios, Demophoonte) patre Miletum reductus ut fuit, in venatione periit. Acamantem tamen in Phrygiam, capta Troja, aberraſſe, ibique Synnada oppidum extruxiſſe, ſunt qui tradant. At Demophoon Æpeam urbem in Cypro condidit, quam poſtea Philocyprus rex à Solone Solos vocavit.

501. *Quando.*] *Quum*; inquit, *Æthra, Acamantis avia*, (fuit enim Theſei mater) *Munitum patri Acamanti tradet* ; Æthræ namque Laodice filium ſuum dederat educandum. *In tenebris nutritum puerum* dicit, quem aliter σκοτεινὸν & παρθένιον Græci vocant.

503. *Cui ſoli.*] Quum Theſeus Helenam rapuiſſet, apud Æthram matrem Athenis (ſecundum alios, Aphidnis) depoſuit. Dioſcuri deinde quum ob Helenam repetendam Athenas expugnaſſent, Æthram ſolam, raptoris matrem, una cum Helena captivam abduxerunt, ſororis raptum hac ratione ulti. Poſtea, quum ſecundo rapta eſt à Paride Helena, ſequuta eſt ultro Æthra, & ita demum, exciſa Troja, cum Acamante in Græciam rediit.

506. *Quorum caput.*] Quoniam ex ovo nati erant Dioſcuri, ad ejus rei memoriam galea utebantur, quæ dimidiati ovi figuram haberet.

508. *Reliqua porro*] Dioſcuri enim, ut cœpimus dicere, captis Athenis, Helenam ſolam cum Æthra abduxerunt, reliquis Athenienſium ædibus intactis relictis. *Vermiculatum ſigillum* uſurpat, quia veteres olim lignis vermiculatis & à vermibus exeſis utebantur pro ſigillis.

510. *Id quod.*] Athenienſes conſpecta Dioſcurorum æquitate, qui ſolos ſontes puniviſſent, eos admirati ſunt, & inter deos retulerunt, Ἄνακας dictos, ipſiſque ferias Ἀνάκεια inſtituerunt. Vocantur autem Dioſcuri tum *ſemidei*, quod alternis diebus cœlo fruantur : tum *Laperſii* à Laperſa oppido, teſte Didymo. Quod enim ait Stephanus, Laperſam à Dioſcuris nomen duxiſſe, non fit mihi veriſimile.

513. *Bis.*] à Theſeo primum, deinde à Paride. Si legas δυσαρπάγῳ, id infeliciter raptam ſonabit. *Crex* eſt avis marina, nuptiis infauſta, quare convenit hoc nomen Helenæ. *Bebryces* olim Phrygiam habitarunt, Bebryciam à ſe denominatam.

517. *Fortiores.*] huc veniant, ſubandi ἀπὸ κοινοῦ. Intelligit autem Apharei filios, Idam & Lynceum : quos quum ait *à Marte & Bellona amari*, bellicoſos eſſe innuit. *Tritonia* dicitur Minerva, quod è Jovis capite nata ſit. nam ex Τριτογένεια factum eſt à Poeta per Syncopen

copen Τεχνίτης. Colitur & *Jugæ* nomine à Bœotis, quod arationis auctor fuerit: eandemque puto eſſe, quam Panyaſis vocavit Ζυγίαν, citante Clemente, niſi hoc potius ad conjugii rationem pertineat. *Longatis* dicitur à loco quodam Bœotiæ: niſi potius Λοɣχάτις, ut recte quidam videntur ſentire, legendum ſit, ut ab haſta denominetur. *Homolois* denique Minerva colitur à Thebanis, apud quos erant portæ Homoloides, in quibus Minervæ Homoloidis ſtatuam fuiſſe collocatam conjicio. Homoloides autem ab Homole Theſſaliæ urbe, qua capta, per has portas in patriam rediêre Thebani, nominatæ ſunt. teſtis Pauſanias.

521. *Gemini.*] Neptunus & Apollo, qui muros Trojanos extruxerunt. Apollo quidem *Drymius* Mileſiis colitur, Neptunus vero *Prophantus* Thuriis, qui & *Cromnæ rex* dicitur, quæ eſt urbs in Paphlagonia, aliter Amaſtris; & alia in Peloponneſo. *Regem perjurum* vocat Laomedontem, qui equos Herculi ſancte promiſſos abnegavit.

525. *Ad ſuſtinendam.*] Malim σίξαι, quam σήξαι. nam ſic Æſchylus,

Πύργον σέγειν εὔχεσθε πολέμιον δόρυ.

Canaſtræum dicit Thracem, ſed addit *indigenam*, ut intelligatur Canaſtræus per ſimilitudinem tantum Hector vocari. *Pecorum vaſtatorem* vocat Proteſilaum, qui primus è navibus ad agrum Trojanum populandum egreſſus, primus ab Hectore trucidatus eſt.

530. *Cujus.*] Hectoris. *Accipiter* eſt Proteſilaus. *Græcorum* porro nomen antiquius eſſe, quam Ἑλλήνων, nemini mirum debet videri. nam & Γραῖκας dixerunt Alcman, & Sophocles Græcorum matres. ac dicti ſunt Græci à Græco, Theſſali F.

534. *Cherroneſi.*] in Thracia. *Cornu* vocavit promontorium, propter formæ ſimilitudinem. Herodotus Calliope: Ἐν Ἐλαιοῦντι τῆς Χερσονήσου ἐστὶ Πρωτεσιλέω τάφος, καὶ τέμενος περὶ αὐτόν. Χερραίου autem pro Χερσονήσου, vel Χεῤῥήνησον dixit, quemadmodum Χέῤῥησον Apollonius.

535. *Sed eſt.*] Confirmat ſe tandem Caſſandra ſpe certa venturi ab Jove auxilii. Is à Pamphylis *Drymius* vocatur, à Thuriis *Promantheus*, à Chiis *Æthiops*, & *Gyrapſius*.

537. *Erronem.*] Paridem. *Vaſtatoris* cognomen heic aquilæ tribuitur. quare licebat etiam ſic vertere,

Noxiam aquilam acceperint.

Poſtquam igitur, inquit, Paris hoſpitio acceptus à Menelao (itaque etiam à Dioſcuris, & Apharidis, ut Menelai cognatis) Helenam rapuerit, tum deinde gravis inter Dioſcuros & Apharidas excitabitur contentio.

539. *Paſſuri.*] quia mutuis perituri cædibus, ut mox dicetur.

541. *Moroſum.*] nec boni conſulentem illorum ſacrificia. *Cragus* Jupiter in Lycia colebatur, ubi Strabo montem Cragum ponit. Horatius,

—— *aut Erymanthi*
Silvis, aut viridis Cragi.

542. *Jurgium.*] inde ortum, quia Dioſcuri filias Leucippi Apharidis deſponſas, ſibi rapuerant, non datis de more ſocero ſponſalibus donis. Quod quum illis exprobraſſent Apharidæ, ipſi boves Apharei clam ablatos ad Leucippum loco ſponſalium attulerunt. Hac re cognita Apharidæ prœlium cum Dioſcuris inivêre, nolentes raptoribus conſobrinas nubere. Alias contentionis hujus cauſas habet Apollodorus.

546. *Conſobrini.*] Apharidæ cum Dioſcuris. Erant enim Tyndarus, Aphareus, & Leucippus, tres fratres. *Sobrinas* dicit Leucippi filias duas, Phœben, & Ilairam. *Cognatos* intellige Dioſcuros.

550. *Cnecei*] Laconiæ fluvii, ad quem pugna commiſſa. *Pheræos* nominat Laconas, quamvis Pheræ ſit Arcadiæ civitas. nam ex Arcadia profecti primum dicuntur Lacones.

553. *Alter quidem,*] Idas. is enim Caſtorem cum Lynceo pugnantem occidit, feriens quercus truncum, quem ille ſibi pro clypeo prætendebat; erat enim δρυὸς ἐν στελέχει ἥμενος, ut canit Pindarus.

556. *Alter autem*] Pollux, qui Lynceum proſternit. Pollucem deinde Idas ictu ſecundo (nam primo Caſtorem petierat) aggreditur, arrepta de vicino patris tumulo columna. ſiquidem *Amyclæum ſepulcrum* heic pro Laconico ſumitur, erat autem Aphareus natione Lacon.

559. *Columnam.*] Elegantiſſime Pindarus,

Ἔνθεν ἀρπάξαντες ἄγαλ-
μ' Ἀΐδα, ξεστὸν πέτρον,
Ἔμβαλον στέρνῳ Πολυδεύ-
κεος, ἀλλ' οὔ νιν φλάσαν,

quos verſus ita ludibundi exprimebamus,

Unde correptum decus in-
ferium, lævem petram,
Pectus in Pollucis age-
re, tamen citra malum.

Theocritus quoque Dioſcuris non minus venuſte,

Ἡ γὰρ ὅ γε στάλαν Ἀφαρηΐου ἐξανέχουσαν
Τύμβῳ ἀναῤῥήξας ταχέως Μεσσήνιος Ἴδας,
Μέλλε κασιγνήτοιο βαλεῖν σφετέροιο φονῆα.
Ἀλλὰ Ζεὺς ἐπάμυνε, χερῶν δέ οἱ ἔκβαλε τυκτὰν
Μάρμαρον, αὐτὸν δὲ φλογέῳ συνέφλεξε κεραυνῷ.

Reliquam pugnæ ſeriem, non omnino cum noſtra convenientem, apud illum, qui volet, videat.

560. *Simul autem.*] Jupiter conſpecta Idæ impietate, qui paternum ſepulcrum violarat, fulmine ipſum una cum fratre percuſſit, Polluce interim ferro rem agente; is enim ſuperſtes remanſerat.

561. *Unius.*] Idæ, qui cum Apolline de Marpeſſa, Eveni F. ſagittis contendit, idque victoria dubia. Propertius,

Non Idæ, & cupido quondam diſcordia Phœbo
Eveni patriis filia litoribus.

Sciaſtes Apollo ab Arcadibus, eſt enim Scias Arcadiæ regio: *Orchieus* à Laconibus colitur: *Telphuſius* à Bœotis: quanquam heic Τιλφώσιος

 malim

malim ſecundum Pauſan. legere; illud etenim etiam Arcadibus convenit, ut infra dicetur.

564. *Et hos quidem infernus.*] hos, Apharidas.

Ibid. *Illos vero cæl.*] Illos, Dioſcuros, qui alternis diebus in cœlo, ut notum eſt, verſantur.

569. *Aliorum autem intractabilem m.*] Græcorum, qui magno numero ad Trojam venient.

570. *Rhœonis filius.*] Rhœonis filius fuit Anius, rex Deli, qui Græcos ad inſulam ſuam appellentes detinere voluit, donec Trojæ capiendæ tempus à diis præſtitutum, quod erat annorum decem, veniret: interim ſe vini, frumenti, oleique illis affatim ſuppeditaturum promittens. Dictys vero promiſſis iſtis etiam facta adjungit extremo ſecundo: *Cæterum frumenta, vinum, aliaque ſibi neceſſaria Anius & ejus filiæ præbuere, quæ Oenotropæ, & divinæ religionis antiſtites memorabantur.*

574. *Quicunque Cynthiam ſpeculam.*] Cynthiam, Deli. unde & Apollo Cynthius dictus

575. *Inopum juxta.*] Inopus Deli fluvius, ſeu fons eſt, qui una cum Nilo flantibus Eteſiis incrementum accipit, ut & Clepſydra, fons arcis Atticæ: unde creditus eſt occultam ab illo originem ducere.

577. *Quas Problaſtus audax docuit.*] Problaſtus dictus eſt Bacchus, cui ante vites germinantes fiebat ſacrum. Idem & *audax* vocatur de vini effectu. Cæterum Bacchus, ut ad hiſtoriam veniamus, Anii, abnepotis, tribus filiabus (hæ Oeno, Spermo, Elais vocabantur) hoc donum conceſſerat, ut quandocunque vellent, vinum, triticum, & oleum ſuppeditare poſſent, ſingulæ ſingula, prout nominis ipſarum ferebat notatio. Totam hiſtoriam breviter apud Ovidium libro decimo tertio deſcriptam reperies.

580. *Viniferas aves.*] Phabs avis eſt de columbarum genere. Appellat Anii filias aves viniferas, ſicut antea Phœnicem οἰνοτρόφον πέλειαν dixit: niſi quis putet ad Oenades columbas alluſum eſſe. Stephanus quidem Ἀνάου cujuſdam, τοῦ πατρὸς τῶν Οἰνοτρόπων meminit: quod an ex Ἀνίου corruptum affirmare debeam, neſcio. Alius etiam Grammaticus Δωρίππης, μητρὸς τῶν Οἰνοτρόπων, & Anii uxoris mentionem facit. Jam *Zarex*, quia Rhœonem, poſt Anium ex Apolline & ipſa natum, in uxorem duxit, avus appellatur filiarum Anii, quomodo Amphitruo Herculis pater eſt putatus. De Rhœone plura memorat Siculus folio 229. editionis Græcæ.

581. *Quæ & exercitus canum immodicam famem, &c.*] Agamemnon, exercitu ſuo fame laborante, filias Anii curavit accerſendas.

Ibid. *Exercitus canum.*] Canes dicit Græcos.

587. *Ad Sithoniæ prolis accedentes ſepulcrum*] Sithonia proles fuit Rhœtea, de qua dictum eſt Rhœteum promontorium, quod aliter Sigeum nuncupatur. Fuit & urbs hujus nominis in Troade.

584. *Atque hæc quidem jam diu flaminibus durorum Volvunt ſenes puellæ turbinum.*] Senes puellæ, Parcæ. Hæc, inquit, ita ſunt à fatis conſtituta. Sic Ovid.

—— *veterum decreta ſororum.*

588. *Quinti quarti venient.*] Quoniam ſimul ambo venerunt, uterque quintus, aut quartus dici poteſt: ſiquidem tres præceſſerunt, & hi duo poſtremi ſimul quinarium implent numerum. Sic Horatius,

Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt.

Nec aliter Cicero quodam loco, & Lucretius lib. quarto. Quin & apud Terentium Eunucho ſic legendum credo,

Illum liquet mihi dejerare his menſibus
Sex ſeptem prorſum non vidiſſe proximis:

extrita particula *Vel.*

Ibid. *In terram Deæ Golgorum reginæ.*] Golgorum regina eſt Venus, cujus terra Cyprus.

589. *Alter quidem.*] Praxander, Lacon.

590. *Ducens à Therapne.*] Therapne urbs eſt Laconiæ.

Ibid. *Alter vero.*] Cepheus, Achivus. Notant autem grammatici, δίπτερος pro ἄπτερος barbare dici, quamvis eo Lycophron, & alii quidam utantur. *Olenus*, & *Dyma* ſunt urbes Achaicæ. *Bura* quoque urbs quondam in Achaia fuit, hiatu terræ poſt abſorpta.

592. *Alius Argyrippam, Dauniorum poſſeſſionem juxta Ph.*] Ingreditur hiſtoriam Diomedis, qui ex Ætolia aufugiens, in Dauniam, ſive Apuliam venit, ibique Argyrippam urbem, patriæ ſuæ cognominem, ſive Argos Hippion, ſive Arpos condidit. Ut enim ſcribit Strabo, Ἐκαλεῖτο δ' ἐξ ἀρχῆς Ἀργυρίππιον, εἶτ' Ἀργυρίππα, εἶτα νῦν Ἄρποι. quam quidem nominum mutationem vetuſtatis corruptelæ tribuit Servius. Auſonius,

Argyripam, claroſque viris qui condidit Arpos,
Clarior urbe nova, patriæ quam ſede vetuſta.

593. *Juxta Phylamum Auſonium extruet.*] Phylamus quid ſibi velit, nondum potui invenire. Scio equidem, Stephanum pro Φύλαμον legere Πύραμον; ſed nec hoc ad rem quicquam facit; aliis igitur hac de re poſt nos inquirendum relinquimus.

594. *Amaram ſociorum conſpicatus alatarum Avibus m.*] Diomedis ſocii in aves mutati dicuntur (quanquam Ariſtoteles canum, non avium fecit mentionem) ab aliis in ardeas, ab aliis (quos & Lycophron ſequitur) in cygnos. Ovidius his arbitrum ſe interponit,

Si, volucrum quæ ſit dubiarum forma, requiris:
Ut non cygnorum, ſic albis proxima cygnis.

Cauſam quoque transformationis ibidem habes. Pro ἐκτραφθέντων malim ἐκτραφέντων, gignendi caſu.

599. *Cognominem.*] Diomedeam dictam, & apud Ionium ſinum ſitam. *Zethum* porro Amphionis fratrem, paſtorem egiſſe ruri, nemini eſt ignotum.

603. *Simul porro.*] Deſcribit avium diætam, quæ Græcos ament, & ex ipſorum manibus cibum capiant, atque in veſtium ſinubus cubent, barbaros autem averſentur; quod idem de canibus refert Ariſtoteles. *Priorem victum*

vocat

vocat, quo ante transformationem utebantur. Si quis malit *πάσονται*, *comedent* exponat.

610. *Trœzeniæ.*] Veneris, cui Trœzene templum Phædra dedicavit; ſecundum alios, Athenis in arce, idque amore Hippolyti, Trœzene degentis. Venus autem quum à Diomede vulnus accepiſſet, ut ex Homero liquet, uxorem ejus adulteram reddidit, ipſique Troja redeunti inſidias coegit collocare; quod quum animadvertiſſet Diomedes, in Junonis templum primo confugit, & inde mox in Dauniam ſe contulit, ubi poſtea fuit à Dauno rege interfectus.

612. *Canis.*] Ægialea, quæ Diomedem reverſum ad concubitum alliciebat, quo facilius occideret. *Hoploſmia* Juno ab Eleis colitur, in cujus templum aufugiens Diomedes, ſervatur.

615. *Columniſcenſor.*] Quum enim in Apuliam veniſſet Diomedes, & Colchicum draconem, qui totam regionem vaſtabat, interfeciſſet, ſtatuæ ipſi publice ſunt erectæ. Dicitur autem *κολοσσοβάμων*, qui columnam conſcendit: ut *ἱπποβάμων*, qui equum. *Membra in ſaxis fulcire*, Hypotypoſis eſt τῆς *κολοσσοβάμονος*.

617. *Solo Architecti.*] De quibus lapidibus columnæ ſint erectæ, exponit; iis videlicet, quos Diomedes in patriam reverſurus in navem pro ſaburra impoſuerat, de mœnibus Trojanis ſumtos. Itaque vocantur *ſolum Neptuni*, quod iis ille mœnium Trojanorum fundamenta jecerit; à qua quidem ſtructura *Architectus* appellatur. *Amœbei* nomine Delphis colitur, ob tranſmutatos cum Apolline Delphos (id erat antea Neptuni oraculum) pro Calabria, quæ ante Trœzenem eſt. De *hermate* (unde fit *ἑρματίτης*, ſicut ab *ἅρμα ἁρματίτης*, à *δῶμα δωματίτης*) vide Feſtum.

619. *At Aleni.*] Quum in Italiam veniſſet Diomedes, ejus auxilio Daunus in bello, quod tum gerebat, conficiendo uſus, promiſerat ſe illi vel regionem totam, quam cepiſſet, vel bellicam prædam omnem daturum, prout frater ejus, Alænus, arbiter conſtitutus, cenſuiſſet. Alænus autem quum Evippen, Dauni filiam, amaret, Dauno regionem, fratri ſpolia adjudicavit. Feſtus tamen Diomedis camporum meminit.

620. *Preces.*] Execrationes, quæ poſtea propter efficaciam in proverbium venerunt. Similiter Horat. de puero,

Miſit Thyeſteas preces.

Arva, intellige Daunia.

623. *Niſi quis.*] niſi ab aliquo ejus gentili poſſideantur, & colantur.

625. *Columnis.*] ſtatuis ipſi poſitis, quæ quamvis poſt ejus mortem in mare fuerint projectæ juſſu Dauni, propter execrationes irati, rurſum tamen in ſummam aquam enatantes, ad baſim ſuam redierunt; quapropter heic *immotæ* vocantur.

630. *Magnus vero.*] Diomedes mortuus pro deo habitus eſt à Phæacibus, propter occiſum draconem. *Ionis ſolum*, nuncupat mare Ionium, ab Ione denominatum, quod etiam Æſchylus Prometheo videtur ſentire, qui ad Ionem ſic ait:

Χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς,
Σαφῶς ἐπίστασ', Ἰόνιος κληθήσεται,
Τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς.
In poſterum tempus marinus hic ſinus,
Certo ſcias, Ionius appellabitur,
Erroris omnibus tui memoria.

633. *Alii.*] Ad Bœotorum hiſtoriam tranſit; ii veſtibus villoſis more patrio utebantur; *σισύρνα* enim eſt *μαλλωτὸν στρῶμα*, ſecundum Ariſtophanis Schol. non *ἄπεχον ἱματίου*, ut vult noſter Tzetzes. *Gymneſiæ* inſulæ ſunt in Iberia, quas Baleares vocant; in his funditores optimi.

636. *Tribus.*] quarum una pendet à collo, altera ſunt accincti, tertiam manu tenent. ac vocat *biſunes* fundas propter funes duos, qui ſunt in fundæ pede, ut ita dicam, quibuſque inſeruntur funditoris digiti.

639. *Nullus enim.*] Diodorus lib. v. *Πεπτωμένου σκοποῦ κατά τι ξύλον ὑψηλοῦ μένοντος ἄρτου, ὁ ἐπιτυγχάνων δίδοται τῷ μελετῶντι φαγεῖν, ἕως ἂν τυχὼν τοῦ ἄρτου, συγχωρηθῇ λαβεῖν παρὰ τοῦ μαστῆρος καταφαγεῖν τοῦτον.*

642. *Illi.*] Bœoti. *Iberiferas ripas* dicit, quod in Iberia ſitæ ſint Baleares inſulæ. *Tarteſus* urbs eſt, & inſula, & fluvius Iberiæ apud Herculis columnas, inter quas anguſtum quod eſt oſtium, id heic *porta* dicitur.

644. *Arnes vetuſtæ ſoboles.*] id eſt, è Bœotia oriundi; eſt enim Arne Bœotiæ urbs, poſtea Chæronea dicta. *Temmices*, quia olim Bœotiam incoluerunt, heic pro Bœotis ponuntur. *Græa*, (nunc integre Tanagra dicitur) *Leontarne*, *Scolus*, *Tegyra*, *Oncheſtus*, Bœotiæ ſunt oppida. Oncheſtum quidem Neptuni F. Oncheſtus incoluit. *Thermodon* ſimiliter, & *Hypſarnus*, fluvii Bœotiæ.

648. *Alios.*] ad Ulyſſis & ſociorum errores longa narratione exponendos nunc pergit Caſſandra; illi etenim primum circa *Syrtes* errarunt, quæ ſunt in mari Libyco. *Fretum* deinde intelligit, quod eſt inter Adriaticum & Tyrrhenum maria.

650. *Et ſemiferæ.*] Scyllæ, quam ab Hercule interfectam, ac deinde reſuſcitatam fuiſſe, initio docuimus. *Meciſteus* Hercules ab Eleis Meciſtiis colitur, videturque idem, qui Maciſtus Strabonis. *Foſſorem* etiam vocat, propter Augiæ ſtabulum. *Bubulcum* quoque, propter boves Geryonios, quos abegit.

653. *Aviformium.*] Sirenum, quæ quia parte inferiori ſunt aves, videntur ex *Harpyiis*, ſeu avibus (nam ſpecies heic uſurpatur pro genere, quum infra *ὀρνιθόμορφα* dicat) prognatæ, quanquam ſunt Acheloi filiæ ac Terpſichores. *Crudeliter laceratos* intellige à Polyphemo.

657. *Unum.*] qui ſolus ex ſociis ſuis omnibus ſalvus evaſit. itaque dicet infra,

Μόνος πρὸς οἴκους ναυτίλων οὐδεὶς πάλαι.

Cæterum Ulyſſes delphini ſignum ſolebat in clypeo gerere: cujus rei cauſam tradit Plutarchus, *Πόντου τὸ ζῷον φορεῖν. Νήπιος ὢν ὁ Τηλέμαχος, εἰς ἀγχιβαθῆ τῆς θαλάσσης ἐμβὰς ἐνέπεσεν, ἀναφέρειν ὑπολάβοιντο*

λαβόντων καὶ ἀνατεξαμένων. ὅθεν ἐποιήσατο γλυφὴν τῇ σφραγῖδι, καὶ τὸ ἀσπίδος κόσμον ὁ πατὴρ, ἀμειψάμενος τὸ ζῶον. Vocat etiam Ulyſſem, *furem Punicæ deæ*, quoniam Palladium furatus eſt, & Pallas à Corinthiis Punica colitur.

659. *Qui videbit.*] Errores Ulyſſis quum ſint ab Homero copioſe deſcripti, ſatis nobis erit hoc loco, ſi ſumma duntaxat rerum capita indicemus, ad Homericum fontem limpidiſſimum lectoribus remiſſis. *Unoculum* dicit Polyphemum Cyclopem.

662. *Sagittarum reliquias.*] Læſtrygonas, ab Herculis ſagittis reliquos factos. Quum enim Herculem Geryonis boves abigentem ſpoliare Læſtrygones conarentur, ille magnam eorum partem ſagittis confecit. Eum cur vocet *Alexicacum*, notum eſt. *Tedifer* appellatur à tedis, quibus ad certamina, in quibus excellebat Hercules, utebantur: *Palæmon* autem, quod cum Patre Jove, & cum Antæo gigante ſit luctatus. Quin etiam *Palæmon* dictus eſt proprio nomine, ut volunt quidam, antequam Hercules vocaretur.

664. *Conterentes omnia.*] Ulyſſem videlicet cum ſociis & navibus. Qui σιδήρῳ mavult, is εὐτήρῳ quoque in εὐτηρα mutet, atque ita vertat,

Qui rotundas omnes conterentes naves.

Nam quod Scholiaſtes adfert de portu, nequaquam placet. Noſtra quidem interpretatio Alexidis, & Antiphanis, comicorum teſtimoniis, quæ in Athenæo leguntur, nititur.

665. *Perforabunt.*] perfodient eos tanquam mugiles, & ita devorabunt. expreſſit Homeri verſum,

Ἰχθῦς δ' ὣς πείροντες, ἀτερπέα δαῖτα φέροντο.

668. *Quæ non.*] Enumerat pericula, quæ ſubiit Ulyſſe. *Semivirginem canem*, intelligit Scyllam. *Luſcinias* vocat Sirenes, ut ante fecerat. Ex *ſteriles* dicuntur, quia virgines: *Centauricæ*, quod ad ipſas delati Centauri, poſtquam è Theſſalia fuerant ab Hercule exacti, perierint: *Ætolicæ* vel *Acarnaniæ*, quod ipſarum, ſive patris Acheloi regio inter Ætoliam & Acarnaniam ſit media, nec magis ad hanc, quam ad illam, pertinere videatur.

672. *Suadebit carnes e. p. t.*] id eſt, cantu ſuo perſuadere conabitur Ulyſſi cum ſuis, ut ad ipſius ſaxa perpetuo cantilenis aures præbentes, fame denique contabeſcant. *Ferarum formatricem*, & *noxam monſtriformem* dicit Circen, quæ ſocios Ulyſſis transformabat.

677. *Acinos uvarum.*] Homerus,

——— τοῖσι δὲ Κίρκη

Πάρ ῥ' ἄκυλον, βάλανόν τ' ἔβαλε, καρπόν τε κρανείης

Ἔδμεναι, οἷα σύες χαμαιευνάδες αἰὲν ἔδουσι.

678. *Ipſum.*] Ulyſſem, qui ne ſimul cum reliquis transformetur, *Moly* herba ſe tuebitur, à Mercurio accepta. Is heic *Ctarus* vocatur, vel à poſſeſſionibus & lucris, quibus præeſt; vel ab inferiis & exequiis, quum ſit νεκροπομπὸς. *Nonacriates* Mercurius in Arcadia colitur, quæ Nonacrin urbem habet. vocatur quoque *Triceps*, quoniam tali figura ponebantur in vicis Hermæ veterum: & *Pulcer*, quo nomine à Bœotis colitur, teſte Pauſan. ſic ab Orpheo εὔφρων dicitur. Jam de μῶλυ hæc habet Theophraſtus lib. dec. Τὸ δὲ μῶλυ περὶ Φενεὸν γίνεται, καὶ ἐν τῇ Κυλλήνῃ. φασὶ δ' εἶναι καὶ ὅμοιον ὃν Ὅμηρός εἴρηκε, τὴν μὲν ῥίζαν ἔχον στρογγύλην, προσεμφερῆ κρομμύῳ, τὸ δὲ φύλλον ὅμοιον σκίλλῃ· χρῆσθαι δ' αὐτῷ πρός τε τὰ ἀλεξιφάρμακα, καὶ τὰς μαγείας.

681. *Campum.*] inferos. *Senem* intelligit Tireſiam, utrumque genus expertum. de eo ſic apud Callimachum Pallas,

Καὶ μόνος εὖτε θάνῃ, πεπνυμένος ἐν νεκύεσσι
Φοιτασεῖ, μεγάλῳ τίμιος Ἀγεσίλᾳ.

Solus præterea mentis poſt fata vigebit
Uſu, Plutoni carus & hoſpes erit.

684. *Aſpergens.*] ſic enim Circe præceperat, vide Odyſſ. lib. XI.

688. *Unde Gigantum.*] Ab inferis reverſus Ulyſſes, in Siciliam venit, ſub qua gigantes cum Typhone oppreſſi jacent.

691. *In qua.*] Jupiter, interemptis gigantibus, inſulam dedit *ſimiis* habitandam, à quibus dictæ ſunt inſulæ Pithecuſæ. Ovid.

Inarimen, Prochytenque legit (Æneas) *ſterilique locatas*

Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas.

Simias etiam è Tyrrhenis Arimos vocari, auctor eſt Strabo. *Saturni poſteri* ſunt dii.

694. *Baii.*] qui fuit Ulyſſis nauclerus, & in Sicilia ſepultus eſt. *Cimmerii* ſunt apud Oceanum occidentalem. *Acheron* eſt Heracleæ fluvius prope Cumas: *Oſſa*, mons Italiæ. *Leonem* dicit Herculem, qui Orontem fluvium rupibus ſtravit, ut boves Geryonios abigeret. Huc pertinent verſus Propertii,

Clauſus ab umbroſo qua alludit (ſic lego) *pontus Averno*

Humida Baiarum ſtagna tepentis aquæ:

Qua jacet & Trojæ tubicen Miſenus arena,

Et ſonat Herculeo ſtructa labore via.

& quæ Silius Italicus lib. XII. pluribus explicat.

Unde ferant nomen Baiæ, &c.

Cur *Obrimo* vocetur Proſerpina, infra dicemus. *Collem capacem* vocat Apenninum, (inepte Scholiaſtes τὸ πολυδέγμων facit nomen proprium) è quo Italiæ fluvii oriuntur. Lucanus,

Fontibus hic vaſtis immenſos concipit amnes,

Fluminaque in gemini ſpargit divortia ponti.

Polyb. lib. III. Ἀπέννινος ὄρος συνεχὲς, ὃ διείργει πάσας τὰς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ζώνας. Cicer. *Ut ex Apennino fluminum, ſic ex communi ſapientium jugo ſunt doctrinarum facta divortia.* *Lethæon* mons eſt Italiæ. *Palus Averna* quædam (ſunt enim plures) jacet prope Cumas: cujus figura quia rotunda, dicit eam *laqueo circumductam*. Cæterum eodem fere modo apud Eurip. Troadibus eadem Caſſandra de Ulyſſis erroribus vaticinatur: quem quidem locum juvabit cum iſto conferre.

707. *Jurisjurandi.*] Per Stygem Jupiter (is *Terminalis* dicitur, à terminis rerum tum ſtatuendis, tum conſervandis) deos voluit jurare, poſtquam ab illa contra Titanes fuit adjutus. qua de re vide Heſiodum Theogonia. Neceſſario autem heic verſus duos inter ſe loco mutavimus,

tavimus, ne ſententia vacillaret: ſicut & ſupra fecimus, ubi de Agapenore agebatur.

709. *Libamina.*] ad ſacrificandum. *Maritus Proſerpinæ* eſt Pluto, cui Ulyſſes ab inferis reverſus columnam cum galea dedicavit. Δάειραν appellarunt Proſerpinam primum Æſchylus, & poſt eum Apollonius; quo videtur δαειρίτης Pollucis pertinere.

712. *Virgines.*] Sirenes, Parthenopen videlicet, Leucoſiam, Ligeam; earum pater Achelous, *Tethyis* erat F. mater fuit Terpſichore. Illæ porro de contemtu Ulyſſis indignantes, in Tyrrhenum mare præcipites ſe dederunt. Dicit eas *pennis urinaſſe*, quoniam aviformes erant, ut dictum eſt. *Lanificum ſtamen* de Parcarum filis intelligitur.

717. *Unam.*] Sirenum, nempe Parthenopen, quæ juxta Neapolin in litus eſt à mari ejecta. Neapolis autem *Phaleri*, Siculi tyranni, *arx* fuit, (niſi id malis cum Stephano urbis nomen eſſe) quæ à Parthenope poſtea nomen ſumſit. *Glanis* eſt Italiæ fluvius prope Neapolim.

722. *Enipei.*] Neptuni; is enim à Mileſiis hoc nomine colitur, quod in Enipeum, fluvium Theſſaliæ, aliquando mutatus fuerit, ut tradit Ovidius. *Leucoſia* igitur, Sirenum altera, in Neptunium promontorium fuit ejecta, & inſulam à ſuo nomine *Leucoſiam* appellavit.

726. *Ligea.*] Sirenum tertia. *Terina*, ſecundum Stephanum, eſt urbs Italiæ. meminit etiam Thucydides κόλπου Τεριναίου. *Ocinarus* fluvius eſt apud Terinam, quem *cornigerum* vocat ex figura: *fortem*, propter fluxionis vehementiam.

732. *Primæ.*] Parthenopæ, cui Diotimus, Atticæ claſſis præfectus, ex oraculo ſacrificavit, quum in Italiam veniſſet, & *curſum lampadum* (eum in Ceramico quotannis peragebant Athenienſes) inſtituit, quem deinceps *Neapolitani* quotannis *inſtaurarunt*. *Mopſopia* olim dicta Attica de Mopſopo rege: unde Ovidius,

Barbara Mopſopios terrebant agmina muros.

Tibullus:

Libaque Mopſopio dulcia melle feram.

Seneca extremo Hippolyto:

Mopſopia claris tota lamentis ſonet.

Miſenus mons eſt Neapolitanus, à Miſeni ſepulcro denominatus, ut vult Virgilius.

738. *Ventis.*] quos ab Æolo acceperat. Utribus deinde opera ſociorum apertis, in Æoliam reveđus eſt. Poſtea quum ſocii boves Solis devoraſſent, fulmine procellaque vexatus, ſocios omnes amiſit. *Larum* dicit Ulyſſem.

741. *Caprifici.*] Hæc ſic apud Homerum ipſe narrat.

Ἦλθον ἐπὶ Σκύλλης σκόπελον, δεινήν τε Χάρυβδιν,
Ἡ μὲν ἀνεῤῥοίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.
Αὐτὰρ ἐγὼ ποτὶ μακρὸν ἐρινεὸν ὑψόσ' ἀερθεὶς,
Τῷ προσφὺς ἐχόμην, ὡς νυκτερίς. ——

& paulo poſt:

Νωλεμέως δ' ἐχόμην, ὄφρ' ἐξεμέσειεν ὀπίσσω
Ἱστὸν καὶ τρόπιν αὖτις, ἐελδομένῳ δέ μοι ἦλθεν
Ὀψέ. —— *Atlantidem* dicit Calypſonem.

747. *Ratem.*] De qua Hom. Od. ι'. *Baris* eſt proprie navis Ægyptiaca, teſte Herodoto, & Propert. quum ait,

Baridos & contis roſtra Liburna ſequi.

de Cleopatra, Ægypti regina, loquens. ſæpe tamen pro quavis navi ſumitur, ut heic, & apud Æſchylum Perſis.

749. *Neptunus.*] Ἀμφιβαῖος Neptunus à Cyrenæis colebatur. Halcedo vocatur, *fœmina ceryli.*

754. *Anthedonis*] de qua Glaucus piſcator oriundus erat: qui olim guſtata herba, in mare deſiliit, ut ex proverbio notum eſt. Anthedon autem Bœotiæ eſt urbs, quam *Threſſam* nuncupat, quod à Thracibus condita fuerit. Jam *Glauco contubernalis* fuit Ulyſſes, poſtquam in mare eſt ejectus.

756. *Jactante.*] Ulyſſem. Leucothea porro Ulyſſi per ondas jactato *capitis* ſui *redimiculum* tradidit, quo ille pectori ſuppoſito enataret.

762. *Drepanum.*] aliter Corcyram, vel Phæaciam: in qua defoſſa fuit falx, qua Jupiter Saturno patri, vel Saturnus Cœlo pudenda deſecuit. Apollonius,

Ἔστι δέ τις πορθμοῖο παροιτέρη Ἰονίοιο,
Ἀμφιλαφὴς, πίειρα, Κεραυνίῃ εἰν ἁλὶ νῆσος,
Ἡ, ὕπο δὴ κεῖσθαι δρέπανον φάτις, ᾧ ἀπὸ πατρὸς
Μήδεα νηλειῶς ἔταμε Κρόνος. οἱ δέ ἑ Δηοῦς
Κλείουσι χθονίης καλαμητόμον ἔμμεναι ἅρπην.
Δηὼ γὰρ κείνῃ ἐνὶ δήποτε νάσσατο γαίῃ,
Τιτῆνας δ' ἔδαεν στάχυν ὄμπνιον ἀμήσασθαι,
Μακρίδα φιλαμένη. Δρεπάνη τόθεν ἐκλήϊσται.

In hanc inſulam delatus Ulyſſes, Alcinoo regi longam ſuorum errorum ſeriem explicuit. *Monſtrum* dicit Cyclopem, de cujus imprecationibus vide Hom.

766. *Nec talis.*] Homerus,

—— οὐδ' Ἐνοσίχθων
Λήθετ' ἀπειλάων, τὰς ἀντιθέῳ Ὀδυσῆϊ
Πρῶτον ἐπηπείλησε. ——

Melanthus Neptunus ab Athenienſibus colebatur, ita dictus propter μέλανα πόντον, & πολιὰν θάλασσαν, ut volunt Grammatici. *Equeſtrem* autem Delii colunt, quod equitum præſes, & equorum ſit inventor: vel quod naves equis reſpondeant, ut exiſtimat Artemidorus.

768. *Portum.*] Ithacæ. *Neritus* etiam Ithacæ mons, & portus. Quod heic de Pane comminiſcitur Scholiaſtes, qui non potuit commune nomen à proprio diſtinguere, id vel in puero ſcutica dignum foret.

771. *Meretrix.*] Penelope, quæ honeſte & magnifice ſcortabatur, ut nonnulli volunt; ac ſimiliter σεμνὴ apud Ariſtophanem in malam partem ſumitur. Ad *Scæas portas* de corpore Patrocli pugnatum eſt. *Mendicum* vocat Ulyſſem, qui mendici habitu patriam ſit ingreſſus, & à procis convitiis, ac baculis petitus.

779. *Nec enim.*] Non, inquit, primi eum proci flagellabunt, quum ſit etiam in patria cicatrices plagarum à Thoante quondam incuſſarum retenturus. Quum enim in Trojam irrepere vellet Ulyſſes, ut Palladium (credo) raperet,

Digitized by Google

raperet, à Thoante ſe flagellari paſſus eſt: & laceras veſtes, ne à Trojanis agnoſceretur, induit; qua de re ſic apud Hom. Helena,

> Αὐτόν μιν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας,
> Σπεῖρα κάκ' ἀμφ' ὤμοισι βαλών, οἰκῆϊ ἐοικώς,
> Ἀνδρῶν δυσμενέων κατέδυ πόλιν εὐρυάγυιαν.

Plautus Bacchidibus,

> *Ille mendicans pene inventus interiit,*
> *Dum ibi exquirit fata illorum.*

Et mox,

> *— Ulyſſem, ut prædicant,*
> *Cognitum ab Helena eſſe, proditumque Hecubæ, ſed ille ſe*
> *Blanditiis exemit, & perſuaſit, ſe ut amitteret.*

785. *Regem.*] Priamum, apud quem fingebat ſe indigna multa ab Agamemnone paſſum fuiſſe: ut apud Virg. Sinon, apud Herod. Zopyrus.

786. *Promontorium.*] Bœotiæ, in qua Autolycus, pater Anticleæ, quæ Ulyſſem è Siſypho peperit, habitabat. Ipſe quoque Ulyſſes Odyſſ. ultimo de apro, à quo fuerat in Parnaſſo morſus, narrat. De *Temmicibus* dictum.

791. *Proniorum.*] Pronii natione, erant Penelopes proci, ex una quatuor Cephalleniæ gentium. *Lacænam* intellige Penelopen. *Marinum tegmen* de Ithacæ portu dicitur.

795. *Occidet autem.*] Ulyſſes Ithacam reverſus à Telegono inter venandum ſagitta ex improviſo transfixus eſt, cui pro cuſpide aculeus turturis, ſeu paſtinacæ marinæ, qui piſcis venenum habet, præfixus erat. Ovid. in Ibin,

> *Oſſibus inque tuis teli genus hæreat illud,*
> *Traditur Icarii quo cecidiſſe gener.*

Oppianus ait Telegonum, quum patris armenta abigeret, Ulyſſem ſibi occurrentem, & ab ipſo, tanquam fure, pecora repetentem, vulneraſſe, & occidiſſe, quum neuter ab altero cognoſceretur. Verſus ejus hi ſunt,

> — αὐτὰρ ὁ νήσῳ
> Αἰγιβότῳ προσέκελσε, καὶ οὐ μάθε πώεα πέρθων
> Πατρὸς ἑοῦ, γεραρῷ δὲ βοηδρομέοντι τοκῆϊ
> Αὐτῷ, τῷ μάστευε, κακὸν προσεμάξατο κῆρα.

Dictys extremo ſexto aliter tradit. Telegonum quidem ad inveſtigandum patrem è Tyrrhenia profectum fuiſſe, refert etiam ex Ariſtocle Plutarchus. Cæterum juxta Sardiniam inſulam habitabat Circe, mater Telegoni; hinc *piſcis Sardonicus*.

796. *Piſcis.*] Tale mortis genus videtur apud Hom. Tireſias Ulyſſi prædicere, quum ait,

> — θάνατος δέ τοι ἐξ ἁλὸς αὐτῷ
> Ἀβληχρὸς μάλα τοῖος ἐλεύσεται, ὅς κέ σε πέφνῃ
> Γήρᾳ ὕπο λιπαρῷ ἀρημένον. —

Uxor Achillea eſt Medea, quemadmodum ſupra diximus. Ejus *conſobrinus* erat Telegonus, nam Æetes, Medeæ pater, Circes frater fuit.

799. *Eurytanus.*] Ætoliæ populus, apud quem oraculum Ulyſſis extitiſſe, teſtatur etiam Ariſtoteles. Abiit autem in Ætoliam, & Epirum Ulyſſes, poſtquam in patriam redierat, partim quod Ithacam exoſus eſſet, partim quod ita juſſiſſet Tireſias, cujus hæc habentur in Poeta verba,

> Αὐτὰρ ἐπὴν μνηστῆρας ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσι
> Κτείνῃς ἠὲ δόλῳ, ἢ ἀμφαδὸν ὀξέϊ χαλκῷ,
> Ἔρχεσθαι δ' ἤπειτα λαβὼν εὐῆρες ἐρετμόν,
> Εἰσόκε τοὺς ἀφίκηαι, οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν
> Ἀνέρες. ———

In his enim verſibus regiones, quas diximus, videtur innuere, non Βουνίμαν, nec Κιλκίαν Euſtathii. Eſt autem *Trampya*, urbs Epiri.

801. *Herculem.*] Alexandri Magni ex Barſine F. quem Polyſperchon *Tymphæus*, ſeu Epirota, *dux Æthicum*, ſeu Epirotarum, in Caſſandri gratiam interfecit, annos natum XIV. Hiſtoriam integram leges apud Diodorum Sic. lib. XX. Hic Hercules ab Æaco, Perſeo, & Hercule (ejus abnepos *Temenus*) dicitur originem ducere, quod pater, Alexander M. paternum genus ad Herculem & Perſeum, maternum ad Æacum referret.

805. *Perge.*] ad quem montem vel rediit vivus, vel ſaltem poſt mortem delatus eſt ex Epiro, vel Ithaca: niſi eum quis malit è Tyrrhenia in Epirum tranſlatum. *Gortynia*, Tyrrheniæ regio.

807. *Vitam expirarit.*] Fabulantur enim Ulyſſem à Telegono prius occiſum, à Circe deinde reſuſcitatum fuiſſe, & ſecundo poſtea mortuum eſſe propter filii Telemachi & uxoris Circes, quas deplorabat, miſerias. Apertius erit, ſi Ulyſſem dicamus, dum iſta deploraret, ſimul à filio occiſum fuiſſe, vel Ithacæ, vel in Tyrrhenia, vel in Epiro. Videtur enim Ulyſſes ex Epiro Ithacam rediiſſe, atque inde in Tyrrheniam conceſſiſſe, ubi & mortuus fuerit, & ſepultus. Adjiciam huc Plutarchi verba, quoniam ad hiſtoriam pertinent; Τῷ Ὀδυσσεῖ μετὰ τὴν μνηστηροφονίαν οἱ ἐπιτήδειοι τῶν τεθνηκότων ἐπανέστησαν. μεταπεμφθεὶς δ' ὑπ' ἀμφοτέρων διαιτητὴς Νεοπτόλεμος, ἐδικαίωσε τὸν μὲν Ὀδυσσέα μεταναστῆναι, καὶ φεύγειν ἐκ τῆς Κεφαλληνίας, καὶ Ζακύνθου, καὶ Ἰθάκης ἐφ' αἵματι, &c. αὐτὸς μὲν οὖν εἰς Ἰταλίαν μετέστη. καὶ τὰ ἑξῆς. Facit huc etiam epitaphium Ulyſſis nuper in membranis antiquis repertum,

> Ἐπὶ Ὀδυσσέως κειμένου ἐν Τυῤῥηνίᾳ.
> Ἀνέρα τὸν πολύμητιν ἐπὶ χθονὶ τῇδε θανόντα
> Κλεινότατον θνητῶν τύμβος ἐπεσκίασεν.

id eſt,

> Ulyſſi in Tyrrhenia.
> Prudentem celebremque virum poſt aſpera fata
> Hoc gratus tumuli ceſpite celat honor.

808. *Quam occidens.*] Telemachus ducta Caſſiphone ſorore, Circes filia, (alii Calypſonis filium faciunt Telegonum) matrem occidit. qua re cognita, Caſſiphone maritum viciſſim interemit. Eam porro vocat *Glauconis, Abſyrtique conſobrinam*, ſiquidem Circe, Caſſiphones mater, ſoror fuit Æetæ, & Paſiphaës: quorum ille pater Abſyrti, hæc Glauconis mater fuit. Denique *ſecundum iter* dicit, quia ſecundo poſt Circen occiſam, quæ prior mortem obiit, interfectus eſt Telemachus.

Digitized by Google

813. *Secundo.*] Jam enim ad inferos ante venerat, Tireſiam conſulturus.

816. *Aſinum.*] Ulyſſes, ut eſt in fabulis, quum ad Trojam nollet accedere, inſaniam ſimulavit, & bovem cum aſino, vel equo ad aratrum junxit. deprehenſus deinde fuit dolus à Palamede.

820. *Alius.*] Menelai errores poſt abſolutam Ulyſſis peregrinationem ſubjunguntur. Menelaus enim quum Helenam Trojæ non reperiſſet, verum abreptam fuiſſe, nec unquam Trojam veniſſe cognoviſſet: ad eam quærendam longis itineribus in Ægyptum contendit. Homerus tamen peregrinationis cauſam tribuit ſacrificiis, quæ quondam omiſſa, in Ægypto eſſent inſtauranda. Alii etiam ſaluti ejus hoc modo conſultum fuiſſe volunt, ne una cum fratre, ut erat in fatis, interimeretur. Cæterum ex hac ejus peregrinatione, quædam Ægypti præfectura nomen de illo ſumſit.

822. *Auſugerat.*] abreptum à Mercurio, ut oſtendit Euripides Helena. Poteſt etiam ſimpliciter dici, Helenam, inſtar avis alicujus avolantis, evanuiſſe.

825. *Scopulos.*] Siciliæ, Arima dictos. Per *anum capularem*, Cyprum ſynecdochice innuit. Nam quum in Cypro quondam latêret Venus, & à diis quæreretur, anus cujuſdam indicio prodita eſt: quam deinde irata mutavit in ſaxum. Atque ita quidem Scholiaſtes. verum ego Plutarchum ſequi malim, qui Erotico, poſtquam dixit, graviter ſæpe puniri eos, qui ſunt in amantes ingrati, de hac anu ſubjungit: Τί γὰρ ἂν λέγοι τις εὐξυνώδετον ἢ λευκομαντίδα, τὴν ἐν Κύπρῳ παρακύπτουσαν νῦν προσαγορευομένην· & paulo poſt, ἐκείνη μὲν ἀπελιθώθη, παρακύψασα τὸν ἐραστὴν ἰδεῖν ἐκκομιζόμενον. Similis eſt in Ovidio Anaxaretes fabula.

827. *Eremborum.*] apud Nilum habitantium: qui aliter Troglodytæ, & Ichthyophagi nuncupantur. *Myrrhæ urbem*, dicit Byblum, in qua Myrrha, poſtquam in arborem verſa fuit, partu ſoluta eſt. hiſtoriam narrat Ovidius. *Puerperæ* dicuntur *ægritudines*, ut *Lucinas horas* protulit Prudentius.

831. *Gavantis.*] Adonidis Byblii; qui tamen cum Cyprio ſæpe confunditur; eum Veneris odio Muſæ interemerunt, immiſſo per venationem apro, cujus dente periit. vide Theocriti canticum elegantiſſimum Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν. *Schœnis*, dicitur Venus, à juncis, ut vult Scholiaſtes: *Arenta*, à jungendis & copulandis amantibus. *Hoſpita* Venus colebatur ab Ægyptiis, teſte Herodoto.

834. *Cephei.*] Æthiopum regis. Per *calcitratus*, intelligit fontem, quem olim Mercurius, quum Jovem cuſtodiret, pedis pulſu excitavit: unde & locus ipſe Πτέρνα Ἑρμοῦ dictus. *Laphrius*, vocatur Mercurius, quomodo Minerva ſupra Laphria.

836. *Cepphus.*] is heic pro ceto ponitur, quem Neptunus in Æthiopiam immiſerat, juſſo inſuper Cepheo Andromedam filiam belluæ epulandam proponere: quam deinde Perſeus, monſtrata ceto Gorgonis facie, (aut in ventrem ceti ingreſſus, more Herculis, ut videtur velle Lycophron) à morte liberavit, & uxorem duxit. *Aurigenam*, dicit Perſeum, ex aureo Danaës imbre genitum. Eundem vocat & *pennipedem*, quod Mercurii talaria ſumſerat, à quo etiam falcem acceperat, quæ heic *novacula*.

840. *Interficeretur.*] interfectus fuit. neque recte heic Scholiaſtes Poetæ inſultat, & crapulam objicit, quum tales Metachroniſmi & poetis familiares ſint, & Caſſandram valde deceant. Itaque eadem figura dicet infra,

Θαλασσοίτοις δίμορφος ὠδάξει θεός.

Meſſorem, vocat Perſeum, qui Meduſæ Gorgonis caput demeſſuit & amputavit.

842. *Equihominis.*] Nam collo Meduſæ amputato, equus ex eo, & homo prodierunt. Itaque vocat Meduſam *ex collo parientem*: necnon *ſaxificam*, propter effectum. *Muſtelæ* autem marinæ dicuntur ex collo, ſive ore parere.

845. *In ſtatuas c.*] oſtenſo Meduſæ capite, ut Cephenis apud Ovid. Pro πίνων, legendum cenſuerim πίνων. Vocat deinde Perſeum *furem lucernæ*, ſeu *oculi*, quo Gorgones tres viciſſim utebantur, quemque Perſeus, ut Meduſam commodius obtruncaret, intervertit.

847. *Arva.*] Ægypti, quam Nilus quotannis inundat. In Ægypto porro Trojam novam condidiſſe Menelai comites, auctor eſt Diodorus. *Asbyſtes*, dicitur fluvius gentili urbis nomine, ſicut & *Biſaltes*.

849. *Condormiens.*] ad obtinendum à Proteo reſponſum. extat fabula Odyſſ. δ'. *Argivam canem*, dicit Helenam, *quæ tantum fœminas pariebat*, ut Hermionem, & Iphigeniam: ac *tres habuerat viros*, Menelaum, Paridem, Deiphobum; nam reliqui duo, Theſeus, & Achilles, legitimi conjuges non fuere, quum alter eam ſeptennem, alter ſecundum quietem uxorem habuerit. Cæterum pro Ἀργείας, habet Stephanus Αἰγύας, eſt enim illi Αἰγυς, urbs Laconiæ, ſecundum Euphorionem.

852. *Iapygum.*] Apulorum; quorum devicto exercitu, Minervæ *Spoliatrici*, cui ſpolia tribuuntur, dicabit donaria. Ἀσκύραι, & ὠμαιίδες idem valent. *Siris*, Italiæ fluvius eſt, & urbs. *Lacinium*, Crotonis eſt promontorium, in quo & Junonis *Laciniæ* templum fuit.

857. *Juvenca.*] Thetis. De *Hoploſmia* Junone diximus. *Novem-cubitalem*, intellige Achillem, Thetidis F. ab *Æaco*, Pelei patre, & *Doride*, Thetidis matre, ortum. Quinetiam Eleæ matronæ, primis ludorum initiis, inter cæteros, quos Achilli habebant honores, ſolenni ritu pectus plangebant. teſtis Pauſan. Eliac. β'. *Terræ cacumen*, de Lacinio intelligitur.

866. *Tauri.*] Erycis Siculi, qui hoſpites lucta victos interimere ſolebat. Filius autem fuit Veneris, quæ *Colotis* vocatur à juvene quodam, qui à manibus & pedibus (ea Græcis κῶλα) olim ſuſpenſus, poſtquam à puella quadam ſolutus fuit, Veneri Colotidi templum

Athenis dedicavit. Alii malunt à femoribus nomen duci, ut Lucianus à promontorio. *Alentia*, vel *Aleſias*, dicitur Venus ab Alente, Colophonis fluvio, ad quem colebatur. *Longurus*, Siciliæ lacus, ut & *Gonuſa*.

869. *Saltum.*] Corcyram, in quam Saturni falx decidit. De *Conchea* nihil adhuc apud ullum ſcriptorem reperire potui. De *Sicanis* vide Diodorum.

871. *Induti.*] Herculis, cui Jaſon. *Cretbei nepos*, templum circa Syrtin, peractis ibi certaminibus, extruxit.

875. *Servant.*] Strabo ε'. Καὶ δὴ καὶ ἀπὸ τῶν ἀποσμηχομένων παγέντων, ἃ ἐποίουν οἱ Ἀργοναῦται, φασὶ διαμένειν ἔτι καὶ νῦν ποικίλους τὰς ψήφους ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ. Apollonius hæc Æthaliæ inſulæ tribuit.

877. *Alios.*] Guneum, Prothoum, & Eurypylum. *Teuchira*, Libyæ urbs, poſt Arſinoe dicta. *Atlantis diverſorium*, eſt Libya, in qua eſt Atlas mons altiſſimus, ab incola denominatus.

881. *Mopſum.*] Argonautam, Ampyci F. & *Titæronis*, qui urbi nomen dedit, nepotem. Is morſu ſerpentis periit, teſte Apollonio. Jam alius eſt hic Mopſus ab eo, qui ſupra fuit Apollinis F.

883. *Erexerunt.*] Idem & Elpenori apud Homerum, Idmoni apud Apollon. Palinuro, & Miſeno apud Virgilium.

885. *Auſigda.*] Libyæ urbem, numero multitudinis, ſecundum Callimachum: inſulam, ſecundum Hecatæum. Eam *Cinnyphus* præterfluit.

887. *Colchica.*] Medea. Quod heic de *patera* dicitur, id ab Apollon. tripodi cuidam Apollinis Hyllæenſibus viæ ducibus, & item alteri Tritoniæ paludis præſidibus donato tribuitur: apud quem deinde, ſicut & apud Pindarum, glebam Triton Euphemo, & Argonautis tradit in xenium. *Scopulos*, dicit Syrtes, De *Tiphy* Ovidius,

Tiphys in Æmonia puppe magiſter erit.

891, *Regionis.*] Libycæ. Apollonius,

—— πίπτευτο δ' ὅπη χθονὸς ἱδρυθῆναι,

Μή ποτε τὴν ἀνήκοιο ἀναστήσειαν ἰοῦσαι.

Triton *biformis* vocatur, quoniam ſupra homo, infra piſcis eſt. Fuit autem rex Libyæ, ſecundum veram hiſtoriam. Per *donum*, intellige pateram Tritoni donatam, quam deinde Libyes acceperint. *Asbyſtæ*, ſunt Libyæ populi. *Cyphæi*, ſunt in Perrhæbia, Gunei regno.

899. *Tenthredonis F.*] Prothoum. *Palythrium*, ſumit pro Magneſio. Cæterum hunc verſum cum Stephano ſic lego,

Ἀμφρύσσου ναίεσκεν Εὐρυάμπου,

Amphryſus, Magneſiæ fluvius, cujus & urbs *Euryampe*. Prothoi porro epitaphium in cenotaphio tale reperitur,

Σῶμα μὲν ἐν πόντῳ Προθόου, Τενθρηδόνος υἱοῦ,

Κεῖται, ἀνώνυμον δ' οὔνομα τύμβος ἔχει.

id eſt,

Corpus habet pontus Prothoi, Tenthredone nati,

Iſte viri tumulus nomen inane gerit.

901. *Lupi.*] Locus eſt in Theſſalia, qui Λυκοίμιον appellatur, quod ibi lupus quidam quum boves & oves, quas pro Actore interfecto, Peleus Acaſto patri miſerat, comediſſet, in lapidem ſit converſus. Hujus loci, ſicut & Theſſaliæ totius, rex fuit Eurypylus: cujus latiorem hiſtoriam vide in Achaicis Pauſaniæ. *Tymphreſtus*, Melienſium mons eſt, Theſſaliæ populorum.

903. *Ægoneam.*] Melienſium urbem, aliis Ægonem. *Echinus*, *Irus*, *Trachin*, urbes Theſſaliæ: *Titarus* vero, mons. Gonus etiam *Gonuſa* dicitur, & ab Hom. αἰπεινὴ Γόννος, *Phalanus*, & *Oloſſon*, (contractum ex Olooſſon) Epiri, & Theſſaliæ ſunt urbes. *Caſtanæa*, Magneſiæ urbs, de qua dicta ſunt ſecundum quoſdam τὰ κάρυα, ſicut à Caraſunte, ceraſa.

911. *Alium.*] Philoctetem, qui quum in Lemno relictus eſſet, à Græcis poſtea fuit arceſſitus, quoniam ad expugnandam Trojam, Herculis ſagittis, quæ penes ipſum erant, opus videbatur. Hinc Propertius,

Troja bis Oetæi numine capta dei.

ſiquidem ſemel ab Hercule ipſo capta fuit, iterum ipſius mortui ſagittis, quas jubebat oraculum in caſtra Græcorum deferri. *Æſarus*, Crotonis fluvius. *Ab hydro morſum* fuiſſe Philoctetem, vel è Sophocle notum. De *Crimiſſa* Virg. lib. III.

—— heic illa ducis Melibæi

Parva Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.

Eam poſtea Lucanorum fuiſſe metropolin, tradunt interpretes.

913. *Facis.*] Paridis, quem dum gereret in utero mater, facem in ſomniis viſa eſt videre. *Tibicina* Minerva ab Argivis, tanquam tubarum inventrix, colebatur. Illa, inquit Caſſandra, telum Philoctetis in Paridem recta diriget, intendens *nexum Mæotium*, ſive arcum flexilem, (niſi quis πλόκαμον de crinibus malit dici) quem Hercules à Teutaro Scytha acceperat.

916. *Duræ.*] Trachiniæ fluvii, juxta quem Hercules in rogo vivus combuſtus eſt, miniſtrante illi Philoctete, & pro mercede arcum ſimul cum ſagittis accipiente: arcum enim heic *draconem* vocat, propter formam rotundam; ut alii, propter ſibilum telorum; ſic ὄφιν, vocavit ſagittam Æſchylus. Et quemadmodum heic lyræ de telis dicuntur, ita viciſſim Pindarus cantica ſua lyrica vocat tela: & ψαλμοὶ per tranſlationem de arcu dicuntur. *Molares*, pro telis ponit, quæ tanquam dentes mordent.

919. *Crathis.*] fluvius Sybaritidis. Ovidius,

Crathis & hinc Sybaris veſtris conterminus oris,

Electro ſimiles faciunt, auroque capillos.

Alæo Apollini templum cum arcu dedicavit Philoctetes, poſtquam certam nactus ſedem, ἀλᾶσθαι, id iſt, errare, & vagari deſiit. *Navæthus*, Italiæ fluvius, à navium incendio denominatus. Vide Halicarnaſſ.

922. *Occidens autem.*] Quum enim *Pellenii* ex Achaia profecti Italiam incolerent, ſupervenientes poſtea *Lindii*, ſive Rhodii, illos expellere voluerunt. quod dum fieret, advenit

eo

eo Philoctetes, qui à Rhodiis quum ſtaret, occiſus eſt in prœlio à Pelleniis.

924. *Quos.*] Lindios, & Rhodios: nam Lindus eſt urbs Rhodi, in qua *Thermidrus*, & *Carpathus* montes. *Alienam terram*, intellige Italicam.

927. *Macellis.*] Italiæ civitate, quam Polybius Μάκαλλαν vocat. Quoniam tamen *Macellus* Siculis, & Ionibus hortorum ſeptum ſignificat, ut docet libro IV. Varro, non abſurde quis exiſtimet μακέλλους heic maceriam ſonare, in qua ſepultus fuerit Philoctetes.

930. *Equi fabricator.*] Epeus Phocenſis, Panopei (ab hoc urbs, Panopeus, dicta) F. qui Durateum equum fabricatus eſt. *Langaria*, urbs Italiæ, quam incoluit Epeus: id quod heic, tanquam ἐλλειπτικῶς, propter hyperbaton ſequens, omiſsum, ſubaudiendum venit.

933. *Quod de ovibus.*] Quum liberi Pterelai, Teleboarum ac Taphiorum regis, boves Electryonis, Mycenarum regis, abegiſsent, & liberos una occidiſsent: Alcmena, Electryonis filia, matrimonium ſuum illi promiſit, quicunque fratrum ipſius mortem ulciſceretur: qua accepta conditione, Amphitryo, Cephalo Athenienſi, & Panopeo Phocenſi aſsumtis, Teleboas expugnavit opera *Comæthonis*, filiæ Pterelai, quæ Amphitryonis (ſecundum alios, Cephali) amore capta, aureum patris capillum deſecuit. Jam in hoc bello milites ſuos ſacramento obſtrinxerat Amphitryo, ne quid de præda (nam per *oves* tota præda intelligitur) abſconderent: quod quidem jusjurandum Panopeus tranſgreſsus eſt. *Uxoria connubia*, dicit nuptias Alcmenæ, quas ambibat Amphitryo.

936. *Alætin.*] Mars, & Minerva, bellici ſunt dii, per quos pejerarat Panopeus. Dicitur Minerva *Cydonia*, à Cydoniis, Arcadiæ, vel Cretæ populis; ejus templum Clymenus in Elide extruxit. *Alætis* quomodo dici potuerit, non video, niſi ea forte ratione, qua Bacchus Ατης cognominatur, & Venus Αρεία. Mars deinde *Thraciæ deus* vocatur, quod olim Thraces fuerint bellicoſi: quanquam & in Thraciæ finibus procreatum tradidit Sophocles. *Frater* Panopei, fuit Criſsus.

943. *Dii.*] Mars & Minerva, irati Panopeo perjuro. *Pugilem* egregium fuiſse Epeum, ex Iliade manifeſtum fit. Calaber etiam hoc elogium illi tribuit,

—— ἀλλ' οὔ οἱ τις ἐτόλμα ἐνεγγὺς ἱκέσθαι.
Εἵνεκα πυγμαχίης· πολέμου δ' ἐ πάγχυ δαήμων
Ἔπλετο ἀζηχέως, ὁπότ' Ἄρηος ἐσσυτο δῆρις.

Cyris, & *Cyliſtarnus*, Italiæ fluvii.

948. *Statuam.*] equum Durateum: hunc ad Minervam Iliacam placandam Græcos erexiſse, probare nititur Dio in oratione pulcerrima, quæ Τρωϊκὸς inſcribitur. *Myndia*, dicitur Pallas, à Myndo, Cariæ urbe; Stephanus tamen eam vult in Calchide coli. De hac Epei dedicatione conſcripta eſt Theocriti Πέλεκυς, (eam Simmiæ attribuit Hephæſtio) poema elegans, & artificioſum.

953. *Phœnodamantis.*] cujus hiſtoria jam eſt explicata. *Clades*, dicit eas, quibus Laomedon coactus fuit Heſionem filiam ceto exponere. *Læſtrygones*, nunc Leontini vocantur.

958. *Luctatoris.*] Erycis, à cujus matre. Venere, ſervatæ ſunt Phœnodamantis filiæ.

963. *Catulum.*] filium, Egeſtem nomine, & Aceſtem Virgilio dictum: *qui tres* in Sicilia *urbes condidit*, Segeſtam, ſive Aceſtam, Erycem, & Entellam. *Spurius Anchiſæ*, dictus eſt Elymus, quem in Siciliam, *tres habentem colles atque promontoria*, abduxit una cum aliis Trojanis Egeſtes: unde *Trinacrius juvenis* videtur à Poeta vocari. Hiſtoriam vide in Halicarn. fol. 32. codicis Græci.

970. *Patriam*] antiquam nempe Trojam. Lego autem heic σεσυρμένον, uno verbo: nam de lugubribus veſtibus loquitur Caſsandra, niſi quis malit Πεσρομαῖον gentile, eſt enim Πεσρόμιον, Siciliæ urbs. Quin etiam Gregor. Nazianzenus in tragœdia ſua carmen hoc à Lycophrone mutuatus, σεσυρμένον habet.

976. *Intonſa.*] Hoc de viris intellige; mulieres enim contrà, comam in luctu tondebant apud Græcos.

978. *Multi.*] reliquorum Trojanorum. *Siris*, & *Lentarnia*, Italiæ urbes: harum Siris, poſtea Πολίειον dicta, pro fluvio quoque ſumitur.

980. *Calchas.*] de quo ſupra dictum fuit. Miris vero modis torquet ſe heic Scholiaſtes, & ſolita audacia Lycophronem temere reprehendit. Id enim ſciendum eſt, Calchanti prædictam fuiſſe mortem in hoc tempus, quo in vatem ſe peritiorem incideret, ut Colophone accidit. Eam hiſtoriam nunc Lycophron repetit, quaſi diceret: Calchantem, poſtquam inferior in arte vaticinandi deprehenſus eſt, occiſum ab aliquo fuiſſe: quamvis alii dolore periiſſe tradant. nam quod ait de Hercule Scholiaſtes, ab eo occiſum Calchantem: id unde ſumſerit, neſcio; ex Poetæ certe verbis nihil tale colligi poteſt; neque adeo ex quoquam eorum, qui Herculis res deſcripſerunt. *Sepulcrum Calchantis*, cujus heic fit mentio, honorarium duntaxat fuit: nam de eodem dicetur infra,

Ο δ' Αἰσωνείων ἄγχι Κάλχαντος τάφων
Δυοῖν ἀδελφοῖν ἄτερος ψευδηνείων.

Siſyphium, vocat Calchantem, quod inſtar Siſyphi, qui etiam in proverbium venit, callidus calculator, & prudens fuerit. Theognis,

Πλείονα δ' εἰδείη Αἰολίδου Σισύφου.

Dercyllidas quoque Xenophonti *Siſyphus* cognominatur. *Flagellum rotundum* de pugno poteſt intelligi, quandoquidem & alios multos hoc modo ſuſtulit Hercules: vel de fulmine, dicitur enim & Γογγυλάτης Jupiter. *Chonia*, ſive *Chone* olim dicta fuit Italia, teſtibus Heſych. & Steph. Itaque recte apud Ariſtot. Χῶνες pro Χάονες à doctiſſ. viro, P. Victorio, repoſitum eſt. Nominis originem quidam ad Herculem referunt: qui, quum Ægyptiorum lingua *Chon* vocaretur, in Italiam delatus, *Chones* à ſe quoſdam denominaverit.

Digitized by Google

985. *Dolore afficient.* Quum enim Trojani iſti in Italiam veniſſent, Ionas, ſive Athenienſes, qui priores illam occuparant ſedem, expulerunt, adjnvantibus Crotoniatis, & Achivis: quique in Minervæ templum confugerant, eos una cum ſacerdote trucidarunt. *Laphria*, & *Tubicina* cur dicatur Minerva, docuimus. Pro Ξυθίδος, repono Ξυθίδας, ex emendatione J. Aurati, viri utraque lingua doctiſſimi: nam Ion fuit Xuthi F. à quo Iones appellati Xuthidæ, teſte Heſych.

990. *Gentilem.*] Græci enim cum Græcis, nempe Athenienſes cum Achivis, commiſſi erant. Pro flamine poſſet etiam proprium *Letarchi* nomen, qui fuerit ſacrificulæ filius, poni. Λήϊτον quidem Herodotus ab Achivis *prytaneum* dici teſtatur.

993. *Alii.*] Græci. *Tulleſii montes* ſunt in Theſſalia. Pro ἀλσομύκλου, Scaliger legit ἀλσομίκτοιο.

995. *Amazonis.*] Cletes, quæ quum Pentheſileam heram, quæ heic *impigra puella* vocatur, per mare quæreret, in Italiam tempeſtate delata, Cletem urbem condidit, cujus reginæ deinceps omnes Cletes nomen tenuerunt.

999. *Cujus.*] Pentheſileæ, quam etiam poſt mortem Achilles amavit. Propertius,

Cujus ut auratam nudavit caſſide frontem,
Vicit victorem candida forma ſuum.

Poſtquam igitur cognovit à Therſite, qui heic propter formæ turpitudinem *ſimiformis* vocatur, ejus oculum eſſe læſum, ipſum occidit.

1002. *Urbem.*] Cleten. Quam heic vocat *reginam Cleten*, poſterior fuit illa, quæ urbem condidit. Siquidem omnes, ut dicebam, Cletes urbis reginæ, *Cletæ* vocabantur. *Laures filios*, nuncupat Crotoniatas; Laure enim Crotonis uxor fuit. De *Terina*, & *Ocinaro* dictum eſt.

1012. *Ferentem.*] Nireum. Homerus,

Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε
Τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

Aptum ducem, intellige Thoantem, Andræmonis & Gorges F. Ætolum natione: eſt enim *Lycormus*, Ætoliæ fluvius. *Pedata vela* dicit, quod pede ſuo, ſive fune, ſubtus utrimque tendantur, & circumagantur: nam, ut inquit Interpres Apollonii, Τὰ χοινία, οἷς ἐγχειροποιεῖται ὁ ἱστὸς κατὰ τὰς γωνίας, πόδας καλοῦσιν, ἐφεξῆς δὲ τόπων, πρόποδας. Virgilius,

Una omnes fecere pedem. ——

Lucanus quinto,

—— *& flexo navita cornu*
Obliquat lævo pede carbaſa. ——

& octavo,

—— *quo nunc pede carbaſa tendi*
Noſtra jubes. ——

Catullus pedem pro ipſo velo poſuit. Plautus *verſoriam* vocat, ut nuper Turnebus docuit, vir doctiſſimus. *Argyrini* porro ſunt Epiri populi, teſte Stephano, ne Scholiaſtis deliria ſequamur. *Ceraunia* quoque, Epiri promontoria.

1020. *Lacmonii.*] Lacmone vocatur Pindi montis vertex, à quo multi oriuntur fluvii, in his *Æas.*

1021. *Vicinus.*] Æanti. *Crathidem* Callimachi Scholiaſtes in Arcadia, Herodotus in Achaia ponit: à quo etiam is, qui in Italia fluit, nomen acceperit; id quod & Pauſaniæ videtur. *Mylaces*, Epiri populi, in qua Nereus, ac Thoas cum ſuis habitarunt. *Polæ*, etiam oppidum eſt Epiri, quod Colchi, quum Medeam non inveniſſent, ad quam inveſtigandam ab Æete (is fuit *Ææ*, urbis in Colchide, & Corinthi princeps) miſſi fuerant, nec auderent in patriam reverti, juxta *Dizerum* fluvium extruxerunt, & ab exilio, quoniam πόλαι Colchis exules notant, denominarunt. Callimachus, citante Strabone, de Colchis, & Polis hæc cecinit,

Οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρον σχάσσαντες ἐρετμὰ,
Λᾶα παρὰ ξανθῆς Ἁρμονίης ὄφιος,
Ἄστυρον ἐκτίσσαντο, τὸ μὲν Φυγάδων τις ἐνίσποι
Γραικὸς, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

Apollonius quoque,

Οἱ δ' ἄρ' ἐπ' Ἰλλυρικοῖο μελαμβαθέος ποταμοῖο,
Τύμβος ἵν' Ἁρμονίης Κάδμοιό τε, πύργον ἔδειμαν
Ἀνδράσιν ἐγχελιεῦσιν ἐφέστιοι. ——

Hanc urbem, Plinius Colchinum videtur vocaſſe. *Sponſiferam navem*, vocat Argonem, qua Medea fuerat abducta.

1027. *Meliten inſulam*] Pachyno objectam, à qua Melitæi catelli celebrantur: quanquam alii ad Illyricam Meliten hanc originem referant. *Othronus*, inter Epirum & Italiam inſula.

1030. *Siſyphii filii.*] Ulyſſis, qui quum propter Hecubam lapidatam in ſomniis territus in Sicilia fuiſſet; Hecatæ, quæ ſomniis præeſt, templum extruxit, & Hecubæ cenotaphium: unde factum eſt, ut pars quædam Pachyni ab Ulyſſe denominata fuerit *Ulyſſeum* promontorium. *Longatis*, hoc loco Hecate dicitur, quemadmodum ſupra Minerva: ſolent enim aliquando Poetæ idem epitheton diverſis diis attribuere.

1034. *Avi occiſor.*] Elpenor, qui avum Abantem, quem videbat negligenter à famulo duci, imprudens occidit: nam in ſervum directo baculo, caſu avum petiit, ut etiam Tlepolemus Licymnium; qua de cauſa, quum exulare cogeretur, expeditionis Trojanæ ſocius fuit, & inde in Epirum devenit. Homerus tamen ad Trojam occiſum tradit, & Epitaphium Græcum, cujus hæc eſt inſcriptio, Ἐπὶ Ἐλπήνορος κειμένου ἐν Τροίῃ. *Coſcynthus*, aliter Euripus, dicitur Eubœæ fluvius.

1039. *Integro a. e.*] Hoc Græci uno verbo ἀπενιαυτίσαι, & exilium ipſum ἀπενιαυτισμὸν dicunt. Solebant autem veteres, ſi quem civium, ac præcipue propinquorum occidiſſent, annuo exilio mulctari.

1040. *Telphuſia.*] Arcadica, à Telphuſſa, urbe Arcadiæ: eſtque hoc Erinnyis epitheton. eam enim Telphuſii (ſic eos vocat Pauſanias) Cererem appellant. *Abantia*, urbs Illyriæ, (Amantia κατὰ βαρβαρικὴν φωνὴν, teſte Steph. dicta) ab Abantibus Troja redeuntibus condita.

dita. *Atitanes*, Epiri populi. Jam pro πρέκτιν, vel πρεκτὸν, vel πλακτὴν (quorum nullum placet) lego ἀκτὴν, idque ſumo ἐμφατικῶς (quemadmodum & Plutarchus Arato, præſertim quum adjiciatur αὐτὴν) pro Leucade, quam Homerus ἀκτὴν Ἠπείροιο dixit: licet id Stephanus Nerico tribuat, ſed Leucadi poſtea dictæ. Prope Leucadem eſt Actium promontorium. Varias Actas enumerat Stephanus. Pro Πολυάνθου quoque reſtituo Πολυάνθους, ex Apollonio, & Steph. eſt enim Polyanthes Chaoniæ fluvius, de quo ſic Apollonius,

> Ἡμιδαὴς Φαέθων πέσεν ἅρματος Ἠελίοιο
> Λίμνης ἐς προχοὰς Πολυανθέος, ἣ δ' ἔτι νῦν περ
> Τραύματος αἰθομένοιο βαρὺν ἀνακήκιεν ἀτμόν.

id eſt,

> Semuſtus Phaëthon Solari decidit axe
> Florentem in Polyanthis aquam, quæ nunc quoque paſſim
> Vulneris ardentis tetros exſpirat odores.

1047. *Alius.*] Podalirius, frater Machaonis, ab Eurypylo occiſi, ut refert Calaber. De Aſclepiadarum peregrinationibus Ariſtides, orator diſertiſſimus, hæc tradit: Τοῦτο μὲν, Τάλθρανίαν ἡμεῖς εἰς ὑποδοχὴν τῆς πατρὸς, τοῦτο δὲ, ὡς ὁ Κώων λόγος, πλεύσαντες εἰς Κῶ τὴν μεγίστην, οἰκίζουσί τε, καὶ εἰς ἤδη ἐτέπονται τῇ ῥίσει τῆς χώρας κατέσπευσαν. & paulo poſt: Ἔχει δὲ καὶ τὸν Κασιακὸν τόπον, καὶ Κνίδον, τὴν τῆς Ἀφροδίτης ἱεράν. ἀπέλαυσε δέ τι καὶ Κύπρος αὐτῶν. De *Calchantis ſepulcro* dictum eſt. Pro ὀγχώσει Scaliger mavult ὀγκώσει, & mox τύμβος pro τύμβον.

1053. *In ovillis.*] Daunii enim ſecundum quietem accipiebant oracula, quum ovillis pellibus ante templum, ſive aram Podalirii incubarent: lavabant præterea ſimul cum pecoribus in *Althæno* fluvio, valetudinis cauſa. Æſculapius olim *Epius* dicebatur, ut & medicus quilibet. Ejus *filius*, Podalirius.

1056. *Legatis Ætolorum.*] Diomedes, ut ſupra diximus, Dauniæ terræ imprecatus fuerat, ne unquam fructum ferret, niſi ab aliquo ejus gentili coleretur: venerunt igitur poſt aliquod tempus in Dauniam Ætoli, & hæreditariam terram repetierunt. Juſtinus tamen initio duodec. hanc hiſtoriam ſic enarrat: *Pulſi ab Apulis* (Diomedis ſocii) *conſulentes oracula, reſponſum acceperant, locum, quem repperiſſent, perpetuo poſſeſſuros. Hac igitur ex cauſa per legatos, ſub belli comminatione, reſtitui ſibi ab Apulis urbem* (Brunduſium) *poſtulaverant. Sed ubi Apulis oraculum innotuit, interfectos legatos in urbe ſepeliunt, perpetuo ibi ſedem habituros; atque ita defuncti reſponſo, diu urbem poſſederunt. Salangi*, & *Angeſi* ſunt Italiæ populi. Diomedes autem *filius* fuit Tydei, quem heic *cerebrivorum* vocat, quod Melanippi, hoſtis, à quo graviter vulneratus fuerat, cerebrum in bello Thebano vorarit, ut eſt apud Tragicos.

1067. *Nauboli poſterorum.*] Schedii, & Epiſtrophi, ducum Phocenſium, qui ad Trojam perierunt. *Temeſa*, Calabriæ civitas eſt, quam antea *Tamaſam* vocavit. *Hipponium*, Italiæ mons. Cæterum in Temeſſam etiam Ulyſſes aberravit: cujus rei hiſtoriam deſcribit Pauſanias Eliac. β'.

1070. *Criſes.*] in Phocide. *Lilæa* quoque, *Anemorea*, *Amphiſſa*, *Abæ*, Phocidis urbes.

1075. *Setæa.*] Hæc mulier fuit Trojana, quæ, quum in exilium abduceretur, & iter longius ægre ferret, naves Trojanorum apud Crathidem, & Navæthum, Italiæ fluvios, combuſſit: qua re cognita, Trojani ipſam ad rupem quandam, quæ inde *Setæa* dicta, ut & regio ipſa *Setæum*, cruci affixerunt.

1083. *Membletis.*] Italiæ fluvii. Quam heic Κιρκαῖον νῶτον vocat Lycophron, eadem videtur, quæ Κίρκος dicitur: quam quidem Latinis *Coſicam* eſſe, ignorat nemo. *Lametus* etiam, Italiæ fluvius, juxta Crotonem.

1087. *Atque illos q.*] Epilogus enumerationis Græcorum, qui peregre vel perierunt, vel diu vagati ſunt, & novas deduxerunt colonias. Hinc ad eos tranſit, qui in patriam reverſi, indigne ſunt excepti.

1092. *Cerdylæ.*] Jovi, qui à lucro ſic denominatus videtur, ut ab urbe, *Larynthius*. Cum *echino* comparat Nauplium, propter aſtutiam: de ejus technis diximus. *Gallinas*, dicit uxores Græcorum Trojam profectorum. *Navium faces*, intelligit eas, quas de Caphareo monte ſuſpenderat Nauplius. *Ramum*, vocat Palamedem, dolis Ulyſſis interfectum, & in Lepetymno, monte *Methymnæo*, ſepultum.

1099. *Unus.*] Agamemnon; is Mycenas reverſus, ab uxore fuit interfectus, ſumta in balneo tunica, quæ nec colli, nec manuum exitus haberet. Homerus in menſa occiſum tradit, ὡς βοῦν ἐπὶ φάτνῃ. Cum Lycophrone facit Æſchylus Eumenidibus. De balneis veterum hæc Artemidorus, Πάλαι μὲν εἰκὸς ἦν πονηρὰ τὰ βαλανεῖα, ἐπεὶ μὴ συνεχῶς ἐλούοντο οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' ἢ πόλεμον καταπεπαυμένοι, ἢ μεγάλου παυσάμενοι πόνου. ἦν γὰρ αὐτοῖς ὑπόμνημα πόνου, ἢ πολέμου τὸ βαλανεῖον, καὶ αὐτὸ τὸ λέ.ῶς

1106. *Tænarum.*] ad inferos, quo fert ex Tænaro via. *Leænam*, dicit Clytæmneſtram.

1108. *Ego autem.*] Caſſandra enim ſimul cum Agamemnone, cui ab Ajace tradita fuerat, in balneo, tanquam pellex, eſt occiſa. Eodem quoque modo apud Æſchylum de morte ſua vaticinatur Caſſandra, & ſic ait inter cætera,

> Ἐμοὶ δὲ μίμνει σχισμὸς ἀμφήκει δορί.

1110. *Siquidem mihi*] Quæ heic eſt in Græco contextu loquendi forma, gemina eſt illi Euripidis Alceſtide,

> Ἐν τοῖσιν αὐτοῖς γάρ με θησόμεσθα κέδροις
> Σοὶ τάσδε πλευράς. ——— & iterum,
> Πόλλοις σοῖσιν τίμιος' αἰχμῶν φίλων.

Nec diſcrepat hinc, quod extremis Troadibus legitur, Μίκας γάρ σ' ὅσα κατακαλύψαι θάνατος. ſic enim hunc locum reſtituimus. Neque ignotum eſt Homeri hemiſtichium,

> ——— πολὺ οἱ ἐπος φίλων ἔρκος ἰδόντων.

Similiter quoque Virgilius,

> ——— *nec te tua funera, mater,*
> *Produxi*: ———

quem locum pervertunt interpretes.

1114. *Vipera dipſas.*] Clytæmneſtra, de qua ſic eadem apud Æſchylum,

> —— τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος,
> Τύχοιμ' ἄν, ἀμφίσβαιναν, ἢ σκύλλαν τινὰ
> Οἰκοῦσαν ἐν πέτραισι, ναυτίλων βλάβην,
> Θύουσαν ᾅδου μητέρ', ἄσπονδόν τ' ἀρὰν
> Φίλοις πνέουσαν. ——

Viperam autem à dipſade differre, naturæ ſtudioſis notum eſt.

1117. *Sine gemitu.*] Pro ἀστένακτα, videntur Scholiaſtæ quidam Græci ἀστέμβακτα, id eſt, ſine intermiſſione, ac mutatione, legiſſe.

1118. *Vocans autem.*] Miror audaciam prioris interpretis, qui hæc ad Clytæmneſtram refert, ideoque θύουσαν pro θνῄσκω auſus eſt reponere: quum & ſenſus huic repugnet, & ſcriptorum teſtimonia longe alio vergant. Nam apud Homerum Agamemnon ad Ulyſſem de Caſſandræ clamore & ejulatu ſic ait,

> Οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ὄπα Πριάμοιο θυγατρὸς
> Κασσάνδρης, τὴν κτεῖνε Κλυταιμνήστρη δολόμητις
> Ἀμφ' ἐμοί. ——

Aliud etiam teſtimonium ſi quis requirat, Imagines Philoſtrati conſulat.

1120. *Catulus.*] Oreſtes: de quo ſic eadem apud Æſchylum,

> Ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος,
> Μητροκτόνον φίτυμα, ποινάτωρ πατρός.

Tractarunt hoc argumentum Sophocles Electra, Æſchylus Choephoris.

1123. *Maritus.*] Agamemnon, cui mortuo templum Spartani dedicarunt, *Agamemnonis Jovis* appellatum. Sicut enim Jupiter Spartæ vocabatur *Agamemnon*, ut ſupra diximus, ſic Agamemnon, vice verſa, poſt mortem cognominatus eſt *Jupiter*. Similiter in Ægypto Venus Zephyritis appellata fuit *Arſinoë*, reginæ cognomine,ut apud Callimachum in Athen. lib. VII. & Arſinoë rurſum, Zephyritis, ut apud Catullum eſt videre, & Edylum in Athen. lib. XI. ubi & Arſinoës templum commemoratur. Ariſtæus quoque *Jupiter* quondam dictus eſt, ſi Apollonii Scholiaſtæ credimus; & Pythionice, meretrix, *Venus*, teſte Theopompo. Quinetiam Ammonis, ac Beli cognomina ab hominibus deſumta, teſtatur Pauſanias. *Oebalus* autem Tyndari pater fuit, rex Spartanorum, ſecundum quoſdam.

1128. *Templum*] Pauſanias quoque de templo quodam Alexandræ, Amyclis extructo, ſcribit in Laconicis: atque alio, Leuctris. *Dardanus*, Italiæ urbs, juxta *paluſtres Salpes aquas.*

1133. *Hectorea.*] quæ in occipitio nutriebatur. Errat enim hac in re Scholiaſtes, & quicunque eum ſequuti ſunt. Sic enim Timæus, citante Polluce lib. II. Τὴν κουρὰν ταύτην ἀποκείρασθαι μὲν δεῖ περὶ τὸ μέτωπον, ἀνακεχύσθαι δὲ περὶ τὸν τράχηλον. Abantum autem coma aliter, ut poetice loquar, ſecabatur.

1136. *Remedium.*] Adumbravit illud Euripidis ex Hippolyto,

> Πένθη μέγιστα δακρύων καρπούμεναι.

Multa quidem habet hic Poeta ex Euripide, atque etiam Sophocle ſumta hemiſtichia: ſed nobis omnia annotare non libet.

1137. *Furiarum veſtem.*] id eſt, nigram: cum tali enim veſte pingebantur Furiæ. Virgines igitur Dauniæ, quæ nubere nolebant, veſtem nigram ſumebant, & ambulabant cum *baculo*; *faciem* quoque cærulea *tinctura* deformabant.

1141. *Luctum contra.*] Tertio poſt excidium Trojanum anno, peſtis graviſſima per totam Locrenſem regionem eſt graſſata. De hac ſedanda Apollo conſultus, juſſit Locrenſes mille deinceps annis continuis ad Minervam Trojanam, quæ ipſis ob Caſſandræ ſtuprum graviter eſſet inſenſa, puellas duas ſorte lectas mittere. Eas deinde Trojani, quum primum mittebantur, in itinere occidebant, & combuſtorum cadaverum cinerem projiciebant in mare: unde aliæ cautiores deinceps factæ, furtim Trojam uſque in Minervæ templum commeabant, ubi poſtea Deæ perpetuo miniſtrabant: quem quidem morem ad ſuam pene ætatem uſque duraſſe teſtatur Plutarchus, Περὶ τῶν βραδέως τιμωρουμένων, adductis etiam Poetæ cujuſdam hac de re verſibus, Καὶ μὴν οὐ πολὺς χρόνος, ἀφ' οὗ Λοκροὶ πέμποντες εἰς Τροίαν πέπαυνται τὰς παρθένους,

> Αἳ καὶ ἀναμπέχονοι γυμνοῖς ποσὶν ἠΰτε δοῦλαι,
> Ἠ οἷαι (lego ἠΐαι) σαίρεσκον Ἀθηναίης περὶ βωμόν,
> Νόσφι κρηδέμνοιο, καὶ εἰ βαρὺ γῆρας ἱκάνοι,

διὰ τὴν Αἴαντος ἀκολασίαν. Quocirca minus mirum videri debet, quod inquit paulo poſt de millenario tempore Poeta. Si quis enim à Troja capta, mille deinceps annos numeret, ad 574. annum ab U. C. perveniet. Quid quod etiam D. Hieronymus hujus hiſtoriæ quodam loco meminit his verbis? *Juſtum eſt & Locridas virgines non tacere: quæ quum Ilium mitterentur ex more per annos circiter mille, nulla obſceni rumoris, & pollutæ virginitatis ullam fabulam dedit. Veneris prædonem*, vocat Ajacem, quod Caſſandram virginis nomine ſpoliaverit.

1146. *O Larymna.*] Enumerat regiones eas, ex quibus puellæ ſorte ductæ, Trojam ſint miſſæ. *Larymna* Bœotiæ urbs eſt, ſecundum Strab. & Pauſan. *Spercheus*, & *Boagrius* ſunt fluvii Theſſaliæ, Locridi vicinæ. *Cynus*, urbs Opuntis, & navale. *Scarphea*, cui poſtea Pharygis nomen inditum: *Naryx*, à qua *Narycius* dictus Ajax: *Phalorias* quoque, ac *Thronium*, Locridis ſunt oppida. *Hodœdocea domus*, ab Hodœdoco, Oilei patre, teſte Euſtathio, denominatur. Itaque pro Ἰλέων lubens repoſuerim Οἰλέως, aut ſaltem dixerim, primam nominis hujus literam poetica licentia, qua etiam Heſiodus, Pindarus, & Euripides uſi, ſublatam; quam quidem conjecturam noſtram, ſicut & alias quaſdam, Scaliger quoque in verſione ſua ſequutus eſt. *Gygæa*, Minerva videtur à palude Gygea dicta: vocatur etiam *Agreſtis*, de agriculturæ inventione.

1159. *Tiaronis.*] montis Trojani, ut vult Scholiaſtes. Scaliger, quem heic ſequi malim, Τίφρωνος legit. Quod autem de combuſtione ait, fuit hoc apud veteres quoddam ſacrificii genus, quo civitates fame, vel peſte laboran-

tes

res expiabantur: atque ad id *infelicia ligna* ſolere adhiberi, refert Macrobius. *Sithonia filia*, fuit Rhœtea, à qua dictum Rhœteum promontorium, quod heic totum agrum Trojanum comprehendit.

1163. *Amphiræ.*] Minervæ, quæ cur hoc nomen habuerit, adhuc ignoro. *Robuſta* autem Trœzeniis colebatur, quemadmodum Robuſtus Jupiter Argivis.

1170. *Baculum.*] ramum, ad verbum. Propertius,

Ille etiam Hylæi percuſſus vulnere rami.

& iterum,

Mænalio jacuit pulſus tria tempora ramo.

1173. *Perniciosam gentem.*] Locrenſium; quorum princeps, Ajax, olim Trojanis pernicioſus fuerat.

1174. *O mater.*] Hecubam alloquitur, quomodo Penelopen Telemachus Odyſſ. ψ'.

Μῆτερ ἐμὴ δυσμῆτερ, ἀπηνέα θυμὸν ἔχουσα.

Perſei, ſive *Perſæ filia*, eſt Hecate, quæ Perſeis ideo vocatur, & à ſe deinde Perſeides herbas denominat. Vocatur & *Brimo*, quod contra Mercurium infremuerit, licet hoc Jovi filio tribuat Clemens Alexandrinus. Hecubam porro ab Hecate transformatam iri dicit, quod illa canum ſit dea. De *Strymone*, & *Zerynthe* dictum eſt. *Pheræa*, nuncupatur Hecate à Pheris, urbe Theſſaliæ. Alii tradunt eam Jovis & Pheræ filiam fuiſſe.

1183. *Herilibus.*] Ulyſſis heri, cui Hecuba ſorte obtigerat, ut eſt in Eurip. is enim *honorarium* Hecubæ *ſepulcrum*, ut ſupra diximus, in Sicilia extruxit. *Triceruicem*, vocat Hecaten, ut modo triformem; nam, ut ille ait,

—— tria ſunt Hecateïdos ora Dianæ.

ſiquidem Hecate Proſerpina cenſetur: ac Diana inferna dicitur Hecate, ſicut inferna Juno, Proſerpina.

1189. *Frater.*] Hector: eum propter pietatem, & cultum deorum, poſt mortem in beatorum inſulas prædicit abducendum eſſe. Cæterum *Ophion* ante Saturnum cum Eurynome in cœlo regnabat: cujus *ſolium* poſtea tenuit Jupiter, expulſo Saturno, Ophionis ſucceſſore. *Natalem* Jovis *terram*, dicit Thebas, ubi locus erat quidam, Διὸς γοναὶ dictus, in quo Jupiter, ſecundum quoſdam, natus eſt. Thebas quoque vocarunt Græci quidam *Beatorum inſulas*, ut habet epigramma apud Herodotum,

Αἳ δ' εἰσὶν Μακάρων νῆσοι, τόθι περ τὸν ἄριστον

Ζῆνα, θεῶν βασιλῆα, Ῥέη τέκε τῷδ' ἐνὶ χώρῳ.

Mater Jovis, eſt Rhea, quæ Eurynomen, priorem reginam, de cœlo deturbavit: quare & *luctâ perita* hoc loco dicitur.

1199. *Pueri voras.*] Lapidem Saturno, qui liberos omnes devorabat, pro Jove ſuppoſitum fuiſſe, ut & equum pro Neptuno, docent fabulæ. Jam Pauſanias extremis Bœoticis, ſupra Chæroneam tradit eſſe montem Petrachum, in quo Saturnus hunc lapidem comederit. *Centaurum*, vocat Saturnum, quod infra draco fuerit, itaque biformis, inſtar Centauri: vel quod olim in equum ſe converterit.

1206. *Quo te.*] Quum Thebani bello ſimul & peſte vexarentur, Apollinis oraculo juſſi ſunt Hectoris oſſa Thebas deferre, id erat hujuſmodi, citante Pauſania,

Θηβαῖοι Κάδμοιο πόλιν καταναιετάοντες,

Αἴ κ' ἐθέλητε πάτραν οἰκεῖν σὺν ἀμύμονι πλούτῳ,

Ἕκτορος ὀστέα Πριαμίδου κομίσαντες ἐς οἴκους

Ἐξ Ἀσίης, Διὸς ἐννεσίῃς ἥρωα σέβεσθε.

id eſt,

Cadmei cives, dentalis clara propago,

Si patria vultis felices degere avita,

Priamidæ Thebas arceſſite Hectoris oſſa

Ex Aſia, Jovis auſpiciis heroa colentes.

Huc pertinet Epitaphium Hectoris, nuper in ſchedis antiquis repertum,

Ἐπὶ Ἕκτορος κειμένου ἐν Θήβαις.

Ἕκτορι τόνδε μέγαν Βοιώτιοι ἄνδρες ἔτευξαν

Τύμβον, ὑπὲρ γαίης σῆμ' ἐπιγιγνομένοις.

id eſt,

Hectori Thebis.

Heroum tibi Bœoti terram ſuper, Hector,

Hoc ſtruxêre viri, lucida ſigna ſuis.

Ogygi populum, vocat Thebanos, ab Ogygo rege: eoſdem præterea ex dentibus draconis à Cadmo ſatis ortos eſſe, non eſt obſcurum: licet nonnulli διὰ τὸ σποράδην οἰκῆσαι, eos *Spartos* dictos putent.

1207. *Lepſii Termintbei.*] Lepſius dicitur Apollo ab oraculorum obſcuritate: Termintheus, ab herbis quibuſdam. *Ophrynium*, eſt Trojæ oppidum, in quo erat Hectoris ſepulcrum. *Calydni mœnia*, Thebas dicit à Calydno, rege Thebano. *Aoniam* quoque fuiſſe prius appellatam Bœotiam, teſtatur Apollonii Scholiaſtes, & Theocritus,

Ἀονίου πεδίοιο βαθεῖαν βῶλον ἀρεῦντες,

de agro Thebano loquens. *Teneras* denique Apollinis fuit F. cujus apud Iſmenum extabat oraculum, de quo Pindarus Pyth. 11. De *Ecteinis* diximus.

1214. *Gnoſum.*] quæ eſt Cretæ urbs, ut & *Gortyna*; Cretæ autem imperabat Idomeneus. *Piſcatorem*, dicit Nauplium, qui, inſtar piſcatoris, conjuges Græcorum in adulterium pelliciebat.

1218. *Leucum.*] Talonis F. apud quem Idomeneus, Trojam petiturus, regnum depoſuerat: ille vero à Nauplio inſtigatus, occiſa uxore, & liberis Idomenei, regnum Cretenſe ſibi vindicavit. *Alumnum*, dicit eundem Leucum; quem, quum puer eſſet expoſitus, alendum pro adoptato ſuſceperat Idomeneus; eidem quoque filiam ſe daturum in uxorem, poſtquam domum rediiſſet, promiſerat.

1224. *Oncææ.*] Oncæa Ceres, ſeu Erinnys, in Oncio, Arcadiæ regione, ſecundum Pauſan. colebatur, ut & Apollo Oncæus. Cereri porro in *fovea* templi, ceu infernæ deæ, ſacrum fiebat: cujus geminum quiddam ſupra de Baccho relatum eſt.

1226. *Gloriam.*] Originem Urbis, & Imperii Romani, ab Ænea ad Romulum, & Remum deducti, deinceps explicat.

1232. *Conſanguineus.*] Æneas. Tros enim

: Ilum

Ilum genuit, & Aſſaracum : quorum ille Laomedontem, Priami patrem ; hic Capyn, patrem Anchiſæ, procreavit. Ab Ænea deinde orti Romulus & Remus, quos heic *leunculos* vocat. *Caſtnia* , & *Chœras* , Veneris epitheta, matris Æneæ, ac de Caſtnia quidem ante diximus : Chœras autem à porcis, quos illi mactabant Argivi, poteſt nuncupata videri.

1236. *Rhæcelum.*] Macedoniæ urbem. *Ciſſus* etiam ejus regionis mons eſt. *Laphyſtiæ* mulieres aliter Mimallones vocantur, nomen dicunt à Baccho, qui *Laphyſtius*, à monte quodam Bœotiæ denominatur : *gerunt* quoque *cornua*, Bacchi exemplo. Pro Ἀλμωπίας, lego Ἀλμωπας, ex Stephano, & Thucyd. eſt enim regio Macedoniæ, ab Halmope gigante nomen ſortita, & poſtea Minya dicta. Pauſanias tamen Halmones vicum Bœotiæ tradit. *Piſa*, & *Agylla*, (quæ aliter Cære) urbes Italiæ. Virg.

Urbis Agyllinæ ſedes, ubi Lydia quondam
Gens bello præclara, jugis conſedit Etruſcis.

Agyllæ etiam nymphæ meminit Silius Ital. initio quinti.

1242. *Cum illo.*] Ænea. *Nanus*, quondam appellatus fuit Ulyſſes : alii hoc vocabulum Tyrrhenum eſſe malunt, & *erronem* ſonare. Ulyſſes igitur primum Æneam ad fœdus feriendum adigit ; deinde etiam adjungent ſe Æneæ *Tarchon*, & *Tyrrhenus*, Telephi filii : cujus quidem ſocietatis cauſam Evandro tribuit Virgilius, qui & lib. x. ſic ait,

—— *Tarchon*
Jungit opes, fœduſque ferit. ——

1245. *Simul.*] Quemadmodum heic σὺν uſurpatur, ita quoque apud Sophocl. Antigone,

—— σὺν δέ νιν
Θρέμμαθ' ὑδάτων οὐδὲν ἐκπεπληγμένα.

& Eurip. Hippolyto, Σὺ τὰν θεῶν ἄκαμπτον φρένα καὶ βροτῶν ἄγεις, Κύπρι. σὺν δ' ὁ ποικιλόπτερος, &c. Nec aliter intelligendum eſt illud, σὺν θεῷ, quod olim in oraculo quodam Sibyllino reponendum docuimus. Pro σὺν nonnunquam uſurpant ἐν, ut Sophocles initio Oedipi regis,

—— ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
Σκήψας ἐλαύνει λοιμὸς ἔχθιστος πόλιν.

1246. *Cujus.*] Hiſtoriam Telephi vulnerati ſupra enarravimus. Vocatur Bacchus *Latitans*, quod ejus myſteria nocte celebrabantur : ſymbolice vero, quaſi vinum diligenter ſervandum ſit, & abſcondendum.

1249. *Herculeo.*] Telephus enim pater, Herculis erat F. ex Auge, Alei filia.

1252. *Oraculorum.*] ab Harpyia, ſi Virgilio credimus, & Anchiſe acceptorum, vel potius à Jove Dodonæo : ea jubebant Æneam eo loco urbem condere, ubi, poſtquam ſocii menſas comediſſent, quadrupes animal præcedens procumberet.

1253. *Aboriginum.*] quo quidem nomine quondam fuerunt Itali. Quod autem triginta urbes ab Ænea conditas ait Lycophron, defendi ſane vix ulla ex hiſtoria poteſt. quinimo veniam meretur omnino. Poeta, ſi Chalcidenſis ipſe, in hiſtoria Romana, quæ ipſius ætate paucis erat cognita, minus fuit verſatus. Cæterum vera hiſtoria tradit, Æneam quidem Lavinium condidiſſe, filium autem, Aſcanium, triceſimo poſt anno Albam extruxiſſe, albæ ſuis omine dictam, quæ fuit, ut ait Juvenalis,

—— *nunquam viſis triginta clara mamillis.*

1254. *Ultra Latinos.*] Stephanus hunc verſum ſic legit,

Ὑπὲρ Λατίνων, Δαυνίων τ' ᾠκισμένων.

ut ſint urbes Italiæ duæ.

1258. *Totidem.*] Heic etiam Scholiaſtes antiquum obtinet, quæque non intelligit, inepte carpit.

1259. *Cujus etiam.*] Nonius Marc. *Grundules lares dicuntur Romæ conſtituti ad honorem porcæ, quæ triginta pepererat.*

1261. *Myndiæ Pallenidi.*] Minerva cur Myndia vocetur, jam diximus : Pallenis autem dicitur à Pallene, vico Atticæ ; Euripides,

Παλληνίδος γὰρ σεμνὸν ἐκπερῶν πάγον
Δίας Ἀθάνας.

1266. *Canes.*] Græci, qui, direpta Troja, ſolum Æneam, ut volunt nonnulli, liberum dimiſerunt. Xenophon Κυνηγετικῷ· Αἰνείας δὲ σώσας μὲν τοὺς πατρῴους καὶ μητρῴους θεούς, σώσας δὲ καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα, δόξαν εὐσεβείας ἐξηνέγκατο, ὥστε καὶ οἱ πολέμιοι μόνῳ ἐκείνῳ, ὧν ἐκράτησαν ἐν Τροίᾳ, ἔδωσαν μὴ συληθῆναι.

1267. *Patriam.*] Romam ; hanc Æneas per poſteros, Romulum & Remum, extruxit. *Circæus*, mons eſt, vel litus, à Circe incola denominatum. Ovidius,

Et quod adhuc Circes nomina litus habet.

Virgilius,

Circæumque jugum. ——

Horatius etiam *Circæa mœnia* dixit. *Æetes*, Italiæ portus, ad quem Argo navis quondam fuit appulſa : verum eſt alius ab Argoo portu Æthaliæ inſulæ. *Titon*, Italiæ fluvius, qui non in mare, ſed in ſpecum quandam defluit.

1283. *Quid enim.*] Poſt longam enumerationem variarum calamitatum ex bello Trojano, tum Græcis, tum Trojanis ortarum, quærit apud ſe Caſſandra, quæ fuerit belli tanti origo, quod inter Aſiam, & Europam fuit commiſſum, quarum tamen exactiſſime definiti ſint termini. *Prometheum* ex Japeto peperit Aſia, ut *Sarpedonem* ex Jove Europa : à quibus continentes duas quidam denominatas volunt. *Inhoſpitalem fluctum*, vocat pontum Euxinum, quem Æſchylus ſimili figura ἐχθρόξενον dixit. *Tanais* porro per paludem Mæotidem, ex qua oritur, purus tranſit, non permiſtus : qui mos eſt rapidorum fluminum. *Pernionibus* laborant Scythæ, Paludis accolæ, propter intenſum loci frigus.

1291. *Pereant nautæ.*] Originem, & ſeriem bellorum inter Aſiam, & Europam, uſque ad Magnum Alexandrum, geſtorum exorditur hoc loco Poeta, miro artificio, & venuſtate contextam ; juvabit autem hæc cum initio Herodoti conferre.

Ibid. *Carnitæ.*] Phœnices, ex Carne, Phœniciæ urbe : illi enim Argos profecti, Ionem, Inachi regis filiam, rapuerunt, & ad Oſiridem, Ægypti

Ægypti principem, abduxerunt. Ea bovis faciem habuiſſe dicitur, quod in bovem olim fuerit mutata, qua de cauſa etiam *taurivirgo* nuncupatur. *Lerna*, palus Argiva; ſecundum quoſdam, etiam urbs. *Continentes duas*, dicit Aſiam, & Europam.

1297. *Curetes.*] qui Jovem in Creta educarunt. Cretenſes enim Europam viciſſim pro Ione, ex Sarape, ſive Sarapta, Phœniciæ urbe, rapuerunt. *Dictæum palatium*, eſt in Creta, cujus mons Dicte. *Stellatum Imp.* vocat Jovem, qui cum Europa rem habuit: niſi malis *Aſterum*, per Syncopen dici Aſterium, Minois F. qui Europam, poſtquam à Jove rapta fuit, in uxorem duxerit, ut auctor eſt Diodorus Sic.

1304. *Scamandro.*] qui cum filio, Teucro, in Aſiam profectus eſt ad coloniam deducendam, quum datum eſſet illi oraculum, ut eo loco urbem conderent, quo terrigenæ ipſos invaſiſſent. Ad Trojam igitur quum veniſſent, mures eadem nocte arma ipſorum arroſerunt: quo eventu poſtquam intellexerunt oraculum eſſe abſolutum, Sminthium, ſive Sminthiam urbem extruxerunt, & in ea Sminthii Apollinis templum (in eo ſepulta fuit Herophile Sibylla, templi ejus quondam æditua) à muribus, quos Cretenſes vocant *Sminthos*, denominati. Dardanus deinde *Ariſbam*, vel Bateam, Teucri filiam, vel ſororem, duxit: ex qua Erichthonium, patrem Trois, avum Ili, procreavit.

1309. *Rapaces.*] Pro ἅρπυιας Stephanus, & Euſtathius legunt Ἀτρακας, id eſt, Theſſalos: eſt enim Atrax Theſſaliæ oppidum, & fluvius. Catullus,

Smyrna cavas Atracis penitus mittetur ad undas.

Hinc Atracius pro Theſſalico. Statius,

— qualis per nubila Phœbes
Atracia rubet arte labor. —

Valerius Flaccus,

Quamvis Atracio Lunam ſpumare veneno
Sciret, & Æmoniis agitari cantibus umbras.

1310. *Regi.*] Jaſoni. Argonauticam hiſtoriam totam habent Orpheus, & Apollonius. *Cytæa*, urbs Colchidis. Pro Λιγυστινῶν, in Stephano legitur Λιβυστίνων. Sunt autem Libyſtini Colchis vicini; ſin alterum malis, dices cum Euſtathio, à Tyrrhenis Liguribus deductam fuiſſe in Aſiam coloniam. Promiſerat autem Jaſoni vellus aureum Æetes, ut eſt in Apollonio, ſi prius tauros ignivomos ſub ferreum jungeret aratrum, itaque draconis à Cadmo interfecti dentes ſereret: quod certamen quum Jaſon opera Medeæ pharmacorum peregiſſet, iiſdem deinde pharmacis etiam draconem, velleris aurei cuſtodem, ſopivit, & impune vellus abſtulit. Jam Jaſonem à Medea *recoctum* fuiſſe, notum eſt. *Ovem*, vocat Medeam, quæ Abſyrtum fratrem, & liberos trucidavit. Et quemadmodum heic γνωτοφόντης de fratre dicitur, ita quod inquit ad Antigonen Sophoclis Chorus, Σὲ δ' αὐτόγνωτος ὤλεσ' ὀργά, eodem pacto de fratre Polynice, non de propria Antigones voluntate, eſt intelligendum: nam fratris ira bellum commoventis, prima fuit Antigones mortis cauſa; neque aliter ipſa modo dixerat ad fratrem, Θανὼν ἔτ' οὖσαν κατήναρές με· *Mortuus*, inquit, *vivam me peremiſti.* Atque hæc ἐν παρόδῳ.

1319. *Loquacem i. picam.*] Argonautarum navem intelligit, quæ loquuta eſt aliquoties, ut apud Apollon. lib. IV. Unde *picæ garrulæ* confertur: ejus *tranſtra* vocat *Chaonica*, quoniam ex lignis Dodonæis erant. Apollonius,

Ἐν γάρ οἱ δόρυ θεῖον ἐλήλατο, τό ῥ' ἀνὰ μέσσην
Στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ.

Ἡρματίζετο videtur ab ἑρματίζομαι deduci, quod ſit, in navem pro ſaburra impono. Eurip.

Νύμφας ἐν οἴκοις ἑρματίζονται βροτοί.

1324. *Phemis nepos.*] Theſeus, de quo dictum eſt. Is in Scyro, Cycladum inſula, de ſaxo in mare præcipitatus fuit. Lego autem ζοιζυμβόρῳ, quemadmodum mox dicet,

Κύριλλα δ' ἴων πολλάδων ζοιζυμβόσαι.

1327. *Leone.*] Hercule; quem *initiatum* vocat, quod primus peregrinorum fuerit Athenis Eleuſiniis initiatus: qua de re Ariſtidis in Panathenaica, quam nos nuper Latinam dedimus, verba hæc ſunt: Ἡρακλέους ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων, ἡ πόλις καὶ νεὼς, καὶ βωμοὺς ἱδρύεται πρώτη, κἀκεῖνον καὶ πρότερον τοῖς μυστηρίοις ἐτίμησε πρῶτον ξένων. Hercules etiam Junonis *mammam* puer *ſuxit*. Vocatur autem Juno *Tropæa*, cui tropæa dedicabantur.

Ibid. *Veniens.*] in Scythiam ad Amazones. *Baltei furem*, vocat Theſeum, quod Hippolytæ Amazonis balteum ablatum dederit Herculi. ipſam deinde Hippolytam ſibi Theſeus rapuit: tametſi diſſentiunt ea de re Hiſtorici. *Themiſcyra*, Paphlagoniæ urbs, Amazonum regia, ex qua fuit Hippolyta rapta, quæ heic *Orthoſia* vocatur, proprio Dianæ cognomine.

1332. *Neptunides*] Amazones, à Neptunide quadam Amazone. *Eris*, *Lagmus*, *Telamus*, montes Paphlagoniæ. *Iſter*, Theſſaliæ fluvius.

1341. *Avus meus.*] Ilus, ſecundum Herodotum; Laomedon, ſecundum alios; hic Trojanum imperium uſque ad Theſſaliam propagavit. Herodotus Polymnia, Οἱ διαβάντες ἐς Εὐρώπην κατὰ Βόσπορον, τούς τε Θρήϊκας κατεστρέψαντο πάντας, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰόνιον πόντον κατέβησαν, μέχρι τε Πηνειοῦ ποταμοῦ ἤλασαν.

1346. *Illa.*] Græcia, ſive Theſſalia. *Bubulcum*, vocat Herculem, qui cum ſex navibus Trojam expugnavit. *Gorgas*, dicitur Juno, quia terribilis. Ea quum Herculem ſemper antea fuiſſet exoſa, poſtea, mutata ſententia, generum adſcivit, & inter deos collocavit. Propertius,

Sancte Pater ſalve, cui jam favet aſpera Juno.

1351. *Accipitres.*] Tyrrhenus, & Lydus, Atyis, Lydorum regis, filii. Ii quum aliquando fame Lydiam occupante ſorti committerent, uter novam coloniam deduceret, cecidit ſors in Tyrrhenum, qui in Italiam ſe contulit, dictam à ſe *Tyrrheniam*. Huc pertinent verſus Virgilii ſupra poſiti. Alii Tyrrhenos volunt eſſe indigenas; quos etiam Dionyſ. Halicarn. ſequitur. *Tmolus*, mons Lydiæ: *Cimpſus*, pagus. *Paludem*, dicit Gygæam, *in qua Typhonis*

eſt *uxor*, Vipera, mater Chimæræ: ſunt enim propinqui Lydiæ, ſecundum quoſdam, montes ii, qui Arima vocantur.

1356. *Liguſtinis.*] Italis, ac Tyrrhenis, qui tam bellicoſi erant, ut à Thracibus *gigantibus orti* viderentur. Polybius, Τὸν ἐπὶ τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος πεδίον Απεννίνου κεκλιμένον Λιγυστικοὶ κατοικοῦσι μέχρι πόλεως Πίσης, ἣ πρώτη κεῖται τῆς Τυῤῥηνίας πρὸς τὰς δυσμάς.

1362. *Ultimus.*] Paris. *Pelaſgos*, intelligit Menelaum cum ſuis, qui Trojam venerant ad ſepulcra Lyci, & Chimærei placanda, ut initio libri dictum eſt: qua quidem occaſione Paris amicitiam cum Menelao contraxit, & cum eo Spartam rediit, poſtquam Antheum occiderat. *Rhyndacus*, fluvius inter Græciam, & Helleſpontum.

1366. *Illa.*] Græcia, ſive Sparta.

1369. *Primus.*] Agamemnon, qui *cognominis* eſt *Jovis* Agammemnonis, de quo ſupra. *Deſcenſor*, dicitur Jupiter à ſulminum deſcenſu: quod nomen heic eleganter Agamemnoni Jovi ex nominis ſimilitudine tribuitur. Putabant autem veteres Jovem per tonitru in eam nubem, quæ fulmen conceperat, curru vectum deſcendere; ut annotavit doctiſſimus Turnebus.

1374. *Secundus.*] Oreſtes, Agamemnonis à Clytæmneſtra occiſi F. is, quum ſuriis agitaretur, oraculum accepit ab Apolline *Medico*, qui aliter Ἰήιος dicitur, fore ut inſania liberaretur, ſi Tauricam Dianam in patriam detuliſſet. Itaque Tauros, cum Æolibus profectus, expugnavit, & Iphigeniam ſimul cum Diana reportavit. Meminit etiam Pindarus, quum ait, Αἰολέων στρατὸν χαλκεντέων δεῦρ' ἀνάγων. Vide etiam Euripidem.

1378. *Tertius.*] Neleus, F. Codri, quem *lignatorem* vocat, quod ſumta lignatoris veſte, pro patria obierit. Neleus autem, quum ex oraculo cognoviſſet, ſe Carica regione potiturum, ſi quis ipſi Carum terram, & aquam tantum porrexiſſet: à *figuli puella* Mileti *glebam* petiit ad literas obſignandas, (unde γῆν σημαντρίδα dixit Herodotus Euterpe, ac meminit cretæ Aſiaticæ ad ſignandum adhibitæ Cicero pro Flacco) hac ratione arbitratus oraculo ſatisfactum iri. Itaque debellatis tandem Caribus, ut ſequitur, Cariæ imperavit, & in ea urbes aliquot poſuit. Quin & Miletum ab eo deductam coloniam tradit Ammianus, initio lib. XXVIII.

1379. *Mileſiam.*] è Caria, cujus oppidum eſt Miletus. Græce *Branchesia* vocatur à Brancho vate, qui Mileſios olim luſtravit, teſte Clemente, & Mileti oraculum habuit. Proprium tamen à quibuſdam traditur τὸ Βραγχιδῶν ἄστυ, ſive Βραγχίδαι, ut Οἰνιάδαι in Acarnania. *Phthiri*, Cariæ populi, à monte dicti, ſecundum Steph. mons porro à Phthiro, Endymionis F. nomen accepit. De Carum vilitate, & *ſtipendiis*, vide Parœmiographum.

1385. *Puella.*] Nelei filia, quæ, quum antea Pero diceretur, poſtea ob inſignem impudicitiam Ἐλεγηῒς eſt vocata, teſtibus Grammaticis. Datum autem erat Neleo alterum oraculum, ut illic domicilium ſibi, ubi juſſiſſet filia, pararet. Quum igitur Athenas veniſſet, offendit filiam, quæ nuſquam illic maritum propter libidinem nimiam poterat nanciſci, ſubductis veſtibus ita naturam ſuam alloquentem,

Δίζεο σοὶ μάλα εὐδελφὸν πόσιν ἢ ἐς Ἀθήνας,
Ἢ εἰς Μίλητον, ἢ ῥέξον (pro κατ' ἔξω) τέμαζε Καρσί.

id eſt,

Quære tibi validus qui conjux fiat Athenis,
Vel qui Mileti, quo clades Caribus addas.

Itaque Miletum profectus Neleus cum filia incoluit. Aliud etiam oraculum ad hujus coloniæ deductionem pertinens, citat Callimachi Scholiaſtes. *Barbaros*, dicit Cares. Aliam quoque Peronis vel fabulam, vel hiſtoriam enarrant in XI. Odyſſ. Græcorum commentarii.

1388. *Quarti.*] in Aſiam venient, ſubaudi. *Dymanteam ſtirpem*, vocat Dores, quorum rex fuit Dymas, Heraclidarum unus. Per *Lacmonios*, etiam & *Cytinæos*, iidem Dores intelliguntur, partim à Lacmone, Perrhæbiæ monte, dicti; partim à Cytino, vel Cytinio, Dorico oppido. Theon tamen in commentar. in Lycophronem, citante Stephano, Cytinum facit urbem Theſſaliæ. *Codrii*, dicuntur Athenienſes à rege Codro. Euſtathius Codros vocari ſtolidos omnes aſſerit.

1391. *Peninſulam.*] Dorim, juxta Cariam: in qua, ut videtur, habitavit Eryſichthon Theſſalus, qui Cereri fuit *inviſus*, quod ejus in Theſſalia lucum excidiſſet. Vocatur autem Ceres *Curita*, quemadmodum Græce Γυρῖτιν, niſi malis ad urbem Sabinam nominis originem reducere. Forte etiam ad Σιτοφόρου cognomen alluſit. Cæterum hiſtoriam totam Eryſichthonis, ejuſque immenſæ βουλιμίας explicant Ovidius lib. VIII. & Callimachus hymno Cereris.

1393. *Omniformis.*] Meſtram filiam habuit Eryſichthon, quæ corporis quæſtu patrem ſemper inſatiabilem alebat. Atque hæc eſt vera hiſtoria; quam fabulæ ſic involvunt, ut Meſtram dicant in omne genus animalis à ſe mutatam, venditam ſæpius à patre fuiſſe, ad quem ſubinde, reſumta priore forma, rurſum, ut venderetur, recurreret. Hinc vocatur omniformis: nam in ſcriptis codicibus male puto legi παντομόρφου.

1396. *Æthonis.*] Hoc nomine appellatus fuit Eryſichthon, teſtibus Heſiodo, & Athenæo, propter ardentem ingluviem, & igneam abſumendi vim: quomodo αἴθωνα λιμὸν dicunt poetæ. *Extremitates*, vocat agros, quos Eryſichthon alienos colebat, quum ſuos abſumſiſſet. Poetæ hæc etiam addunt,

Ipſe ſuos artus lacero divellere morſu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

Callimachus quoque panem oſtiatim refert mendicaſſe. Extrema porro terrarum, & oras etiam Eſaias vates alicubi *alas* dixit, ut hic πτερά.

1397. *Phryx.*] Midas, Phrygiæ rex; hic ſororis Cleopatræ cædem perſequens, Thraciam depopulatus eſt: verum quomodo Cleopatra fuerit occiſa, nec à Scholiaſte dicitur, nec apud

apud hiſtoricum ullum adhuc reperire potui. *Mortuorum præſidem*, dicit Minoëm, ex Europa genitum, in Europa educatum: de ejus ſeveritate multa leguntur apud Tragicos, teſte Platone; quin etiam à Catullo *rex injuſtus* appellatur.

1401. *Qui olim.*] Nota eſt fabula de Midæ auribus, quamvis illam alii ad hiſtoriam, alii ad mores referant. Poeta tamen heic fabulam ſequitur: ait enim, Midam *muſcis* auricularum motu *metum*, ut ad ipſum non auderent accedere, *incuſſiſſe*; quod etiam, ſi quis allegorice ad hoſtes referat, non imperite fecerit.

1404. *Phlegræ.*] quæ eſt urbs Thraciæ. *Thrambus*, Macedoniæ promontorium, ut *Titon* Thraciæ. *Sithonia* quoque, & *Pallene* ſunt in Thracia. Macedoniæ vero portionem quandam tenuiſſe Midam, ſcribit etiam Juſtinus. Jam *Bruchon*, heic proprium fluvii nomen videtur, licet fere ſit commune vocabulum: ſicut κελάδων apud Homerum, & Callimachum; utrumque nomen ab impetu, & fremitu fluminum ductum apparet. *Cornigeros*, dici fluvios, ante docuimus. Vocat deinde Bruchontem *gigantum miniſtrum*, quod hi in Thracia juxta Pallenen verſati ſunt.

1409. *Viciſſim.*] nunc in Aſia, nunc in Europa. *Candæus*, appellatur Mars, & Candaon, ut ſupra.

1411. *Paſtum præliis.*] Horatius,

Quem juvat clamor, galeæque leves.

unde & αἱμοχαρὴς vocatur. *Epimethei mater*, eſt Aſia, quæ Prometheum, & Epimetheum ex Japeto peperit.

1413. *Perſei.*] Danaës F. à quo Perſæ omnes ducunt originem. *Gigantem*, dicit Xerxem, Perſarum regem, qui & Helleſpontum ponte junxit, & Athonem perfodit. Catullus,

Ille quoque everſus mons eſt, quem maximum in orbe
Progenies Phthiæ clara ſupervehitur,
Quum Medi irrupère novum mare, quumque juventus
Per medium claſſi barbara navit Athos.

1416. *Laphriæ.*] Minervæ; cujus ædes erant Athenis: quarum arcem tenebat Minerva.

1417. *Combuſtæ.*] à Xerxe. Etenim quum Athenienſes Apollinem de Xerxe repellendo conſulerent, juſſit eos lignea ſibi parare mœnia, quibus à Xerxe tuti forent: quod oraculum quum inſcite de *ligneis* arcis *propugnaculis*, quæ poſt à Perſis una cum arce combuſta ſunt, intellexiſſent, factum eſt, ut vulgo mendacii incuſarent Apollinem, cujus oraculum non erant aſſecuti. ſolus enim Themiſtocles, deprehenſa vaticinii ſententia, naves ædificandas, è quibus ad Salaminem cum hoſte confligerent, cenſuit.

1420. *Plutonis famulum.*] Quoniam è ſpecu quadam Delphica reddebantur oracula, putabat ex inferis illa Vulgus vaticinantibus à Plutone ſuggeri.

1421. *Exercitu.*] Magnus enim Perſarum numerus in Græciam eſt à Xerxe adductus, adeo ut, quemadmodum elegantiſſime dixit Ariſtides, ſola numeri inter hiſtoricos diverſi differentia juſto ſufficiat exercitui; Τὸ διαλλάττον παρ' ἐνίοις τοὺς ἀφηγημένους τοσοῦτον ἦν, ὥστ' εἶναι τὸ μέγιστον ὅρον σόλου. Quo factum eſt, ut nec cibus illis ex *arboribus*, nec potus ex *fluminibus* tandem potuerit ſuppetere.

1423. *Fructifera arbos.*] Herodotus Urania; Εἰ δὲ καρπὸν μηδένα εὕρισκον, οἱ δὲ τὴν ποίην τὴν ἐκ τῆς γῆς ἀναφυομένην, καὶ τῶν δενδρέων τὸν φλοιὸν περιλέποντες, καὶ τὰ φύλλα καταδρέποντες, κατήσθιον ὁμοίως τῶν τε ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων, καὶ ἔλιπον οὐδέν.

1426. *Nubes.*] Eleganter & hoc Ariſtides alicubi expreſſit, ἦν δὲ πλήρης, ἡ μὲν θάλαττα νεῶν, ἡ δὲ γῆ πεζῶν, ὁ δ' ἀὴρ βελῶν. & paulo ante, Ὁ δ' ἥλιος συνεκρύπτετο τοῖς τοξεύμασι. Facete quoque Plautus dixit,

—— *boat*
Cælum fremitu virûm: ex ſpiritu & anhelitu
Nebula conſtat. ——

1428. *Solem.*] Ita videtur interpretanda vox πίζζαν, quæ nuſquam extat alibi. Putarunt quidam hoc vocabulum Perſas de Sole uſurpare, quem illi aliter Adad, & Mithram dei nomine vocant. Si quis etiam velit, πίτσον reponi, quo vocabulo ſimiliter nonnunquam Sol ſecundum Anaxagoram innuitur, ut apud Euripidem Oreſte, & Callimachum, non magnopere repugnabo.

1429. *Floruerit.*] Xerxes. *Roſæ* florem caducum eſſe, norunt omnes. Ita Xerxes poſt magnos conatus, & apparatus navali prœlio victus, in Perſiam confugit, relicto Mardonio. Hiſtoriam totam pete ab Herodoto, Cteſia, & Diodoro: nolumus enim heic de rebus notis longas narrationes, ut Scholiaſtes facit, contexere. Cæterum quod ad *Locrenſem roſam* attinet, ejus Pollux quoque lib. V. in ſynonymis fucorum, his verbis meminit: Ῥόδον παρειαῖς φυτεύειν, αἰδῆμον ἀνθοῦν, καὶ δᾶτον ἀπανθοῦν, κατὰ τὸ Λοκρόν.

1432. *Turrim.*] navem, in quam ſe recipiat: alludit enim ad oraculi Τεῖχος ξύλινον. Navem autem arripiebat in fuga Xerxes, ut *puella* timida locum *tenebroſum*, in quo lateat, quum eam latro cum *enſe* perſequitur.

1435. *Certamina.*] Græcorum cum Perſis, & inter ſe: de quibus vide totos Thucydidem, & Xenophontem.

1437. *Imperiis.*] Ineptit Scholiaſtes in litoribus. *Dorſa terræ* dicuntur, ut νῶτα Σαρδόνος. Per priorem *terram*, videtur vaſtam, & ſterilem intelligere.

1440. *Progenitus.*] Alexander Magnus; qui maternum genus ad Achillem, & Helenum referebat; quorum ille ab *Æaco*, hic à *Dardano* erat oriundus. Eundem vocat *Theſprotium*, quod eſſet à matre Epirota: *Chaladræum* vero, quod à patre Macedo. Pro Χαλαδραῖος, poteſt æque legi Καναστραῖος, Γαλαδραῖος, vel Χαλαστραῖος. videntur enim Chaladra, Chalaſtra, & Canaſtra, eandem urbem Grammaticis denotare. Charadra vero Phocidis eſt urbs.

1442. *Cognatorum.*] Perſarum. Alexander enim

enim à Perſeo per Herculem, non minus quam Perſæ, ducebat originem.

1443. *Argivos.*] Græcos: non rectè enim Perſas intelligit Scholiaſtes, quum illorum facta jam ſit mentio, & Alexander utroſque ſubjugarit. *Chaladræum lupum* vocat, quem jam leonem appellarat: quæque illic erat ſcripturæ varietas, eadem & heic locum habet.

1446. *Cum quo.*] Alexandro Magno; quis autem fuerit iſte Caſſandræ conſanguineus, non facile quis dixerit. De Taxile quidem, & Poro narrant Hiſtoriei, in amicitiam ab Alexandro receptos fuiſſe: ſed an huc iſta pertineant, dubito. Scholiaſtes quidem non præter morem ſatis ridiculum ſe præbet. Pro κοὺς διαλλαγάς, lego cum Scaligero εἰς διαλλαγάς. Ac ſimilis eſt in Eurip. loquendi modus, quum ad Nutricem ſic ait Hippolytus,

Ὡς καὶ σύ γ' ἡμῖν πατρὸς, ὦ κακὸν κάρα,
Λέκτρων ἀθίκτων ἦλθες εἰς συναλλαγάς.

1451. *Quid multa?*] Poſt longam oraculorum ſeriem revocat ſe tandem à vaticiniis Caſſandra, dum cogitat, ſe fruſtra tot verba fundere, cui nemo ſit crediturus: atque ita finem dictis imponit ſuis. Non diſſimile eſt illud Euripidis Phœniſſis extremis,

Ἀτὰρ τί ταῦτα θρηνῶ, καὶ μάτην ὀδύρομαι;
Τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας θνητὸν ὄντα δεῖ φέρειν.

1454. *Lepſieus.*] Apollo; ſic à tegendis oraculis dictus. Is curaverat, ut in Prolegomenis diximus, ne fides Caſſandræ vaticinanti haberetur. Itaque in Tragœdia quadam ait,

Ἄκραντα γάρ μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεός,
Καὶ πρὸς παθόντων κἀν κακοῖσι κειμένων
Σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μαίνομαι.

1458. *Faciet autem.*] Oracula mea, inquit, quamvis nunc contemnantur, effectum tamen ſuum tandem conſequentur. Similiter apud Æſchylum ait,

Τὸ μέλλον ἥξει, καὶ σύ μιν τάχει παρὼν,
Ἄγαν γ' ἀληθόμαντιν οἰκτείρας ἐρεῖς.

1460. *Hirundinem.*] me, cujus verba tum demum cum eventu conjuncta, fidem apud homines merebuntur. Atque hactenus Caſſandræ verba fideliter à Nuntio relata ſunt: ſequuntur ipſius Nuntii ad Priamum verba.

1464. *Claria.*] Ex Aſiæ urbe, Clarii Apollinis oraculo celebri. *Mimallones*, vocantur Bacchæ furibundæ. *Melancræra*, dicebatur Sibylla Cumæa, teſte Ariſtot. *Phiceum monſtrum*, dicit Sphingem, quam Bœoti Φίκα, unde mons in quo verſabatur, Phiceus dictus. Caſſandram igitur obſcuram, & intricatam, rectè cum Baccha, Sibylla, Sphinge comparat.

1468. *Phœbadis.*] Ovidius,

Serva Mycenæo eſt Phœbas amata duci.

1472. *Deus.*] Tibullus,

Hæc Deus in melius crudelia ſomnia vertat.

Bebryces, Trojani ſunt, ut dictum eſt.

EPITOME

EPITOME CASSANDRÆ
GRÆCO-LATINA,
VERSIBUS ANACREONTIIS CONSCRIPTA
PER GUL. CANTERUM
ULTRAJECTINUM.

ΑΙ αἲ πάλαιγνα πάτρα·	HEU! heu! paterna Terra:
Πρῶτον μὲν Ηρακλῆος	Olim quidem Herculana
Θοαῖς πρησθεῖσα πεύκαις.	Combuſta claſſe primum :
Λεύσσω δὲ δεύτερον νῦν·	Nunc te, miſella, rurſum,
Πυρουμένην σε, τλῆμον.	Igni perire cerno.
Στένω, στένω σε, πάτρα,	Te, Troja, defleo, te,
Τάφους τε Δαρδανείους.	Et Dardani ſepulcrum.
Λεύσσω θέοντα γνωτὸν	Excurrit, ecce, Frater
Ες ἁρπαγὴν κυνώδη.	Ad fœminæ rapinam.
Καὶ δή σ', ἀδελφὲ, ζώτης	Verum tibi iſta præda,
Πρωτεὺς ἄγρας στερήσει.	O Frater, auferetur,
Κλαίων δὲ πάτραν ἵξῃ,	Et flens domum redibis
Ψυχρὸν φέρων ἄγαλμα.	Cum frigida figura.
Βύκταισιν αὖθις Ἶφιν	At milites Pelaſgi
Θύσουσι τὴν μέλαιναν	Vento Ducis Puellam
Οἱ νηλέες Πελασγοί.	Mactare deſtinabunt ;
Τοὺς δευτέροις δὲ δόντες	Fœduſque duplicantes,
Ορκοις, πλέουσι δεῦρο.	Huc deinde navigabunt.
Ηδη βλέπει ζέουσαν	Quin jam videt Palæmon
Πρύμναις Θέτιν Παλαίμων.	Mare æſtuans carinis :
Καὶ δὴ στένει Μύριννα,	Quin jam gemit Myrinna,
Παράκτιοί τε θῖνες.	Campique litorales,
Καί δὴ Μαμερτὸς αἴθει	Vaſtatque jam ferus Mars
Αἶαν, γόος τ' ἐν ὠσὶν	Terram, mihique planctus
Ινδάλλεται γυναικῶν.	Aures ferit moleſtus.
Εκεῖνο πῆμα δάψει	Hoc plurimum gravabit
Εμὲ πλεῖστον, εὖτ' ἐμεῖο,	Me, cum ferox Achilles
Αχιλεύς, κτενεῖς ἀδελφόν.	Fratrem remittet Orco.
Καὶ, Τρώϊλε, στένω σε,	Sic Troilum quoque idem,

Ὃν ὡυτὸς αὖ φονεύσει.	Quod defleo, necabit.
Καὶ σὸν, τάλαινα, πότμον,	Quin & tuam dolebo,
Μῆτερ φίλη, ςενάζω,	O Mater alma, ſortem,
Ἣν χερμάδες Πελασγῶν	Quam gens Pelaſga ſaxis
Κρύψουσι λοιδορεῦσαν.	Teget, canem diſertam.
Προσδέξεται δ' ἀδελφὴν	At te, Soror, dehiſcens
Κόνις τοκὰς χανοῦσα.	Tellus vorabit ima ;
Πολυξένην δ' ἄρ' ἶνις	Polyxenamque Achille
Αχιλλέως θυηλαῖς	Satus feroce ducet
Γαμηλίοις πελάσσει,	Ad nuptias cruentas ;
Πηγὸν κτανὼν Ποδάρκην.	Patrem quoque ille perdet.
Βίαν δὲ πείσομαι 'γὼ,	At vis mihi inferetur,
Ταύτης θ' ἕκατι λώβης	Factique talis ergo
Πολλοῖς κάκιστα πολλὰ	Multis ferenda multa
Βουδεία τληπὰ δώσει.	Budea Virgo mittet.
Αἴαντα γὰρ τὸ πρῶτον	Ajax enim ſceleſtus
Οἴσει τὸ κῦμα, φάγρον	In fluctibus marinis
Σαρώμθμον θαλάττῃ.	Jactatus interibit.
Αμυντόρος δὲ κρύψει	Amyntoriſque natum,
Υἱὸν, πάγουρον, Ἠών.	Phagrum, recondet Eon ;
Νάπαι δὲ Κερκάφειαι	Saltuſque Cercaphi, tres
Κάλχαντα, καὶ δύ' ἄλλω·	Ætate grandiores ;
Ὡς Πύραμος δύ' ἄλλω.	Duoſque Pyrami fons.
Ἥξουσι πέντε Κύπρον.	Quinque in Cypro manebunt.
Αἰτωλὸς Αργυρίππαν	Ætolus Argyrippam
Δομήσεται, 'κ μόροιο	Fundabit, à Tropæa
Σωθεὶς διὰ Τροπαίας.	Vitam recens adeptus.
Γυμνασίας δὲ νήσους	Gymneſias marinas
Πλεύσουσιν ὁ Βοιωτοί.	Bœotus advehetur.
Οδυσσέως δ' ἑταίρους	Ulyſſis autem amicos
Αγρεύσεται περάσαντας	Captabit ater Orcus,
Αδης, λιπὼν ἐν' αὐτῶν,	Ipſo tamen relicto,
Ὃν πολλὰ δὴ παθόντα	Quem deinde multa paſſum
Ἑὸς κέλωρ φονεύσει.	Occidet ejus Infans.
Αγαμέμνονος δ' ὅμαιμος	At Regis ipſe Frater
Πάμπολλα τὴν δάμαρτα	Sociam tori jugalis
Πλανήσεται ματεύων.	Errabit uſque quærens.

Ἄλλους

Ἄλλους δὲ τρεῖς Λίβυσσαν	Tres unda vaſta volvet
Ῥίψει Βορρᾶς ἐς αἶαν.	Ad littus Africanum.
Οἰνωτρίαν δὲ γαῖαν	At Torris aſper Hoſtis
Φιτροῦ φονεὺς προσσχὼν,	In Italam profectus
Καὶ Λινδίων στρατηγοῖς	Terram, laboris ergo
Βοηδρομῶν, θανεῖται.	Sortem feret cruentam.
Ἐπειὸς ἀμφὶ Κῖριν	Equinus Architectus
Προσνάσσεται ὁ τέκτων.	Ciris colet fluenta;
Σικανίαν δὲ πολλοί·	Sicaniamque multi,
Ἄλλοι δὲ Σῖριν ἀμφί·	Siriſque flumen altum,
Τυλλησίους δὲ πρῶνας	Tulleſioſque colles,
Ἄλλοι· Τέρειναν ἄλλοι·	Et Italam Terinam,
(Νιρεῖ δὲ, καὶ Θόαντι	Et inſulam Melitam.
Κρᾶθις συνοίκος ἔσται)	Sed Nireo, & Thoanti
Πολλοὶ δὲ καὶ Μελίτην.	Tum Crathis accoletur.
Παπποκτόνος δ᾽ Ὀθρωνὸν	Elpenor autem Othronum, &
Κ᾽ Ἤπειρον αὖτις ἥξει.	Epirum abibit olim.
Ὁ δ᾽ οἷος Αὐσονείοις	Sed Italis ſepulcris
Τεθάψεται τάφοισι,	Condetur ille, morbos
Νόσων τ᾽ ἰατρὸς ἔσται.	Oraculis repellens.
Τήμψαν δὲ Ναυβόλειοι	At Nauboli Temeſſam
Ἥξουσιν οἱ ἑταῖροι·	Satellites ſubibunt;
(Σήταιαν ἐν πέτραισι	(Setæa, te dolenda
Μίμνει μόρος δυσαίων)	Ad ſaxa mors manebit)
Οἱ δ᾽ αὖ πόλιν Λάμητον.	Quidam oppidum Lameti.
Καὶ ταῦτα πάντ᾽ ἄνοστοι	Et hæc quidem Pelaſgis
Τλήσουσιν οἱ Πελασγοί.	Inſtant foris ferenda.
Οὐδ᾽ οἱ ᾽ς πάτραν μολόντες	Quin nec domum recepti
Κύρσουσι τῶν κρατίστων.	Meliora ſortientur.
Ὁ γὰρ μέσον σκεπάρνῳ	Namque huic caput ſecuri
Κόγχον τυπεὶς, πεσεῖται,	Findetur olim acuta,
Κἀγὼ γε δὴ σὺν αὐτῷ.	Communis iſta erit mors.
Καὶ μὴν τὸ πᾶν ὁμοίως	Parique clade Cretæ,
Ἀνάστατος στρατηγοῦ	Gortyniique regis
Τοῦ Κρητὸς οἶκος ἔσται.	Domus alta deſtruetur.
Λοκροὶ δὲ παρθένους, ἃς	Locri tamen puellas
Πέμψουσιν ὡς Ἀθηνᾶν	Mittent ſuas Minervæ

Es

Digitized by Google

Ες Ιλιον ςένοντες.	Ad Ilium, gementes.
Σὺ δ' αὖ ἐπωπὶς ἔςῃ,	At tu, Parens, triformis
Μῆτερ, θεᾶς Τριμόρφου.	Brimus eris miniſtra.
Οςᾶ δ' ἐμοῦ ξυναίμου	Tum Fratris oſſa noſtri
Αξουσ' ἐς ἄςυ Θήβης.	Ferentur uſque Thebas.
Κλέος δ' ἐμῆς γενέθλης	In poſteris avorum
Αὔξουσιν ἀμναμοί μου,	Creſcet decus meorum,
Σκύμνοι διπλοῖ λέοντες.	Leunculis duobus.
Τοιαῦτα πυργόπορθοι	Hæc Ilii cruentis
Μέλλουσι πάντα πάσχειν.	Sunt peſtibus ferenda.
Πόθεν δὲ ταῦθ' ὑπῆρχε;	At cauſa quæ ſit horum?
Πρῶτον κόρην βοῶπιν	Phœnix Bovem Puellam
Σαράπτιοι ὑφεῖλκον.	Abduxit in carina.
Κούρητες αὖθις ἄλλην,	Aliam ſtatim rapit Cres,
Τεῦκρόν τε, καὶ Σκάμανδρον	Teucro ſimul, Scamandro
Πέμψαντες, Ηρακλῆ τε	Miſſo, Trinoctioque,
Θρήκη προσθεῖσ' ἀφῆκεν	Thraces repente cæſi
Τριέσπερον λέοντα.	Tirynthium vocarunt.
Τυρσηνὸς αὖτις αἶας	Tyrrhenus inde terram
Οἰνωτρείας κρατήσει.	Oenotriam tenebat.
Πάρις δὲ λοῖσθος αὖθον	Sed ultimus favillas
Πῦρ μουνος ἐξεγείρει.	Paris reſuſcitabit.
Ηξει γὰρ Ατρέως παῖς,	Exiſtet hinc Mycenis
Κόδρου κέλωρ, Ορέςης·	Regnans, itemque Oreſtes,
Λακμώνιοι τέταρτοι.	Neleus, itemque Dores.
Ηξει Μίδας μετ' αὐτούς,	Midas ſequetur iſtos,
Ξέρξης τε πρὸς Πελασγούς.	Xerxeſque contra Achivos:
Εως ἄναξ Μακηδὼν	Donec Satus Philippo
Αμφοῖν μέγας κρατήσῃ,	Utroſque ſubjuget rex,
Παρ' οὗγε συγγόνης μου	Cum quo meus Propinquus
Διαλλαγῶν κυρήσει.	In fœdus ibit olim,
Μάτην δὲ ταῦτα βάζω,	Loquor ſed iſta fruſtra,
Πίςιν μ' ἀφεῖλ' Απόλλων,	Fidem Deus negavit,
Θήσει δὲ ταῦτ' ἀληθῆ.	Sed facta ſubſequentur.
Τοῦτ' αὖ μαθόντες ἄλλοι,	Quod poſteri videntes,
Τὴν φοιβόληπτον αἰεὶ	Ad aſtra laude tollent
Χελιδόν' αἰνέσουσιν.	Hirundinem canoram.

IN
Lycophronis Caſſandram
JOHANNIS MEURSII
COMMENTARIUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOHANNIS MEURSII
AD LECTOREM
PRÆFATIO.

ECCE, mi Lector, dono tibi Lycophronem, Poetam omnium, quotquot ſunt, obſcuriſſimum. Addo librum Commentarium, eo facem præfero, qua opus illi fuit nimis diu. Ferunt obſcuram Myrmecidis ex ebore operam facilius viſam ſi nigras ſetas adhibuiſſent: idem de hoc Lycophronis Poemate dictum habe, quod ſine interprete vix eſt ut quiſquam intelligat. Laudabilis nupera opera doctiſſimi viri dicam, an adoleſcentis? Gulielmi Canteri noſtratis. Bertrandus ſi quid laudis meritus, non ego defrudem. Primi in hoc opere illuſtrando ſudarunt Dection, Orus, & Theon, viri in Grammatica quondam illuſtres, ſed eorum opera tempus atque invidioſa vetuſtas nobis ademerunt. Quæ hodie exſtant Commentaria Iſacii Tzetzæ, papæ! quam multoties nugacia? mortuaria gloſſemata *cum Catone meritiſſimo quis dixerit. Si boni quidquam in illis, ea iſtorum ſunt quos paullo ante laudavi, qui ſi reviviſcant, indubie lege Atinia rem furtivam vindicent. Atque exſtarent illi, labore hoc ſuperſedere potuiſſem: ſed hæc vota tantum. Quare illa, quæ jam majoribus noſtris ademit oblivio fugitiva, ſecutaque ſedulitas poſterioris ævi retrahere nequivit, non, ſi non potero indagare, eo ero tardior, ſed velocior ideo, ſi quivero. Non mediocres enim tenebræ in hac ſylva: neque eo, quo pervenire volumus, ſemitæ tritæ: neque non in tramitibus quædam objecta, quæ euntem retinere poſſent. Præterea damus quoque emendatiorem verſionem Illuſtriſſimi viri Joſephi Scaligeri, Jul. Cæſ. F. cujus hortatus ad has meas lucubratiunculas edendas magnum mihi calcar addiderunt: & abſque eo eſſet, vix id facere auſus fuiſſem. Quod ſupereſt: moneo, & teſtor religioſe à me ſervatam nobilem illam Laurentium legem,* NE POMUM EX ALIENO, *noſti cætera. Quidquam à nobis ex doctorum hujus ævi virorum ſcriptis in mea tralatum, nomina ingenue profiteor. Neque enim furtivæ à me ſublectæ pennæ,*

> Ne, ſi forte ſuas repetitum venerit olim
> Grex avium plumas, moveat cornicula riſum.

Deinde pauci ſunt, quos aliquando aliud agens apud amicos, inſpiciens legi; pauciores, immo nulli, quos perlegi: non quod neglexerim, ſed otium defuit: magis me capiunt ipſi fontes, è quibus gra-

 tius

tius aquæ petuntur, Graculi iſti, qui plagium clamitant, ſi quid dixeris, quod ipſi ante te, verbo dicam, non me movent. Nec ego ſolus ero, in quos ab illis involatum. Vale, Lector candide: Zoilum enim non æſtimo, qui quorum ſimilitudinem deſperat, eorum affectat ſimultatem. Themiſtocles dolebat cum nulli ſibi invidi;

Ὁ γὰρ ἀφθόνητος οὐκ ἐπίζηλος πέλει.

Iterum vale, & his meis candide fruere: ſicubi lapſus, veniam dabis adoleſcenti admodum, deinde homini. Nemo noſtrum non peccat: homines ſumus, non Dii.

IN

IN
LYCOPHRONIS CASSANDRAM
JOHANNIS MEURSII
COMMENTARIUS.

4. **Χ**ΡΗΣΜΩΝ αἰόλον ςόμα.] Simili phraſi Æſchylus Prometheo αἰολοςόμους χρησμοὺς dixit.

3. Οὐ γὸ ἥσυχος κόρη.] Numine afflatorum indicium putatur clamore confuſo bacchari. Ruffinus Hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. IV. *Cumque primum navicula ſenum oram illius ſoli attigiſſet, ecce ſubito ſacerdotis illius templi virgo filia correpta ſpiritu, cum ingenti vociferatione clamoribus uſque ad cœlum datis* (malim *elatis*) *agi per medios populos cœpit, & crebros ducens rotatus, ſtridens huc atque illuc rabida ora vibrare &c.* Apulejus Mileſ. VIII. *Inter hæc unus ex illis bacchatus effuſius, ac de imis præcordiis anhelitus crebros referens, velut numinis divino ſpiritu repletus, ſimulabat ſauciam vecordiam prorſus.* Et poſtea, *Inſit vaticinatione clamoſa conficto mendacio, ſemetipſum inceſſere atque criminari, quaſi contra fas ſanctæ religionis deſignaſſet aliquid.* Statius Sylv. lib. IV. in Via Domitiani de Sibylla,

En & colla rotat, noviſque late
Bacchatur ſpatiis. ———

Oecumenius ad cap. XII. Act. Apoſt. Καὶ οὕτω μανίας πληρωθεῖσα, καὶ τὰς τρίχας λύουσα, καὶ ἀφρὸν ἀπὸ τοῦ στόματος ἀποπέμπουσα, καὶ τἄλλα πάντα ποιοῦσα, ὅσα οἱ μαινόμενοι ποιεῖν εἰώθασι, τὰ τῆς μαντείας, ἢ μᾶλλον μανίας ἐφθέγγετο ῥήματα. Eunapius in vita Ædeſii de Soſipatra loquens, Εἶτα εἰς τὸν περὶ καθόλου ψυχῆς, καὶ τί τὸ κολαζόμενον, καὶ τί τὸ ἀθάνατον αὐτῆς, ἐμπίπλουσα λόγον, μεταξὺ τοῦ κορυβαντιασμοῦ καὶ τοῦ ἐκβακχεύσεως, ὥσπερ ἀποκοπεῖσα τὴν φωνὴν, ἐσιώπησεν. Petronius, *Potius furentis animi vaticinatio appareat, quam religioſæ orationis ſub teſtibus fides.* Lactantius lib. IV. cap. XXVII. *Ecce aliquis inſtinctu dæmonis percitus dementit, effertur, inſanit, &c.* Lego *d. efferatur. i.* Simile mendum apud eundem auctorem lib. I. cap. XXI. *Sectis namque humeris, & utraque manu diſtrictos gladios exerentes, currunt, efferuntur, inſaniunt.* Legendum omnino, *c. efferantur. i.*

6. Δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα.] Caſſandræ vatis δαφνηφάγους λαιμοὺς vocat Lycophron, quia laurus μαντικῆς σύμβολον, ut ait Aphthonius Προγυμν. & futurorum præſenſionem habere credita olim, eaque de cauſa Apollini dicata, ut patet ex Theocriti epigrammate primo, & Ovid. Metamorph. lib. I. Auctor Γεωπονικῶν libro XI. Καὶ τὸ μὲν δένδρον ἀπὸ τῆς παρθένου δάφνην ἀνόμασεν ὁμωνύμως. λαβὼν δὲ ἀπὸ τοῦ φυτοῦ πέταλον, ἐστεφανώσατο, καὶ μαντικῆς ἔκτοτε σύμβολον ἐγένετο τὸ φυτόν. Heſiodus guſtata lauru Poetam factum ſe, & præteritorum futurorumque cognitionem accepiſſe prodit, his verbis,

Καί μοι σκῆπτρον ἔδον δάφνης ἐριθηλέος ὄζον
Δρέψασθαι θηητόν. ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν
Θείην, ὥστε κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

Ubi Scholiaſtes, ἡ δάφνη ἐνεργεῖ πρὸς τοὺς ἐνθουσιασμούς. A Claudiano quoque lib. II. de Raptu Proſerpinæ —— *venturi præſcia laurus* dicta. Apud Homerum etiam Iliad. α. Chryſes vates Atridas accedit, Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος. Eunapius in Chryſanthio, Ἡ δὲ πρὸς τὸ θεῖον οἰκειότης οὕτως ἦν ἀπραγμάτευτος καὶ εὔκολος, ὥστε ἐξήρκει τὸν στέφανον ἐπιθεῖναι τῇ κεφαλῇ, καὶ πρὸς τὸν ἥλιον ἀναβλέποντα χρησμοὺς ἐκφέρειν, καὶ τούτους ἀψευδεῖς, καὶ πρὸς τὸ κάλλιστον εἶδος ἐνθέου πνεύματος γεγραμμένους. Nam eo loco στέφανος (ut apud Homerum στέμματα) lauream ſignificat. Huc pertinent verba Capellæ lib. I. *Delius quoque ut ramale laureum geſtitat, divinatrice eadem conjecturalique virga, &c.*

7. Σφιγγὸς κελαινῆς] De Sphinge vide Heſiodum Theogonia, Palæphatum Περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν, & Pſellum Ἀναγωγαῖς. Lycophroni heic κελαινὴ dicitur, quod effigies ejus in lucis, qui tenebricoſi ſunt, conſecrari conſueverit, ut auctor Syneſius in oratione de Regno; vel propter ænigma, quod ita habet,

Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς καὶ τετράπουν, οὗ μία φωνὴ,
Καὶ τρίπουν, ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
Ἑρπετὰ κινεῖται, ἀνά τ' αἰθέρα, καὶ κατὰ πόντον,
Ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐρειδόμενον ποσὶ βαίνῃ,
Ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ.

Apud Scholiaſten corruptum valde legitur. Vide Athenæum Δειπνοσοφ. & Apollod. lib. III.

10. Δυσφάτους αἰνιγμάτων οἴμας] Martianus Capella dicit, *obliquas vaticiniorum ambages*, lib. I. de Mercurio loquens, *Ipſe pedibus talaria nectit aurea, & nunc in fanis, quibus aut vaticinia obliquis fundebantur ambagibus, aut denuntiata pecudum cæde, fiſſiculatis extorum proficiis viſcera loquebantur.* Videmus porro Lycophronem poemate hoc antiquiſſimos poetas imitari voluiſſe, qui obſcuritatem de induſtria affectabant. Æſchyli Scholiaſtes Προμ. δεσμ. Οἱ παλαιοὶ τὰ ποιήματα αὐτῶν πρότερον μὲν αἰνίγμασι γεγράφασι, ὕστερον δὲ καθόλου φανερῶς ἐχρῶντο τῷ λόγῳ. Unde Prometheus,

Λέξω τορῶς σοι πᾶν ὅ, τι χρῄζεις μαθεῖν,
Οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ' ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ,
Ὥσπερ δίκαιον πρὸς φίλους οἴγειν στόμα.

Itaque vides jam cauſſam, ob quam ita obſcurus in hoc poemate Lycophron. Alia eſt potior, quia olim oracula ænigmatice efferebantur. Clemens, Στρωμ. lib. V. Οὐ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι οὐ θεμιτὸν εἶναι συνιδόντι καὶ Πλάτωνι. ἐντεῦθεν

 αἱ

αἱ περιφραστεῖαι, οἵ τε χρησμοὶ λέγονται διὰ αἰνιγμάτων.

18. Τῆς Κέρνης πύλας] Cerne inſula eſt contra ſinum Æthiopicum, cujus neque magnitudo, neque intervallum à continente conſtat, Æthiopaſque tantum populos habere creditur. Auctor Plinius lib. VI. cap. XXXI. Cernem autem heic Auroræ habitaculum facit Lycophron, quo pertinent Nonni illa Dionyſ. lib. XXXIII.

—— ἀμφὶ δὲ Κέρνῃ
Κυκλώσας πτερὰ κοῦφα βολαῖς ἀντώπος Ἠὼς
Ἵπτατο μειδιόωσα. ——

Euſtathius ad Dionyſii Περιήγησιν, Τὴν Κέρνην οἱ μὲν νῆσόν φασιν ἐν τῷ Ὠκεανῷ, οἱ δὲ τοῦτο οὐ δέχονται. καὶ ὁ Διονύσιος δὲ αὐτὴν διαφωνεῖται. οἱ μὲν γὰρ ἀνατολικὴν αὐτὴν ὑποτίθενται, ὡς καὶ ὁ Λυκόφρων ἐμφαίνει.

23. Ἰουλόπεζοι] Paridis naves ἰουλοπέζους Lycophron appellat propter remos, eſt enim ἴουλος animalculum multipes. Apollonii Scholiaſtes lib. I. Λέγεται δὲ ἴουλος καὶ ζῶόν τι πολύπουν. ἑκατέρωθεν γὰρ ἔχει πολλοὺς πόδας. Eodem modo Valerius Flaccus lib. I. Argonaut. *Phrygios julos* dixit, de navibus Trojanis loquens. Certe Suidas cum ſcriberet, Ἰουλόπεζα, ἡ ναῦς, dubium non eſt, quin hunc Lycophronis locum ob oculos habuerit.

Ibid. Εὐῶπις] Iſacius Tzetzes interpretatur εὐόφθαλμοι, διὰ τὰς ὀπὰς, ὅθεν ἐν τῷ πλεῖν κινοῦσι τὰς κώπας. Poſſunt & ita dictæ videri a navis parte, quæ ὀφθαλμὸς nuncupabatur, cui & ejus nomen inſcribi ſolebat. Jul. Pollux lib. I. cap. IX. Τὸ δὲ ὑπὲρ τὸ στεῖχον ἀκροστόλιον πτυχὶς ὀνομάζεται, καὶ ὀφθαλμὸς, ὅπου καὶ τοὔνομα τῆς νεὼς ἐπιγράφουσι. Vide etiam Etymologici Auctorem in Ἀκροστόλιον.

24. Αἱ Φαλακραῖαι κόραι] Eleganter admodum naves è Phalacræ arboribus fabricatas Φαλακραίας κόρας appellat, quod Horatius imitatus lib. I. Od. XIV.

Quamvis Pontica pinus,
Silvæ filia nobilis.

Atque eum Cœlius Firmianus Symphoſius in ænigmate de navi, quod ita interpungendum, & emendandum,

Longa feror, velox frondoſæ filia ſilvæ.

Nam antea male,

Longa feror velox, formoſæ filia ſilvæ.

Et in ænigmate veteris Poetæ Græci,

Ὑλογενὴς, ἀδάκρυτος, ἀναίμακτος, ὑγροκέλευθος.

Vocat ὑλογενῆ, ut illi *ſilvæ filiam*.

25. Ὑπὲρ Καλυδνῶν] Calydnæ, inſulæ duæ juxta Tenedum ſitæ, teſte Strabone. Aliorum tam de numero, quam ſitu alia eſt opinio. Sed Geographicis immorari inſtituti noſtri non eſt, ſed relego lectorem ad doctiſſimi viri Gulielmi Canteri Annotationes, qui ſatis ſuper his, quatenus ad Lycophronis illuſtrationem.

Ibid. Λευκὰ φαίνουσι πτιλὰ] Eſt in remo πτιλὸν, ſive πτερὸν extremitas, quam Latini veteres, quod in *Folli*, ſive *Folii*, ſimilitudinem deſineret, *Folliculare* appellaverunt; nam veteres *Follum*, & *Folium*, ſicut *Sollum*, & *Solium* dicebant: & errat Feſtus, qui aliter explicat. Falluntur autem viri docti omnes, quicunque locum hunc tangunt, Canterus, Villiomarus, Titius, dum aut ſola vela, aut ſolos remos intelligi volunt. Certe, ſive vela, ſive remos interpretere, utrumque defendi poteſt. Si remos, juvat Pollux lib. I. cap. IX. Τῆς δὲ κώπης, τὸ μὲν ὃ λαμβάνονται οἱ ναῦται, ἐγχειρίδιον. τὸ δὲ μέσον, ἐρέτμος. τὸ δὲ τελευταῖον, πτερὰ καὶ ταρσοὶ καλοῦνται. Et Ariſtophanis Scholiaſtes Avibus, Αἱ νῆες ἀντὶ πτερῶν τὰς κώπας ἔχουσι. Hinc *remigium alarum* dixerunt Jul. Africanus Hiſt. Apoſtol. lib. I. Mart. Capella lib. VIII. & Virgilius Æneide VI. Similiter Apulejus Mileſ. V. *Remigio plumæ captu maritum proceritas ſpacii fecerat alienum.* Et πτερύγων ἐρετμοῖς Æſchylus Agamemnone dixit. Sane Propertii locus de remis accipiendus, quidquid dicat Robertus Titius, qui parcius debuerat doctiſſimi immeritiſſimique Canteri manibus inſultare. Sed hæc miſſa facio. Apud Heſiodum lib. II.

—— νηὸς πτερὰ ποντοπόροιο,

item Pind. Olymp. Od. IX. qui nuncupat νᾶα ὑπόπτερον. Utrolibet modo accipias, perinde eſt. Si autem vela interpretabere, juvat Caſſiodorus lib. V. Epiſt. XVII. vela *alas navium* nominans. Æſchylus quoque Prometheo, dum λινόπτερα ναυτίλων ὀχήματα dicit, quod recte Scholiaſtes interpretatur τὰ ἔχοντα τὰ ἄρμενα, ὡς πτερά. Et Perſis ab eodem ἰσόπτεροι νᾶες, quæ *æquatis velis* procedunt, ut utar Virgilii verbis. Infra apud Lycophronem πτερωτὰς ἀλκάδας utro modo intelligas, ſuſque deque eſt. Alarum vero hæ πτιλὰ, aliæ πτερὰ, illæ ὠκύπτερα, ut volunt Grammaticorum filii.

29. Ἄτης ἐπ' ἄκρον] Ates colles de Ilio accipe. Heſychius, Ἀπολόφος, (lege Ἄτης λόφος) οὕτω τὸ Ἴλιον ἐκαλεῖτο πρότερον. Erant vero duo. Stephanus, Ἴλιον, πόλις Τρωάδος, ἣν οἱ Τρῶες Ἄτην ἐκάλουν, καὶ αὐτοῦ λόφοι δύο. ita emendo, male antea, ἣν οἱ Τρῶες Ἀκτὴν ἐκάλουν. Nominis originem ab hiſtoria profectam vide apud Apollodorum libro tertio Βιβλιοθήκης. Euſtathius diſſentit; φασὶ δὲ (inquit) εἰς Ἴλιον κατενηνέχθαι ῥιφεῖσαν τὴν Ἄτην, διὸ καὶ Ἄτης λόφος ἐκεῖ, τοῦτο δὲ αἴτιον πέπονθασι διὰ τὰς μεγάλας ἄτας, ἃς ἐκ Διὸς οἱ Τρῶες ἔπαθον.

32. Πευκῶν ἐλαιμώφλοις] Ex pinu maxime naves olim fiebant, quam materiam etiam iis præſcribit Fl. Vegetius de Re militari lib. IV. cap. XXXIV. Horatius.

Quamvis Pontica pinus,
Silvæ filia nobilis,
Jactes & genus, & nomen inutile.

Ovidius Triſtium lib. I. Eleg. III.

Pinea texta ſonant. ——

Virgilius Æneid. IX.

Pinea ſilva mihi multos dilecta per annos,
Lucus in arce fuit ſumma, quo ſacra ferebant,
Nigranti picea, trabibuſque obſcurus acernis.
Has ego Dardanio juveni, cum claſſis egeret,
Læta dedi. ——

Feſtus Avienus in Ora maritima de Oeſtrymnidibus loquens,

—— *multa vis his gentis eſt,*
Negotiandi cura jugis omnibus.
Non uſque cymbis turbidum late fretum
Et bellioſi gurgitem Oceani ſecant.

Non

Digitized by Google

Non hi carinas quippe pinu texere
Fecere morem, non abiete, ut uſus eſt,
Curvant phaſelos: ſed rei ad miraculum
Navigia junctis ſemper aptant pellibus,
Corioque vaſtum ſæpe percurrunt ſalum.

33. Τριεσπέρου λέοντος] Trinoctem leonem vocat Herculem, quia tres noctes cum Alcmena concubuerat Jupiter, præceperat enim Soli, uti fabulantur, ut tres dies lateret. Juſtinus Martyr in Orat. ad Gentes, Τὸν γε τριέσπερον Ἀλκείδην, τὸν ἀγώνων ἐγέρτορα τῶν ἀέθλων, τὸν τοῦ Διὸς υἱὸν, ὃς βλοσυρὸν κατέπεφνε λέοντα, καὶ πολύκρανον ὤλεσεν Ὕδραν. Statius Papinius Thebaid. lib. XII.

Da mihi poſcenti munus breve, Cynthia, ſi quis
Eſt Junonis honos, certe Jovis improba juſſu
Ternoctem Herculeam. ——

Seneca Agamemnone duas noctes refert,

Roſcidæ noctis geminavit horas,
Juſſitque Phœbum tardius celeres
Agitare currus. ——

Hunc ſequutus Propertius lib. II.

Jupiter Alcmenæ geminas requieverat Arctos,
Et cœlum noctu bis ſine rege fuit.

Martianus Capella lib. II. *In ortu Herculis geminatæ noctis obſequium, ſerpenteſque idem parvus oblidens, vim numinis approbavit.* Hieronymus adverſus Vigilantium, *Libere proclamabis te eſſe aut Mercurium propter nummorum cupiditatem, aut Nocturnum juxta Plauti Amphitryonem, quo dormiente in Alcmenæ adulterio duas noctes Jupiter copulavit, ut magnæ fortitudinis Hercules naſceretur.* Clemens Προτρεπτικῷ novem noctes refert, Εἰς ὅσον δ' ἠλίκαινεν ἀσελγείας ὁ Ζεὺς ἐκεῖνος, ὁ μετ' Ἀλκμήνης τοσαύτας ἡδυπαθήσας νύκτας, οὐδὲ γὰρ αἱ νύκτες αἱ ἐννέα τῷ ἀκολάστῳ μακραί, &c. Arnobius cum ſequitur lib. IV. *Deus Hercules natus eſt, qui in rebus hujuſmodi patris ſui tranſiret exuperaretque virtutes, ille noctibus vix novem unam prolem extundere, concinnare, compingere.* Leonem porro vocat à leonina, quam ſolitus geſtare. Eſt autem ἕσπερος, qui mane φώσφορος, quod vel pueris notum. Timæus Locrus lib. Περὶ ψυχᾶς κόσμω καὶ φύσιος, (ut alios omittam) Ὁ μὲν αὐτὸς πόκα μὲν ἕσπερος γίγνεται ἑπόμενος τῷ ἀλίῳ τοσοῦτον, ὁκόσον μὴ ὑπὸ τᾶς αὐγᾶς αὐτῶ ἀφανιζόμεν, πόκα δὲ ἑῷος προαγέμενος τῶ ἀλίω, καὶ ἀναστέλλει ποτ' ὄρθρον.

Ibid. Ὃν ποτε γνάθοις] Theophylactus Commentario in Jonam prodit Herculem triduo in ventre ceti fuiſſe, hiſtoriamque ad Chriſtum Servatorem noſtrum detorquet. Aliter Val. Flaccus Argonaut. lib. II. & alii. Οὐλαμὸν Grammatici XL. virorum faciunt.

34. Τρίτωνος κάρχαρος κύων] Eleganter deſcribitur à Philoſtrato juniore in Imaginibus, his verbis, Ὁρᾷς δὲ ὅπως ὀξεῖα ἡ τοῦ στόματος ἐκβολὴ, καρχάρους καὶ τριστοίχους ὀδόντας ἐκφαίνουσα, ὧν οἱ μὲν ἀγκιστρώδεις, καὶ ἀνεστραμμένοι κατέχειν τὰ ληφθέντα, οἱ δὲ ὀξεῖς τὴν αἰχμὴν, &c.

37. Σμήριγγας ἐστίλαξε κωδείας] Notant Grammatici κωδείαν tantum de papaveris capite dici. Lycophron tamen hoc loco, Homerus Iliad. ξ'. Nicander Ἀλεξιφαρμάκοις, & alii pro capite quovis animato poſuerunt.

40. Στύψας ἀτράκτῳ] Ἄτρακτος fuſum ſignificat, μεταφορικῶς de ſagitta Lycophron uſurpavit. Heſychius, Βέλος, ἄτρακτος μεταφορικῶς. Eadem notione eſt apud Sophoclem Trachiniis,

Τὸν γὰρ βαλόντ' ἄτρακτον οἶδα, καὶ θεὸν
Χείρωνα πημήναντα.

Et Philoctete,

—— πρὸς δὲ τοῦτ' ὅ μοι βέλος
Νευροσπαδὴς ἄτρακτος. ——

Etiam apud Æſchylum Προμηθεῖ λυομένῳ,

Ὡς δ' ἐστὶ μύθων καὶ Λιβυστικῶν λόγος,
Πληγέντ' ἀτράκτῳ τοξικῷ τὸν αἰετὸν
Εἰπεῖν ἰδόντα μηχανὴν πτερώματος.

Ibid. Ἐν τ' αὐλῷ μέσῳ] Hercules, cum juſſu Euryſthei Augiæ ſtabulum purgaſſet, eique promiſſam mercedem Euryſtheus denegaret, indignatus, collecto exercitu, Elidem vaſtavit; cumque ea de cauſſa ſumma exiſteret virorum paucitas, (plerique enim bello confecti erant) mortuorum uxores cum exercitu coire juſſit, qua ratione cum plurimi naſcerentur, inſtituit in Olympo monte prope Elidem in honorem Jovis patris certamina Olympica, in quibus ipſe prior cum Jove luctatus eſt, unde eum hoc loco παλαιστὴν vocat Lycophron. Vide Homeri Interpretes.

42. Κρόνου παρ' αἰπὺν ὄχθον] Olympum intellige. Pindaro iſta phraſis familiaris, Olymp. Od. V.

Σωτὴρ ὑψινεφὲς Ζεῦ,
Κρόνιόν τε ναίων λόφον.

Item VIII. IX. X.

46. Τῆς σπιλάδος ἰχθυωμένην] In ſcopulis olim piſcatores piſcatum exercebant. Oppianus Κυνηγετικῶν α'.

Ἤτοι μὲν πέτρῃσιν ἐφήμενος ἀγκυλέοισι
Γυραλέοις δονάκεσσι, καὶ ἀγκίστροισι δαφοινοῖς
Ἄτρομος ἀσπαλιεὺς ἐπεδήσατο δαίδαλον ἰχθύν.

Theocritus Idyllio primo,

Τῷ δὲ μέτα γριπεύς τε γέρων πέτρα τε τέτυκται
Λεπράς, ἐφ' ᾇ σπεύδων μέγα δίκτυον εἰς βόλον ἕλκει.

Idyllio IX.

Τήνω δὲ στρόμβω καλὸν ὄστρακον, ὦ κρέας αὐτὸς
Σιτήθην, πέτραισιν ἐν Ἰκαρίαισι δοκεύσας.

Et Idyllio XXI.

—— εἶδον ἐμαυτὸν
Ἐν πέτρᾳ μεμαῶτα, καθιζόμενος δὲ δόκευον
Ἰχθύας, ἐκ καλάμων δὲ πλάνον κατέσειον ἐδωδάν.

Ovidius Metamorph. III.

—— morienſque mihi nihil ille reliquit,
Præter aquas, unum hoc poſſum appellare paternum.
Mox ego, ne ſcopulis hærerem ſemper in iiſdem,
Addidici regimen dextra moderante carinæ
Flectere. —— ——

Ariſtænetus lib. I. Παρὰ τὴν ἀκτὴν ἑστηκότι μοι κατὰ πέτρας, καὶ τῷ ἀγκίστρῳ περιπεπηγότα κάλλιστον ἰχθὺν τοῦ καλάμου κυρτωμένου τῷ βάρει, &c. Petronius Satyrico, *Niſi piſcator eam impoſuerit hamis eſcam, quam ſcierit appetituros eſſe piſciculos, ſine ſpe prædæ moratur in ſcopulo.* Hinc dixit *piſcatum ſaxatilem* Plautus Rudente. Et Iſidorus hinc lucem capit in Gloſſis, ubi dicit *Piſcina ſpecula*;

cula; ut emendandum monui in meis ad illas Animadverſionibus.

48. Σάρκας κατπίδων λοφνίων] Cur Veteres cadavera comburere conſueverint, tradit Homeri Scholiaſtes Iliad. α΄. Τὸ παλαιὸν τὰ σώματα τῶν θνησκόντων αφέτερον ἐκαίετο διὰ τὸ ἀπίεστα γίγνεσθαι, εἶθ᾽ ὕστερον ἐθάπτετο ὑπὸ γῆν, & quæ ſequuntur. Quintilianus Declamat. x. *Vana ergo ſapientes perſuaſione fruſtrati, qui conſtare homines & perfici corporis alimentis animæque dixerunt, corpus caducum, fragile, terrenum, ut ſicca humidis, calida frigidis, reſolutis aſtricta pugnarent, partim aut doloribus affici, aut noviſſimis annis, aut* (lego *&*) *ſenectute diſſolvi; animam vero flammei vigoris impetum perennitatemque non ex noſtro igne ſumentem, ſed quo ſidera volant, & quo ſacri torquentur axes, inde venire, unde rerum omnium auctorem parentemque ſpiritum ducimus, nec interire, nec ſolvi, nec ullo mortalitatis affici fato, ſed quoties humani pectoris carcerem effregerit, & exonerata membris mortalibus levi ſe igne luſtraverit, petere ſedes inter aſtra.* Magi id impium cenſebant, teſte Diog. Laertio lib. I. in Procemio. Loquitur ita de ipſis, Περί τε δικαιοσύνης λόγους ποιεῖσθαι, καὶ ἀνόσιον ἡγεῖσθαι πυρὶ θάπτειν.

53. Τοῖς τε Ταντάλου] Palladium ex Pelopis coſtis fuiſſe vides heic etiam ex Lycophrone. Clemens Προτρεπτικῷ, Πολλοὶ δ᾽ ἂν τάχα που θαυμάσειαν, εἰ μάθοιεν τὸ Παλλάδιον, τὸ Διοπετὲς καλούμενον, ὃ Διομήδης καὶ Ὀδυσσεὺς ἱστοροῦνται μὲν ἀφελέσθαι ἀπὸ Ἰλίου, παρακαταθέσθαι δὲ Δημοφῶντι, ἐκ τῶν Πέλοπος ὀστῶν κατεσκευάσθαι. Arnobius lib. IV. *Quis ex reliquiis Pelopis compactum eſſe Palladium prodidit? non vos?* Teſtis etiam Plinius alibi. Traditur autem Trojanis venditum à Scythis, dictitantibus inexpugnabilem eam urbem fore, in qua illud adſervaretur. Dionyſius Halicarn. lib. I. ait Chryſen Palantis, cum Dardano nuberet, Minervæ dono acceptas in dotem ei dediſſe duas Deæ effigies, & ſacra magnorum Deorum. Poſt Dardanum, eum ægre è diluvio evaſiſſet, in Samothracia conſediſſe, moxque, deducta in Aſiam colonia, effigies illas ſecum detuliſſe, ubi redditum conſulenti oraculum,

Εἰς πόλιν ἣν κτίζητε, θεοῖς σέβας ἄφθιτον αἰεὶ
Θεῖναι, καὶ φυλακαῖς τε σέβειν, θυσίαις τε, χοροῖς τε.
Εὖτ᾽ ἂν γὰρ τάδε σεμνὰ καθ᾽ ὑμετέραν χθόνα ᾖ
Δῶρα Διὸς κούρης ἀλόχῳ σέθεν, ἡ δὲ πόλις σοὶ
Ἔσται ἀπόρθητος τὸν ἀεὶ χρόνον ἤματα πάντα.

Atque ita in urbe ſui nominis repoſuiſſe, ibique adſervatas, donec Ilium habitari cœpit, quo reges tranſtulerunt, & in templo, quod eum adyto in arce conſtruxerant, poſuerunt.

56. Τοῖς Τευταρείοις βουκόλου πτερώμασιν] Ad eundem Trojæ expugnationem tria enumerat neceſſaria Poeta, in quibus etiam Herculis ſagittas, quæ penes Philocteten erant. Unde Propertius lib. III. Eleg. I.

Exiguo ſermone fores nunc Ilion, & tu,
Troja, bis Oetæi numine capta Dei.

Et Seneca Troade,

Accipe Rector, Phrygiæ, planctus,
Accipe fletus, bis capte Senex,
Nil Troja ſemel te lege tulit,
Bis pulſata Dardana Graio
Mœnia ferro, biſque pharetras
Paſſa Herculeas.

Hercules etiam apud Sophoclem Φιλοκτήτῃ,

Τὸ δεύτερον γὰρ τοῖς ἐμοῖς αὐτὴν χρεὼν
Τόξοις ἁλῶναι. ———

Alia tamen tria enumerat Plautus Bacchidibus,

Signum ex arce ſi periſſet, alterum etiam eſt Troili mors,
Tertium cum portæ Scææ limen ſuperum ſcinderetur.

Τευτάρεια vero πτερώματα dicit, quæ Hercules (à quo poſtea Philoctetes) à Teutaro præceptore acceperat. Meminit Theocriti Scholiaſtes Idyllio XIII. Ἐχρῆτο δὲ, inquit, Ἡρακλῆς Σκυθικοῖς τόξοις, διδαχθεὶς ὑπό τινος Σκύθου Τευτάρου.

58. Στείλασα κῦρον τὸν κατήγορον χθονὸς] Recte ad Corythum, Oenones ex Paride filium, hæc à Scholiaſte referuntur, qui à matre, repudiatam ſe ægre ferente, contra Trojanos ad Ilium miſſus eſt, ubi & à patre deprehenſus, atque interfectus. Parthenius Ἐρωτικῶν λδ΄. Ἐκ δὲ Οἰνώνης καὶ Ἀλεξάνδρου παῖς ἐγένετο Κόρυθος. οὗτος ἐπίκουρος ἀφικόμενος εἰς Ἴλιον Ἑλένης ἠράσθη, καὶ αὐτὸν ἐκείνη μάλα φιλοφρόνως ὑπεδέχετο, ἦν δὲ τὴν ἰδέαν κράτιστος, φωράσας δὲ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἀνεῖλεν. Hæc pro Scholiaſte Parthenius, quem non videtur legiſſe Canterus.

61. Αὐτὴ δὲ φαρμακουργὸς] Oenonem medicinæ peritiam habuiſſe patet etiam ex Heroidum Ovidianarum Epiſtolis, ut quæ eam ab Apolline acceperit. Ita ipſa de ſe,

Me fide conſpicuus Trojæ Munitor amavit,
Ille meæ ſpolium virginitatis habet,
Id quoque luctando, rupi tamen ungue capillos,
Oraque ſunt digitis aſpera facta meis.
Nec pretium ſtupri gemmas aurumque popoſci,
Turpiter ingenuum munera corpus emunt.
Ipſe ratus dignam medicas mihi tradidit artes,
Admiſitque meas ad ſua dona manus.
Quæcunque herba potens ad opem, radixque medendo
Utilis in toto naſcitur orbe, mea eſt.

Ibid. Οὐκ ἰάσιμον ἕλκος δρακοῦσα] Per οὐκ ἰάσιμον ἕλκος, mortem Paridis intelligit Lycophron, alioquin quomodo eum Parthenio ei conveniat, non video, qui Ἐρωτικῶν δ΄. tradit Oenonem ſolam Paridis vulnus potuiſſe ſanare. Ἀλέξανδρος, ait, ὁ Πριάμου, βουκολῶν κατὰ τὴν Ἴδην, ἠράσθη τῆς Κεβρῆνος θυγατρὸς Οἰνώνης, λέγεται δὲ ταύτην ἔκ του θεοῦ κατεχομένην θεσπίζειν περὶ τῶν μελλόντων, καὶ ἄλλως δὲ ἐπὶ τῇ συνέσει φρενῶν ἐπὶ μέγα διαβεβοῆσθαι. ὁ οὖν Ἀλέξανδρος αὐτὴν ἀγαγόμενος παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς τὴν Ἴδην, ὅπου αὐτῷ οἱ σταθμοὶ ἦσαν, εἶχε γυναῖκα, καὶ αὐτῇ (lego ἔφη) φιλοφρονούμενος μηδαμὰ προλείψειν, ἐν περισσοτέρᾳ τε τιμῇ ἄξειν. ἡ δὲ συνιέναι μὲν ἔφασκεν, εἰς τὸ παρὸν ὡς δὴ πάνυ αὐτῆς ἐρῴη, χρόνον μέντοι τινὰ γενήσεσθαι, ἐν ᾧ ἀπαλλάξας αὐτὴν, εἰς τὴν Εὐρώπην περαιωθήσεται, κἀκεῖ πτοηθεὶς ἐπὶ γυναικὶ ξένῃ, πόλεμον ἐπάξεται τοῖς οἰκείοις. ἐξηγεῖτο δὲ ὡς δεῖ αὐτὸν ἐν τῷ πολέμῳ τρωθῆναι, καὶ ὅτι οὐδεὶς αὐτὸν οἷός τε ἔσται ὑγιῆ ποιῆσαι, ἢ αὐτή.

64. Ξυνὸν ὀχθήσει μόρον] Parthenius loco citato, Τοῦ δὲ κήρυκος τὰ λεχθέντα παρὰ τῆς Οἰνώνης θᾶττον ἀπαγγείλαντος,

καῖλος, ἀθυμήσας ὁ Ἀλέξανδρος ἐξέπνευσεν. Οἰνώνη δὲ ἐπεὶ νέκυν ἤδη κατὰ γῆς κείμενον ἐλθοῦσα ἴδεν, ἀνῴμωξέν τε, καὶ πολλὰ κατολοφυρομένη διεχρήσατο ἑαυτήν.

69. Δισσὰ καὶ τριπλᾶ] Ter captam dicit Trojam Lycophron, cui adſtipulatur Theocritus, Τευκρίδα τρίπορθον appellans in obſcura Ara. De duabus expugnationibus loquitur Pindarus Iſthmion. Ode v.

> Ἀλλ' ἐν Οἰνώνᾳ μεγαλήτορες
> Αἰακοῦ, παῖδες τε, τοὶ καὶ σὺν μάχαις
> Δὶς πόλιν Τρώων πράθον, ἑσπόμενοι
> Ἡρακλεῖ πρότερον,
> Καὶ σὺν Ἀτρείδαις.

Jam de tertia quæramus: eam invenio ſub Charidemo quodam accidiſſe, ſervi, & equi opera ad eam rem uſo. Narrat fuſe Polyænus Strategematum lib. III. ſub finem, nam quod de Amazonibus quidam proferunt, non credo, niſi Auctorum teſtimonia videam. Sed audiamus Polyænum, Χαρίδημος Ἰλιέων καταλαβεῖν ἐθέλων αὐτῶν τὴν πόλιν, οἰκέτην Ἰλιέα προελθόντα ἐπὶ λείαν συλλαβὼν, μεγάλαις δωρεαῖς ἔπεισε προδοῦναι τὴν πόλιν. ἵνα δὲ πιστὸς φανείη τοῖς φυλάττουσι τὰς πύλας, ἔδωκεν αὐτῷ πολλὰ προίξασθαι, καὶ ἀνδράποδα δίς που καὶ τρὶς ἀγαγεῖν. οἱ δὲ φύλακες ταῦτα τεκμαράμενοι, συνεχώρουν αὐτῷ πολλάκις ἐξιέναι νύκτωρ, καὶ σὺν αὐτῷ ἄνδρας πλείονας, τὴν λείαν συνελαύνοντα. Χαρίδημος τοὺς μὲν σὺν αὐτῷ συλλαβὼν ἔδησε, τὰ δὲ τούτων ἱμάτια περιβαλὼν τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ὡπλισμένοις ἔδωκεν αὐτοῖς τά τε ἄλλα τῆς λείας, καὶ ἵππον ὡς αἰχμάλωτον. οἱ φύλακες ἵνα δέξαιντο τὸν ἵππον, πᾶσαν τὴν πύλην ἀνέῳξαν. οἱ στρατιῶται τῷ ἵππῳ συνεισπεσόντες τούς τε φύλακας ἀπέκτειναν, καὶ τὴν λοιπὴν δύναμιν δεξάμενοι τῆς πόλεως ἐκράτησαν, ὥστε, εἰ χρή τι καὶ παῖξαι, δεύτερον ἑάλω τὸ Ἴλιον, πάλιν ἵππῳ καταστρατηγούμενον. Sed & quartum capta fuit, & incendio funditus deleta à C. Fimbria, Nicomediæ Legato, annis M. L. poſt Græcorum everſionem. Vide Appianum, & Auguſtinum de Civ. Dei, lib. III. cap. VII.

73. Ὅς ποτ' ἐν ῥαπτῷ κύτει] Dardanus, Jovis ex Electra filius, facta inundatione, è Samothracia utribus in Idam, Trojæ promontorium, tranavit. Homeri Scholiaſtes, (quem non recte Didymum nonnulli exiſtimant, qui ſæpe in iſtis ſcholiis citatur: equidem, ſi conjecturæ locus, Johannis Tzetzæ eſſe dicam, qui ipſe in Chiliad. Var. Hiſt. Commentarii ſui Homerici meminit, neque me movet Ammonius, qui in voce χλαμὺς Didymi verba profert ad Iliad. β'. quæ ibi nullus invenias) is itaque Scholiaſtes hoc modo ait, Δάρδανος, ὁ Διὸς καὶ Ἠλέκτρας, τῆς Ἄτλαντος θυγατρὸς, διὰ (lego λιμὸν) τῆς Σαμοθρᾴκης ἐπομβρίας γενομένης, κατασκευάσας σχεδίαν, καὶ ἀσκὸν ἑαυτῷ περιθεὶς, διεκομίσθη εἰς τὴν Ἴδην τῆς Τρῳάδος, καὶ λαβὼν Διὸς ὑποθημένου κτίζει πόλιν, ἣν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ Δαρδανίαν ἐκάλεσεν. Et Nonnus Διονυσιακῶν lib. III.

> —— πάτριον ἦθος ἐάσας
> Δάρδανος, ἀντιπέρηθεν ἐνάσσατο πίονας ἀρούρας,
> Δαρδανίην εὔπυργον ἐπώνυμον ἄστυ χαράξας,
> Ἰδαίην ἀροτῆρες ἀνεχρώσαντο κόνιν ὁλκῷ.

Huc etiam referri debent illa Virg. Æneid. VII.

> *Atque equidem memini (fama eſt obſcurior annis)*
> *Auruncos ita ferre ſenes, his ortus ut agris*
> *Dardanus Idæas Phrygiæ penetravit ad urbes,*
> *Threiciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur.*

Quibus duobus poſtremis verſibus ineſt τὸ ὕστερον πρότερον, ut vocant. Vide Euſtathium ad Dionyſii Περιήγησιν. Apollodorus lib. III. aliam abitûs cauſam ponit, dicens Dardanum interitu fratris Jaſii (quem Jupiter, quia Cereri vim intuliſſet, fulmine interfecerat) mœſtum, relicta Samothrace, in objectam continentem enataſſe ad Teucrum, Scamandri fluvii Idææque Nymphæ filium. Utrem vero ῥαπτὸν κύτος appellat, quia ex demortuorum animalium corio eos veteres conſuebant. Vide Etymologici Auctorem, & Artemidorum lib. V. cap. XXII.

77. Ζήρυνθον ἄντρον] Zerynthus antrum eſt in Samothrace. Nicandri Schol. Θηριακοῖς, Τὸ Ζηρύνθιον ἄντρον ἐν Σαμοθρᾴκῃ φασὶν εἶναι. Λυκόφρων δέ φησι, Ζήρυνθον ἄντρον τῆς κυνοσφαγοῦς θεᾶς, ὃ ἐστι σπήλαιον τῆς Ἑκάτης. Ariſtophanis Scholiaſtes ad Εἰρήνην narrat, eo confugere ſolitos, qui in magnis periculis verſarentur, & mox ubi Hecatæ, & Corybantibus ſacrificaſſent, liberatos fuiſſe. Idem Suidas, Ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἦσάν τινες τελεταί τινες, ἃς ἐδόκουν τελέσθαι πρὸς ἀλεξιφάρμακα κινδύνων τινῶν. ἦν δὲ ἐκεῖσε καὶ τὰ τῶν Κορυβάντων μυστήρια, καὶ τὰ τῆς Ἑκάτης, καὶ τὸ Ζήρυνθον ἄντρον, οὗ κύνας ἔθυον. ἐν κινδύνοις ὂν γενόμενοι, ἐπεκαλοῦντο τοὺς δαίμονας ἐπιφανῆναι, καὶ ἀλεξῆσαι. ἐδόκουν δὲ οἱ μεμυημένοι ταῦτα, ἐκ τῶν δεινῶν σώζεσθαι, καὶ ἐκ χειμώνων. Huc pertinet illud Diogenis Cynici apud Laertium lib. VI. in vita ejus, Θαυμάζοντός τινος τὰ ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἀναθήματα, ἔφη, πολλῷ ἂν εἴη πλείω, εἰ καὶ οἱ μὴ σωθέντες ἀνετίθεσαν.

Ibid. Τῆς κυνοσφαγοῦς θεᾶς] Hecaten intelligit cui canes immolabantur, ut tradit Theocriti Scholiaſtes Idyllio II. & Plutarchus Ρωμαϊκοῖς. Inde eſt apud Theocritum,

> Τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτα, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι.

qua de cauſa etiam Ἑκάτης ἀγάλματα nuncupabantur. Heſychius, Ἑκάτης ἄγαλμα, τὰς κύνας οὕτω φασὶ, διὰ τὸ ἱερεύεσθαι Ἑκάτῃ κύνας. Emendabis vero Stephanum in Ζήρυνθος, apud quem depravaſſime legitur hic verſus,

> Ζήρυνθον ἄντρον τῆς κυνὸς φαγοῦς θεᾶς.

78. Κυρβάντων] Corybantus Jaſii & Idææ filius fuit, ac ſimul cum Dardano ſacra Cybeles in Phrygiam deportavit, ejuſque Deæ ſacerdotes à ſuo nomine Corybantes dixit, auctor Diodorus Siculus. Sunt qui hos quinque & viginti fuiſſe exiſtiment, alii LII. atque ex iis XXXII. ἀριστεροὺς nuncupatos veneficos fuiſſe, reliquos δεξιοὺς dictos veneficia diſſolvere potuiſſe. Vide Apollonii Schol. lib. I.

79. Ὅτ' ἠμάθυνε πᾶσαν ὀμβρίσας χθόνα] Diluvium hoc, de quo agit Lycophron, tertium fuit, ſi Nonno credimus, qui Dionyſ. lib. III. tres κατακλυσμοὺς enumerat, in quo non convenit ei cum Xenophonte, qui in lib. de Æquivocis quinque ponit; primum trimeſtrem ſub Ogygo priſco, ſecundum Niliacum menſtruum ſub Hercule & Prometheo Ægyptiis, tertium bimeſtrem in Achaia ſub Ogygo Attico, quartum Theſſalicum trimeſtrem ſub Deu-

calione, quintum etiam trimeſtrem ſub Proteo Ægyptio, qui Paridi Helenam eripuit. Etiam Iſidorus Origin. lib. XIII. cap. XXII. tria diluvia recenſet.

80. Ζηνὸς καχλάζων νασμὸς] Veterum iſta fuit opinio Jovem ætherem eſſe, cui concipiendi, generandique, & cuncta vegetando nutriendi vis ineſſet. Virgilius,

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Conjugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes
Magnus alit, magno commiſtus corpore, fœtus.

Horatius,

—— manet ſub Jove frigido
Venator teneræ conjugis immemor.

Calpurnius Eleg. V.

Dum peragit vernum Jovis inconſtantia tempus.

Profluxit ea opinio ab Anaximene, & Cleanthe. Vide Lactantium lib. I. cap. V.

84. Καὶ δελφῖνες] Ovidius etiam in diluvii deſcriptione Metamorph. lib. I.

—— ſilvaſque tenent delphines, & altis
Incurſant ramis, agitataque robora pulſant.

85. φέρβοντο φῶκαι] Ovidius loco citato,

Et modo qua graciles gramen carpſere capellæ,
Nunc ibi deformes ponunt ſua corpora phocæ.

87. Τρήρωνος εἰς ἅρπασμα πεφναίας κυνὸς] Helenam columbam vocat ob libidinem, ob quam ea avis etiam Veneri ſacra. Canem autem, ob conjugum multitudinem, canes namque indifferenter cum quavis coëunt. Salvianus, ut alios omittamus, lib. IV. de Dei Providentia, *Numquid enim aliquis ex ſervis turbas concubinarum habet? numquid multarum uxorum labe polluitur? ut canum, vel ſuum more tantas putet conjuges ſuas eſſe, quantas potuerit libidini ſubjugare?* Vel canem vocat, quod ejus raptus & Græcis & Trojanis infauſtus fuerit, nam canis olim inopinatus conſpectus mali ominis erat. Terentius Phormione Act. IV. Sc. IV.

—— poſt illa monſtra evenerunt mihi,
Introiit in ædes ater alienus canis,
Anguis per impluvium, &c.

Sophocles Ἀντιγόνῃ,

Ὅσων σπαράγματ' ἢ κύνες καθήγνισαν.

Horat. lib. III. Od. XXVII.

Impios parræ recinentis omen
Ducat, & prægnans canis.

Vel propter impudentiam. Terentius Eunuchi Act. IV. Sc. VII.

—— ain' vero canis?

Quo loco Interpres vetus. *Hoc verbo impudentibus inimicis convitium fieri ſolet: nam militare dictum eſt in hoſtem* CANIS.

88. Ἣν τόργος ὑγρόφοιτος ἐκλοχεύεται] Per Τόργον ὑγρόφοιτον, cygnum intelligit, in quem mutatus Jupiter Ledam compreſſit. Didymus ad Odyſſ. λ'. Ζεὺς Λήδας ἐρασθεὶς, Θεστίου παιδὸς, εἰς κύκνον ἑαυτὸν μετέβαλλεν, καὶ διαπτὰς ἐμίγη αὐτῇ· μετὰ χρόνον δὲ ἐκείνη τεκοῦσα ὠὸν, ἀποτίθεται εἰς λάρνακα, ὅθεν συνέβη τούς τε Διοσκούρους, καὶ τὴν Ἑλένην γενέσθαι. Hæc ille, Ovidius quoque Metamorph. lib VI.

Fecit olorinis Ledam recubare ſub alis.

Unde & Gregorio Nazianzeno κύκνος dicitur. Vide etiam Apollodorum lib. III Fabulæ allegoriam ex Meliſſo refert Fulgentius Mytholog. lib II. Sunt qui velint ovum hoc è Luna decidiſſe. Fides ſit penes Auctorem.

89. Κελυφάνῳ στρόβιλον ὀστρακωμένην] Athenæus lib. II. ex Clearchi Eroticis refert in cœnaculis, quæ ὠϊα dicebantur, Helenam nutritam fuiſſe, atque inde natam fabulam de ejus ex ovo ortu. Athenæi hæc verba, Ἐκάλουν δὲ καὶ τὰ νῦν τῶν οἰκιῶν παρ' ὑμῖν καλούμενα ὑπερῷα, ὠϊα. φησὶ Κλέαρχος ἐν Ἐρωτικοῖς, Τὴν Ἑλένην φάσκων ἐν τοιούτοις οἰκήμασι τρεφομένην, δόξαν ἀπενέγκασθαι παρὰ πολλοῖς ὡς ἐξ ὠοῦ εἴη γεγεννημένη. οὐκ εὖ δὲ Νεοκλῆς ὁ Κροτωνιάτης ἔφη, ἀπὸ τῆς σελήνης πεσεῖν τὸ ὠὸν, ἐξ οὗ τὴν Ἑλένην γεννηθῆναι. Lucianus in Gallo proceritati colli tribuit, quod candidum, & olorinum plane habuit.

91. Οὐ πατρὸς κόπρευς στείβοντα ζαμφεῖς βουστάθμων] Regium antiquitus pecora paſcere. Didymus ad Odyſſ. XIII. Τὸ παλαιὸν καὶ οἱ τῶν βασιλέων παῖδες παράπολοι (lego ταναίπολοι) ἐκαλοῦντο, καὶ ἐποίμαινον. Heſiodi Scholiaſtes. lib. I. Τὸ παλαιὸν βασιλεῖς πολυθρέμμονας, καὶ ποιμενικὸν εἶχον τὸν βίον. Varro de Re Ruſt. lib. II. cap. I, *De antiquis illuſtriſſimus quiſque paſtor erat, ut oſtendit Græca & Latina lingua, & veteres Poetæ, qui alios vocant* πολύαρνας, *&* πολυμήλους, *alios* πολυβούτας. *Qui etiam ipſas pecudes propter caritatem aureas habuiſſe pelles tradiderunt.*

93. Κάλλους τῶν θεαινῶν] Dearum de forma contentio, & Paridis judicium ſatis nota. Vide Iſocratem Ἑλένης ἐγκωμίῳ, & Ovidium in Epiſtolis. Athenæus lib. XII. Δειπνοσοφιστῶν, putat illud judicium virtutis voluptatiſque comparationem repræſentare, & quia potior judicata Venus, id eſt, voluptati poſthabita virtus, merito cuncta confuſa, & perturbata fuiſſe. Alii Paridem virum eruditum credunt, orationemque in Veneris laudem compoſuiſſe, eamque Junoni, & Palladi in ea prætuliſſe, ceciniſſe quoque hymnum in Venerem, quem κισὸν vocaret, poſt à patre in Græciam ſacrificiorum cauſa miſſum Helenam rapuiſſe, belloque dediſſe occaſionem. Proclus è tribus vivendi generibus amatorium eum amplexum exiſtimat. Huc pertinet Ariſtippi jocus, quo uſus apud Dionyſium: cum enim ille ei tres meretrices offerret, ut quam vellet, eligeret, tres ſimul abſtulit, dictitans, neque Paridi tutum fuiſſe quod unam elegiſſet. Narrat Diog. Laertius lib. II. Διονυσίου δέ ποτε, τριῶν ἑταιρῶν οὐσῶν, μίαν ἐκλέξασθαι κελεύσαντος, τὰς τρεῖς ἀπήγαγεν, εἰπών· οὐδὲ τῷ Πάριδι συνήνεγκε μίαν προκρῖναι. Accidit autem hoc judicium in loco, qui Ἀλεξάνδρεια dictus. Stephanus, Ἔστι καὶ τόπος ἐν τῇ Ἴδῃ τῇ Τρωϊκῇ Ἀλεξάνδρεια λεγόμενος, ἐν ᾧ φασὶ τὸν Πάριν διακρῖναι τὰς θεάς. Apud Homerum vero judicii Paridis nuſquam mentio, quod obſervavit Macrobius lib. V. cap. XVII. *Nullam commemorationem de judicio Paridis Homerus admittit. Virgilius tantam deam, quod cuivis de honeſtis fœminæ deforme eſt, velut ſpecie victam, Paride judicante doluiſſe, & propter Catamiti pellicatum totam ejus gentem vexaſſe.*

97. Τρήμιτος σ' ὀχήσει, καὶ Φερέκλειοι πόδες] Bene admodum Paridis barbari navem τρήμιτον vocat

cat uſus propria vocabuli ſignificatione, nam πτάμεναι, (ut ait Nicandri Schol.) κυρίως βαρβαρικὸν πλοῖον ἐϛίν. Fallitur autem Iſacius noſter, dum πόδας naves explicat, quem male ſequitur Canterus ille. Ego vero remos dico. Nonius Marcellus, *Remi ſunt navales pedes*. Etiam Artemidorus lib. I. cap. I. pedes remos interpretatur his verbis, Πλείονας πόδας ἔχειν ἀγαθὸν ἐμπόροις καὶ ναυκλήροις, σημαίνει γὰρ πλεόνων ἄρξειν, καὶ παντὶ μισθῷ τούτους πλεύσοντες. κυβερνήτῃ δὲ ἰδόντι τὸν ὄνειρον σημαίνει χαλεπόν, πλείοσι γὰρ ποσὶ χρῆσθαι τῆς νεὼς ἐρεσσομένης. Hinc *Remipedem* navem dixit Auſonius. Et Callimachus Epigrammate VI. Ερέσσειν ποσίν. Lucilius Sat. lib. VIII.

Verum flumen uti atque ipſo divortio aquarum
Ilignis pedibus cercurum concinit æquis.

Quos verſus emendent alii, quibus plus otii. Inde, quia remi appellati ſunt *pedes*, naves *ambulare* dicuntur. Cato de Re Ruſt. cap. I. *Si poteris, ſub radice montis ſiet, in meridiem ſpectet, loco ſalubri, operariorum copia ſiet, boumque ibi aquarium, & oppidum validum prope ſiet, aut mare, aut amnis, qua naves ambulent.* Hinc refuto Villiomarum, qui negat dici poſſe navem ambulare pedibus. Quid? quod ſimiliter Saluſtius ſcaphas *progreſſas* dicit. Verba ejus iſta, *Earum aliæ paullulum progreſſæ nimio ſimul & incerto onere, quum pavor corpora agitaverat, deprimebantur.* Quem locum, Lector, acceptum referes Scriverio meo, magnæ induſtriæ juveni. Huc pertinet, quod curſus à Poetis tribuatur navibus. Vide Agell. lib. X. cap. XXVI. Vocantur tamen alias *pedes*, funes nautici, quibus vela adſtringuntur. Unde etiam Poeta noſter ποδωτὰ λῖνα vocat. Dicuntur vero Φιγίκλειοι πόδες, à fabricatore.

99. Καμπύλους χάσας πτύοις ὀδόντας] Navis curvi dentes ſunt ancoræ, quæ arenæ impactæ mordicus eam retinent. Symphoſius in ænigmate de ancora,

Scrutor aquas medias, ipſas quoque mordeo terras.

Virgilius Æneid. lib. I.

—— feſſas non vincula naves
Ulla tenent, unco non alligat ancora morſu.

Inde *mordaces ancoræ*: Sidonius Epiſt. lib. VIII. *Præterea de continenti in patriam vela laxantes hoſtico mordaces ancoras vado vellunt.* Itaque dentes navis ancoræ ſunt. Iſidorus Orig. lib. XIX. cap. II. *Ancora, dens ferreus.* Virgilius Æneid. VI.

Obvertunt pelago proras, tum dente tenaci
Ancora fundabat naves, ——

Nonnus ἀγκυλόδοντας χαλινὺς vocat Dion. lib. III.

Καὶ ὁλκὰς ψαμάθοιο βαρυνομένη διὰ κόλπου
Ολκάδος ἀγκυλόδοντες ἐπεσφίγγοντο χαλινοὶ
Δυομένῃ φαίνοντες. ——

Pindarus χαλκόγενυν χαλινὸν Pythion. Od. IV.

Ανίκ' ἀγκύραν ποτὶ χαλκόγενυν
Ναὶ κριμνάντων ἐπέτοσσε θοᾶς
Αργοῦς χαλινόν. ——

Alioquin etiam navis dentes appellantur τὰ ἔμβολα, ſive roſtra. Porro *Dentes* Latinis dicuntur, non ſolum quibus cibus atteritur, ſed id omne, quo aliquid teneri, aut exſecari poteſt, teſte Nonio. Ad ancoram porro quod attinet, eam invenit Anacharſis Scytha, teſte Laertio lib. I. Εὗρε δ' εἰς τὸν βίον ἄγκυράν τε, καὶ κεραμευτικὸν τροχὸν, ὥς τινες.

101. Εινεακόσσωνα σόλον] Illuſtriſſimus Joſephus Scaliger retulit mihi legiſſe ſe apud veterem quendam ſcriptorem Græcum, claſſem hanc velorum novem fuiſſe: quod tamen manifeſto falſum. Lege Libellos, qui Dictyn & Daretem mentiuntur.

102. Τὴν ἄνυμφον πόρτιν] Helenam πόρτιν vocat, pro qua buculam Lacedæmonii aliquando immolarunt. Hiſtoria, ſive potius fabula, ita habet: Laborantes peſte Lacedæmonii oraculo moniti ſunt, liberandos eſſe, ſi virginem nobilem immolarent, Helenam autem cum ſors petiiſſet, eaque ornata produceretur, aquila advolans gladium abripuit, & buculæ ibi loci paſcenti impoſuit, quæ pro Helena immolata fuit. Vide Plutarchum Παραλλήλοις. Ut autem hic Helena, pro qua vitula ſacrificata fuit, πόρτις appellatur; ita infra Jupiter, pro quo Saturno datus lapis, λίθινος, ſive lapis, vocatur.

104. Εἰς ἄρκυν ὀθνείων βρόχων] Externos laqueos interpretare amorem mulieris peregrinæ. Apte vero amorem laqueo aſſimulat ex Ægyptiorum myſteriis. Horus Ιερογλυφικῶν lib. I. Παγὶς ἔρωτα, ὡς θήραν, ἐμπλέκοντα τὸν ἀνέρα σημαίνει. Ita enim ſupplendus corrigenduſque iſte locus videtur. Sic infra,

Η μὲν παλιμποινοῖς ἀυτολύτοις ὁμοῦ βρόχοις,
Ερωτας ἐκ ἔρωτος, ἀλλ' Εςτρυῖαν
Πεσὼν δ' ἀποφῆλαισι κυριακὸν πάγην.

Et apud Poetas alios ſæpe id obſervare.

105. Εμπαίσασα ἰξευτῇ πτερῷ] Scholiaſtes dum πτερὸν interpretatur τὴν τεχνῖτιν τοῦ Αλεξάνδρου, ἢ τὸ πλοῖον, miſere ineptit: ut diſſentiam auctor Pollux, qui ita ait lib. V. cap. III. Πτέρυγες, αἱ ἑκατέρωθεν περιβολαί. & cap. IV. Εστι δέ τι ἄρκυος μέρος, καὶ ἀκρωλένια, ὅσαι δὲ τὰ σχοινία τῶν ἀρκύων, ἃ οἱ μὲν κράσπεδα, οἱ δὲ πτερύγια ὀνομάζουσι. Latinis *Linea*, ſive *Formido* dicitur. Gratius,

Ne reprehenſa ſuis properantem linea pennis
Implicet. —— ——

Nemeſianus,

Linea quin etiam magnos circumdare ſaltus
Quæ poſſit, volucreſque metu concludere prædas,
Digerat innexas non una ex alite pennas.

Intexebant ei retis generi plumas verſicolores. Hinc *retia maculis diſtincta* dixit Ovidius in Epiſtolis. Prudentius *maculas* Hymn. III. Καθημερινῶν,

Callidus illaqueat volucres
Aut pedicis dolus, aut maculis.

Meminit ejus retis etiam Seneca lib. II. de Clementia, *Sic feras lineæ, & pinnæ clauſas continent, eaſdem à tergo telis eques inceſſat, tentabunt fugam per ipſa quæ fugerant, proculcabuntque formidinem.* Symmachus lib. I. Ep. XLVII. *Nam unde eſt hæc ſenſuum in epiſtolis tuis novitas, verborum vetuſtas, ſi tantum nodoſa retia, vel pinnarum formidines, & ſagaces canes, &c.* Apulejus in Apolog. *Verum ego iſta propterea commemoravi: non quod pinnarum formidines, & fuliginis maculam, te præſertim judice, timerem.*

110. Νήσῳ δ' ἐνὶ δράκοντος] Salamina puta. Δράκοντα vero κατεχρηστικῶς poſuit pro ὄφιν. Cychreum autem deſignat, qui ὄφις cognominatus fuit propter morum aſperitatem. Stephanus, Κυχρεῖος, πάγος περὶ Σαλαμῖνα. Σοφοκλῆς Τεύκρῳ. ἀπὸ Κυχρέως τοῦ Σαλαμῖνος καὶ Ποσειδῶνος, ὃς ὄφις ἐπεκλήθη διὰ τὸ τραχύτητα τοῦ τρόπου. Quæ verba Stephani mutila moneo, & poſt Τεύκρῳ aliquid deeſſe, videlicet ὀνομάζεταί φησι, aut tale aliquid, ſcribo itaque pro puncto aſteriſcum, defectus notam. Huc pertinent illa Euſtathii ad Dionyſium, Η Σαλαμὶς ἑβδομήκοντα σταδίων ἔχει περίμετρον, ἢ ὀγδοήκοντα, ἐκαλεῖτο δὲ ποτὲ Κυχρεία, ἀπό τινος Κυχρέως, οὗ καὶ Λυκόφρων καὶ Αἰσχύλος μέμνηνται, ὃς ὄφις μὲν. ἐπεκλήθη διὰ τραχύτητα τόπου. Emendo, δ. τ. τρόπου. Ut autem iſtiuſmodi homines apud Græcos ὄφεις, ita apud Latinos *Scorpiones* appellabantur. Apulejus Mileſ. IX. *Noſti quendam Barbarum civitatis noſtræ decurionem, quem Scorpionem præ morum acritudine vulgus appellat.* Contra mites, *Oviculæ*. Aurelius Victor, *Quinctus Fabius Maximus Cunctator, Verrucoſus à verruca in labris ſita, Ovicula à clementia morum dictus.*

Ibid. Εὐχίας πόθον] Hic πόθος non tam de cupidine Venerea intelligi debet, quam de Paridis nave, quæ pictum in puppe Cupidinem habebat, ut ex Ovidio clarum, apud quem ſic ipſe Paris in Epiſtola ad Helenam,

Troia cæduntur Phrygia pineta ſecuri,
Quæque erat æquoreis utilis arbor aquis.
Ardua proceris ſpoliantur Gargara ſilvis,
Innumeraſque mihi longa dat Ida trabes.
Fundatura citas flectuntur robora naves,
Texitur & coſtis panda carina ſuis.
Addimus antennas, & vela ſequentia malos,
Accipit & pictos puppis adunca deos.
Qua tamen ipſe vehor comitata Cupidine parvo,
Sponſor conjugii ſtat Dea picta ſui.

Solebant namque Veteres tutelæ nomine naves appellare, quod etiam obſervavit in nuperis ad Petronium Animadverſionibus eruditus juvenis Johannes à Wouweren. Servius ad Æneid. x. *Solent naves nomina accipere à tutelarum pictura.* Lutatius ad Statii Thebaid. VIII. *Tutelam navis intelligimus cum gubernatore navigare, habent enim pictos præſules, quorum nominibus nuncupantur & naves.* Inde apud Lucianum Πλοίῳ· Τὴν ἐπώνυμον τοῦ πλοίου θεὸν ἔχουσα τὴν Ἴσιν ἑκατέρωθεν. Sic Virgilius Æneid. v. Priſtin, Chimæram, Scyllam, & Centaurum nuncupat naves à tutelæ pictura, in cujus loci explicatione ineptiunt Interpretes, tam veteres quam recentiores. Et in XI. Mallici,

—— *aurato fulgebat Apolline puppis.*

Claudius Quadrigarius apud Nonium lib. XII. Rerum Rom. *Quinque priſtes, navigium ea forma à marina bellua dictum eſt.* Lego, *navigium ea forma à marina bellua dictum eſt*, pro *navigiorum dictorum*, qua ſyncope ejus ævi Auctores affectate uſi.

111. Ἀκτῆς] Tota quondam Attica *Acte* nominata dicitur, quod maximam ejus partem mare attingat, auctor Strabo lib. IX. Vel ab Actæone, ſive Actæo, terrigena rege, teſtes Plinius, Gellius, Solinus. Hinc Ἀκταῖον μέλι Andromacho Γαλήνῃ, mel Atticum. Similia apud Virgilium, Ovidium, Catullum, & alios Poetas.

112. Δευτέρην ἐσιδεῖν ἐν ὄψει Κύπριν] Venerem ſecundam intelligit illam, quæ πάνδημος dicta. Duas enim veteres Veneres ſtatuebant, alteram οὐρανίαν dictam, quæ honeſtos excitare amores, alteram πάνδημον, quæ in libidinem impellere putata. Plato quoque in Sympoſio duas eſſe Veneres ait, & ἡ μὲν γέ πού τε πρεσβυτέρα, inquit, καὶ ἀμήτωρ, Οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἣν δὴ καὶ οὐρανίαν ἐπονομάζομεν. ἡ δὲ νεωτέρα Διὸς καὶ Διώνης, ἣν δὲ πάνδημον καλοῦμεν. Quem Platonis locum indubie reſpexit Apulejus in Apologia, cum ſcriberet, *Mitto enim alta illa & divina Platonica, rariſſimo cuique piorum gnara, cæterum omnibus profanis incognita: geminam eſſe Venerem deam, proprio quamque Amore, & diverſis amatoribus pollentem. Earum alteram Vulgariam, quæ ſit percita* (lego *præcita*, ut ſtatim ſequitur) *populari Amore, non modo humanis animis, verum etiam pecuinis & ferinis animis ad libidinem imperitare, & immodico trucique perculſorum animalium ſerva corpora complexu vincientem: alteram vero Cæliſtem Venerem, prædita quæ ſit optimati Amore, ſolis hominibus, & eorum paucis curare, nullis ad turpitudinem ſtimulis vel illecebris ſectatores ſuos percellentem. Quippe ejus amorem non amœnum & laſcivum, ſed contra incorruptum & ſerium, pulcritudine honeſtatis virtutis amorem amatoribus ſuis conciliare: & ſi quando decora corpora commendet, à contumelia eorum procul abſterrere.* Ita enim ſcribenda ea poſtrema verba monuit literarum lumen, & columen Iſ. Caſaubonus, quem merito ſequor. Huc pertinet quoque Epigramma Theocriti, cujus initium ita habet,

Η Κύπρις οὐ πάνδημος· ἱλάσκεο τὴν θεὸν εἰπὼν
Οὐρανίαν, ἁγνᾶς ἄνθεμα Χρυσογόνας.

Et illa Muſæi,

Ἀλλ' αἰεὶ Κυθέρειαν ἱλασκομένη Ἀφροδίτην,
Πολλάκι καὶ τὸν Ἔρωτα παρηγορέεσκε θυηλαῖς
Μητρὶ σὺν οὐρανίῃ, φλογερὴν τρομέουσα φαρέτρην.
Ἀλλ' οὐδ' ὣς ἀλέεινε πυρίπνοα ἔκλυες ὀϊστούς,
Δὴ γὰρ Κυπριδίη πανδήμιος ἤλυθεν ἑορτή.

Vide etiam Artemidorum lib. II. cap. XLII. Apud Phurnutum vero lib. de Nat. Deorum, cum ait, Καλεῖται δὲ (ἡ Ἀφροδίτη) οὐρανία τε, καὶ πάνδημος, καὶ ποντία, διὰ τὸ καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐν τῇ γῇ, καὶ θαλάσσῃ τὴν δύναμιν αὐτῆς θεωρεῖσθαι. Legendum eſt πάνδημος, καὶ ποντία. vel θαλασσία, quod ſequentia facile convincunt. Sane juvat & Muſæus extremo poemate,

Αἰνοπαθὴς δὲ Λέανδρος ἀκηδέστοιο ἐπὶ δίναις
Πολλάκι μὲν λιτάνευσε θαλασσαίην Ἀφροδίτην.

Et antea,

—— Κύπρις ἀπόσπορος ἐστὶ θαλάσσης
Καὶ κρατέει πόντοιο. ——

Meminit utriuſque Veneris Catullus Epigramm. LXIX.

Nam mihi quam dederat duplex Amathuntia curam,
Scitis, & in quo me torruerit genere.

Ad Venerem πάνδημον quod attinet, de ea elegans locus apud Heliodorum Æthiop. lib. I.

Ἐπειδὴ

Ἐπειδὴ γὰρ τὴν πάνδημον Ἀφροδίτην τὸ ἀφροδισιακὸν ἀπμάζει γένος, ὃ τὴν κατ' ἰδίαν χρείας, ἀλλὰ τὴν εἰς διαδοχὴν σπορᾶς, τίνδε ἐμμονῆ γενέσθαι διαπεφάμην. Simulacrum ejus Athenis in foro conſecratum fuit à Solone, ut quidam volunt. Harpocration, Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν, πάνδημόν φησιν Ἀθήνησι κληθῆναι τὴν ἀφεφιδρυθεῖσαν (ſcribo ἀφιδρυθεῖσαν) περὶ τὴν ἀρχαίαν ἀγοράν, διὰ τὸ ἐνταῦθα πάντα τὸν δῆμον συνάγεσθαι τὸ παλαιὸν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἃς ἐκάλουν ἀγοράς. Νίκανδρος δ' ἐν ἕκτῳ Κολοφωνιακῶν, Σόλωνά φησι σώματα ἀγοράσαντα εὐπρεπῆ, ἐπὶ τέγους στῆσαι, διὰ τοὺς νέους, καὶ ἐκ τῶν περιγενομένων χρημάτων ἱδρύσασθαι Ἀφροδίτης πάνδημον (ſcribo πανδήμου) ἱερόν. Ἔτι δὲ πάνδημον, πάγκοινον. Sed quod ait inibi Solonem σώματα ἀγοράσαντα εὐπρεπῆ, id vero ita habet, Solon inter pulcerrimas leges quibus Athenienſium Remp. firmavit, etiam conſtituit, ut cives & ſe, & fortunas ſuas redimerent, quæ lex Σεισάχθεια eſt appellata. Diog. Laertius lib. I. Σόλων Ἐξηκεστίδου Σαλαμίνιος, πρῶτον μὲν τὴν σεισάχθειαν εἰσηγήσατο Ἀθηναίοις, τὸ δὲ ἦν λύτρωσις σωμάτων τε, καὶ κτημάτων. καὶ γὰρ ἐπὶ σώμασιν ἐδανείζοντο, καὶ πολλοὶ δι' ἀπορίαν ἐθήτευον. ἑπτὰ δὲ ταλάντων ὀφειλομένων αὐτῷ πατρῴων, συνεχώρησε πρῶτος, καὶ τοὺς λοιποὺς τὸ ὅμοιον προύτρεψε πρᾶξαι. καὶ οὗτος ὁ νόμος ἐκλήθη σεισάχθεια. Vide Plutarchum in vita ejus.

115. Ὁ γάρ σε συλλέκτροιο Φλεγραίας πόσις] Proteus Paridi, cum in Ægyptum veniſſet, Helenam ademit reddito illi ejus ſimulacro. Huc facit illud Steſichori,

> Τρῶες οἱ ποτ' ἦσαν (ſic lego, non ἴσαν) Ἑλένης
> εἴδωλον ἔχοντες.

Vide Herodotum media Euterpe. Meminit ejuſdem rei Xenophon lib. de Æquivocis.

119. Τείρωνος ἐκβολαῖσι] Nilus, fluvius Ægypti ſeptem oſtiis nobilis, Ægyptum quotannis, cum ſol in Cancro eſt, flantibus Eteſiis, inundatione ſua fertilem reddens. Vide Heliodorum Æthiopic. lib. XI. Hinc in Meſſalæ Genethliaco Tibullus,

> *Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,*
> *Arida nec Pluvio ſupplicat herba Jovi.*

Unde & à veteribus Ægyptiis Horomaſdes, (ſi Laertio fides habenda, qui tamen fallitur; eſt enim hoc nomen Perſicum, quo Kalendæ deſignantur) hoc eſt, Jupiter, vocatus eſt, divinique ei honores habiti ſunt. Et Niloa Ægyptiis inſtituta, quæ celebrabantur ſub ortum inundationis. Heliodorus Æthiop. lib. IX. Καὶ γάρ πως συνέπεσε Νειλῷα τότε, τὴν μεγίστην παρ' Αἰγυπτίοις ἑορτήν, ἐνεστηκέναι, κατὰ τροπὰς μὲν τὰς θερινὰς μάλιστα, καὶ ὅτε ἀρχὴν τῆς αὐξήσεως ὁ ποταμὸς ἐπιλαμβάνει τελουμένην, ὑπὲρ πάσας δὲ τὰς ἄλλας πρὸς Αἰγυπτίων σπουδαζομένην, & quæ ſequuntur. Hic Triton aliquando, quandoque Aëtos, Ægyptus, & Oceanus nominatus eſt. Poſtea Nilus, à Cyclopis filio Nilo, Ægypti rege, Tantali ex filio nepote. Servius tamen aliud etymon ponit. Inundationis cauſas habes apud Solinum cap. XXXV. Horum Ἱερογλυφικῶν α'. Lucretium lib. VI. & Apollonii Scholiaſten lib. IV.

121. Οἶδέ τις σορὸς] Huc pertinent Artemidori verba lib. III. cap. LXV. Λαπίλαξ ἄνθρωπον παρὰ τοῦ συμβεβηκότος σημαίνει, καὶ ματαιοπονίαν, διὰ τὸ μάταιον τῆς ζωῆς πόνον.

131. Λίπτουσα χήνης] Meretricem vocat Helenam, quæ nupta Menelao cum Paride degebat. Poteſt etiam ad hiſtoriam referri, quæ narrat pictam aliquando à Zeuxide Helenam fuiſſe, quam, quia amplum ex ejus pictura ille lucrum reportaret, Græci Meretricem vocitarunt. Ælianus Ποικ. Ἱστ. lib. IV. Ὁ Ζεῦξις ὁ Ἡρακλεώτης ὅτε τὴν Ἑλένην ἔγραψε, πολλὰ ἐχρηματίζετο ἐκ τούτου τοῦ γράμματος. οὐ γὰρ εἰκῆ, καὶ ὡς ἔτυχε τοὺς βουλομένους εἰς ὀρᾶν αὐτήν, ἀλλ' ἔδει ῥητὸν ἀργύριον καταβαλεῖν, εἶτα οὕτω θεάσασθαι. ὡς οὖν μίσθωμα τὸν Ἡρακλεώτην λαμβάνοντος ὑπὲρ τῆς γραφῆς, ἐκάλουν οἱ τότε Ἕλληνες ἑταίραν τὴν Ἑλένην ἐκείνην. Cum autem hanc pinxiſſet. quid de eo opere homines cenſuri eſſent xpectandum non putavit: ſed protinus hos verſus adjecit ex Iliad. γ'.

> Οὐ νέμεσις Τρῶας τε, καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς
> Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν,
> Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεοῖς εἰς ὦπα ἔοικεν.

Vide Val. Max. lib. III. cap. VII.

135. Αἰγαιῶνος ἁγνίτην πάγον] Sic apud Horatium lib. primo, Sat. III.

> *Concha ſalis puri.*

Et Perſium Sat. III.

> —— *purum & ſine labe ſalinum.*

Catullus,

> *Quod culus tibi purior ſalillo eſt.*

Vide Acronem. Neptuni autem ſalem vocat; quem ille (ut eſt apud Jul. Pollucem lib. VI. cap. X.) in Tragaſi (nam Τραγάσοι, non Τραγαίοι lego) gratiam conglutinavit. Si quis tamen ἁπλῶς per Neptunum, mare intelligat, non inepte fecerit, qua ratione Alexander Ætolus citante Parthenio,

> —— ἅλα ξυνιεῖσα θαλάσσης

nuncupavit. Mos vero erat veteribus ſalem in menſa hoſpitibus apponere, eo concordiam inter ſe mutuo optantes, ut ex aqua & terra ille conſtat. Plutarchus Ἑλληνικοῖς, Λαβὼν αἰχμάλωτον ἀπῆγεν οἴκαδε, καὶ μεταδοὺς ἁλῶν τε καὶ τραπέζης, ἀπέπεμπεν οἴκαδε. Heliodorus lib. IV. Δημώδης γὰρ οἶμαι καὶ τῶν ἀρχαιοτέρων, σπονδῶν καὶ τραπέζης κοινωνήσαντας, καὶ φιλίας ἀρχὴν ἱεροὺς ἅλας ποιησαμένους, μὴ ὑγιῆ καὶ τὴν περὶ ἀλλήλων γνῶσιν ἔχοντας ἀπελθεῖν. Item lib. VI. Ἀλλὰ πρὸς ξενίων καὶ φιλίων θεῶν, πρὸς ἁλῶν καὶ τραπέζης, ὧν, ὡς οἶμαι, φιλανθρώπων ἐν ὑμετέρᾳ πεπείραμαι. Plautus Curculione, Sc. *Qui homini.*

> *Therapontigonoplatagidore, ſalve: ſalvus quum advenis*
> *In Epidaurum, hic hodie apud me nunquam delinges ſalem.*

Hinc Dion περὶ Ἀπιστίας, Τὸν Ἀρχίλοχον οὐδὲν ὤνησαν οἱ ἅλες, καὶ ἡ τράπεζα πρὸς τὴν ὁμολογίαν τῶν γάμων. Demoſthenes in Orat. περὶ Παραπρεσβείας, Ποῦ δ' ἅλες; ποῦ τράπεζαι; ποῦ σπονδαί; ταῦτα γὰρ τραγῳδεῖ περιιών. Huc pertinet proverbium vetus, Ἅλας καὶ τραπέζας παραβαίνειν, de quo vide Auctorem proverbiorum. Romani quoque in menſis ſalinum ponebant. Feſtus, *Salinum in menſa pro aquali ſolitum eſſe poni, ait Verrius, cum patella, quia nihil aliud ſit ſal quam aqua.* A quo paullulum abit Acron, *Salinum* (inquit) *eſt patella, in qua*

 Diis

Digitized by Google

Dis primitiæ cum ſale offerebantur. Horatius lib. II. Od. XVI.

Vivitur parvo bene, cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum.

Et lib. I. Sat. III.

—— modo ſit mihi menſa tripes, &
Concha ſalis puri. ——

Atque tum ſacras eſſe menſas exiſtimabant. Arnobius lib II. *Sacras facitis menſas ſalinorum appoſitu, & ſimulacris Deorum.* Quod à Græcis, ut alia multa, dimanavit. Quia vero Tragaſi ſupra facta mentio, à quo Tragaſæus ſal, emendabis obiter Heſychium, & Stephanum ſcribendo Τραγασαῖοι ἅλες. Nam apud illum male Τραγαίους, οἱ ἅλες, οἱ, &c. apud hunc Τράγασοι, οἱ ἅλες.

137. Λάξας τράπεζαν] Nempe hoſpitalem, nam illam Græci vocabant κοινὴν τράπεζαν. Heliodorus lib. V. Ἡ δὲ τράπεζα δὲ ἡμῶν κοινὴ προὐτέθειτο, τὰ μὲν ἄλλα ὑμῖν παρεχόντων, τὸν Τυῤῥηνοῦ δὲ οἶνον ἄφθονον ἐκ θαλάττης τοὺς νέους ἐσφόρουν. Parthenius Erotic. XIV. Βιαίως ἀπειπόντα, ποτὲ μὲν φάσκων ὀρρωδεῖν, μὴ καταφανὴς γένοιτο, ποτὲ δὲ διὰ (lego Δία) ξένιον, καὶ κοινὴν τράπεζαν προϊσχόμενος. Ad Paridem quod attinet ille hac ex re τραπεζίτης à Poeta dicitur. Heſychius, Τραπεζίτην Πάριν, τὸν παραβάντα τὴν τράπεζαν, καὶ ἀτιμάσαντα τὸν Μενέλαον. Menſæ vero olim maxima in veneratione habitæ, velut ſacræ. Syneſius epiſtola LVII. Τράπεζα μὲν ἱερὸν χρῆμα, δι' ἧς ὁ θεὸς τιμᾶται φίλιός τε, καὶ ξένιος. Pindarus Nemeon. Od. XI.

—— ξενίου Διὸς ἀσκεῖται θέμις ἀενάοις
Ἐν τραπέζαις. ——

Hinc Juvenalis Sat. II.

— nullus verbis pudor, aut reverentia menſæ.

Orpheus in Argonaut.

Αἰδόμενοι Θέμιν ἀγροτέρην, ξενίην τε τράπεζαν.

Tacitus Annal. XI. *Tractaque in multam noctem lætitia, per epulas ac vinolentiam incautum Cotyn, & poſtquam dolum intellexerat, ſacra regni, ejuſdem familiæ deos, & hoſpitales menſas obteſtantem, catenis onerant.* Referendus huc etiam Demoſthenis locus, & proverbium Græcorum, quorum paullo ante facta mentio.

138. Ἄρκτου τιθήνης] Paridem expoſitum ab urſa lactatum narrat Apollodorus lib. III. Ælianus Ποικίλης ἱστορίας lib. XII. Ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀλέξου (lego Ἐκάβης) Ἀλέξανδρον, τὸν Πριάμου, ὑπὸ ἄρκτου φασὶ τραφῆναι. Quid? quod ait Artemidorus lib. II. cap. XII. Ἄρκτος γυναῖκα σημαίνει, φασὶ γὰρ ἐκ Καστοῦς (lego Καλλιστοῦς, nam feſtinans Librarius mediam ſyllabam omiſit) τὴν Ἀρκαδικὴν μεταβάλλειν τὸ ζῶον οἱ περὶ μεταμορφώσεως μυθολογήσαντες. Alioquin olim à Græcis mulieres ἄρκτους nominari conſueviſſe nemo, opinor, ignorat. Qua de re ad Theocritum.

139. Τοίγαρ ψαλάξεις ὡς κενὸν νευρᾶς κλύοντ] Alluſit ad proverbium, Κενὰ ψάλλεις.

140. Λεπτὰ κηλήματα φορμίζων μέλη] Veteres didiciſſe fidibus, notum ex Ciceronis lib. de Senectute, aliiſque, Ἔθος εἶχον οἱ παλαιοί, ὥς καὶ Καλλίμαχος ἱστορεῖ, μετὰ κιθάρας ἀεὶ ἄδειν, καὶ ἀνυμνεῖν, καὶ ἐγκωμιάζειν. Et mos erat, ut in conviviis poſt cœnam circumferretur lyra: cujus cum ſe imperitum Themiſtocles diceret, utar Tullii verbis, *habitus eſt indoctior.* Etiam Romanorum veterum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Certe antiquitus, ſi qui fidibus docti, pari cum philoſophis in honore habebantur. Didymus ad Odyſſ. III. Τὸ ἀρχαῖον οἱ ἀοιδοὶ φιλοσόφων τάξιν ἐπεῖχον. Athenæus lib. I. Σώφρον δέ τι ἦν τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος, καὶ φιλοσόφων διάθεσιν ἐπέχον. Quintilianus lib. I. cap. X. *Quis ignorat Muſicen (ut de hac primum loquar) tantum jam antiquis illis temporibus non ſtudii modo, verum etiam venerationis habuiſſe, ut iidem Muſici, & vates, & ſapientes judicarentur?* Ad Paridem quod attinet, ejus lyram etiam Alexandri Magni temporibus extitiſſe tradit præter Plutarchum Ælianus Ποικ. ἱστορ. lib. IX.

143. Τὰς τριπανδρίας θυγάτρας] Æſchylus Agamemnone πολυάνορα appellat, Euripidis Scholiaſtes Ὀρέστῃ refert, Tyndarum, Helenæ patrem, aliquando Diis omnibus ſacrificaſſe, excepta Venere, quæ ob id irata filias ejus connubia bis terve mutare, & viros deſerere fecit, citatque hos Steſichori verſus,

Οὕνεκα Τυνδάρεως ῥέζων ποτὲ πᾶσι θεοῖς,
Μιᾶς λάθετ' ἠπιοδώρου Κύπριδος,
Κείνα δὲ Τυνδάρεω κούραις χολωσαμένα,
Διγάμους, καὶ τριγάμους τίθησι, καὶ λιπεσάνορας.

144. Τεμπλαῖς πήναις κατεκλώσαντο] Pro τεμπλαῖς, libens hic legerim διπλαῖς, nam duo tantum, album ſc. & nigrum, ſtamina Parcis tribuunt Poetæ. Tres vero eſſe Parcas, notius eſt, quam ut hic referri debeat.

145. Δυναμὶς ἁλὸς] Ex Thaletis ſententia, qui ex aquæ elemento ortas res omnes putavit. Hermias, ut Laertium omittamus, in Διασυρμῷ τῶν ἔξω φιλοσόφων, Ἀλλαχόθεν, ait, δέ μοι Θαλῆς τὴν ὁλόθεσιν τείνει, ἀποφαινόμενος ὕδωρ τὴν παντὸς ἀρχήν, καὶ ἐκ τοῦ ὑγροῦ τὰ πάντα συνίστασθαι, καὶ εἰς ὑγρὸν ἀναλύεσθαι, καὶ ἡ γῆ ἐπὶ ὕδατος ὀχεῖται. Nuncupat vero δυναμὶς ἅλας, quemadmodum Poetæ ἅλα πολιάν, & Anyta poetria in Epigrammatis ὕδατα πολιάν duriuſcula catachreſi. At *Maris filias* vocat, propter feram & immitem fatorum legem. *Claudas* autem, à forma anili, qua fingebantur. Catullus in epithalamio Thetidis & Pelei,

Cum interea infirmo quatientes corpora motu,
Veridicos Parcæ cœperunt edere cantus;
His corpus tremulum. ——

Infra quoque à Poeta noſtro γηραιαὶ κόραι appellantur.

147. Δοιοὶ μὲν ἁρπακτῆρες] Theſeum, & Paridem intelligit. De Theſei rapina elegans locus eſt in Iſocratis Helenæ encomio, quem adſcribere non gravabor, Θησεὺς ὁ λεγόμενος μὲν Αἰγέως, γενόμενος δ' ἐκ Ποσειδῶνος, ἰδὼν αὐτὴν (Ἑλένην) οὔπω μὲν ἀκμάζουσαν, ἤδη δὲ τῶν ἄλλων διαφέρουσαν, τοσοῦτον ἡττήθη τοῦ κάλλους κρατεῖν τῶν ἄλλων εἰθισμένος, ὥστε ὑπαρχούσης αὐτῷ καὶ πατρίδος μεγίστης, καὶ βασιλείας ἀσφαλεστάτης, ἡγησάμενος οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν ἐν τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς ἄνευ τῆς πρὸς ἐκείνην οἰκειότητος, ἐπειδὴ παρὰ τῶν κυρίων οὐχ οἷός τ' ἦν αὐτὴν λαβεῖν, ἀλλ' ἀνέμενον τήν τε τῆς παιδὸς ἡλικίαν, καὶ τὸν χρησμὸν τὸν παρὰ τῆς Πυθίας, ὑπεριδὼν τὴν ἀρχὴν τὴν Τυνδάρεω, καὶ καταφρονήσας τὴν ῥώμην τὴν Κάστορος καὶ Πολυδεύκους, καὶ πάντων τῶν ἐν Λακεδαίμονι δεινῶν

Digitized by Google

νῶν ὀλιγωρήσας, βίᾳ λαβὼν αὐτὴν, εἰς Ἀφίδνας τῆς Ἀττικῆς ἐκόμισε. Hæc de Theſeo ſatis fuſe Iſocrates. Stricte Ovidius in Heroidum Epiſtolis,

Ergo arſit merito qui noverat omnia Theſeus,
Et viſa eſt tanto digna rapina viro.
More tuæ gentis nitida dum nuda palæſtra
Ludis, & es nudis fœmina mixta viris.

quos duos priores verſus mendoſos emendabis hoc modo,

Ergo arſit merito qui noverat omnia Theſeus,
Et viſa es tanto digna rapina viro.

De Paridis rapina vide eundem Ovidium, & Didymum ad Odyſſ. ψ'.

148. Πτηνὰς τριόρχας αἰετοὺς ὀφθαλμίας] Triorcha ex accipitrum genere eſt, à teſtium numero nomen habens: auctor, præter Ariſtotelem, Plinius, qui ſic de eo, *Triorchen à numero teſtium, cui principium in auguriis Phæmonoe dedit, buteonem appellant Romani,* αἰσάλωνα *Græci, qui ſolus omni tempore apparet.* Aquilas autem duces interpretare, quia hæ avium reginæ. Volatiles nuncupantur à navibus, quarum vela & remi alæ dicuntur, ut ſupra docui. Ὀφθαλμίας vocat, à pictis navium partibus, quæ ὀφθαλμοὶ Græcis: ſi tamen ſimpliciter quis accipiat oculatam propter viſum, quem acerrimum aquila habet, non magnopere repugno. Horatius,

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila? ———

Pullos quomodo dijudicent notum.

150. Ἡμίβρωτα βάρβαρον] Barbarum Menelaum appellat, à Pelope avo ex Phrygia (quæ regio Barbara cenſetur) orto, vel quia

Βεβαρβάρωσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις.

quod ei apud Euripidem objicitur. Barbari autem dicti ſunt peregrini homines Athenis, à βάρβαρ abſona voce, in quam, cum primum Græce loqui conarentur, incidere ſolebant. Suadet Caſſiodorus barbaros dictos à barba & rure, nec tamen perſuadet. Vide Strabonem lib. XIII. Proprie de Phrygibus hoc vocabulum accipiebatur: unde Sophocles βάρβαρον Φρύγα dixit in Ajace, & βάρβαρον αἶαν, Electra. *Barbarus enſis,* Ovid. Met. lib. XIV. Et Horatius in Satiris,

Græcia Barbariæ lento colliſa duello eſt.

154. Ἐπύμβιον τάφῳ] Sepulcrum, os interpretare. Artemid. lib. I. LXXXII. Τὸ μὲν αἰδοῖον πασὶν ἔοικε, τὸ δὲ στόμα τάφῳ, ὅσα γὰρ ἂν λάβοι στόμα διαφθείρει, καὶ οὐ φυλάττει. David propheta Pſalmo quinto, Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν. Et Paulus Epiſt. ad Romanos cap. III. verſ. XIII. Potes nihilominus de ventre accipere. Sic infra Lycophron,

Πολλῶν γὰρ ἐν σπλάγχνοισι τυμβευθήσεται
Βρωθεὶς πολυστοίχοισι χαμψῶν γνάθοις.

Et poſtea,

Τύμβος γεγὼς Κένταυρος ὠμόφρων σπορᾶς.

Ovidius Metamorph. lib. VI. de Tereo, qui Ityn filium comederat,

Flet modo, ſeque vocat buſtum miſerabile nati.

Ennius (de quo optime meriti VV. Clariſſimi H. Columna, & P. Merula) de Metio Fuffetio quadrigis diſtracto,

Volturus in ſilvis miſerum mandebat hemonem,
Heu quam crudeli condebat membra ſepolcro?

Val. Maximus lib. IV. cap. VI. de Artemiſia, *Quid enim aut eos colligas, aut de illo inclyto tumulo loquare, cum ipſa Mauſoli vivum ac ſpirans ſepulcrum fieri concupierit, eorum teſtimonio, qui eam extincti oſſa potione aſperſa bibiſſe tradunt?* Huc pertinet locus Marci Antonini τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. IV. Χρὴ δὲ μὴ μόνον ἐνθυμεῖσθαι τὸ πλῆθος τῶν θαπτομένων οὕτωσὶ σωμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν ἑκάστης ἡμέρας ἐσθιομένων ζώων, ὑφ' ἡμῶν τε, καὶ τῶν ἄλλων ζώων, ὅσος γὰρ ἀριθμὸς καταναλίσκεται, καὶ οὕτωσί πως θάπτεται ἐν τοῖς τῶν τρεφομένων σώμασι. Item ille Apuleii Mileſ. v. *At hic jam tua eſt exiſtimatio, utrum ſororibus pro tua cara ſalute ſollicitis adſentiri velis, & declinata morte nobiſcum ſecura periculi vivere, an ſæviſſimæ beſtiæ ſepeliri viſceribus.* Quintilianus Declamat. XII. *Æſtuant adhuc intra pectus ſepulta ventribus noſtris cognata viſcera.* Nec abludit, quod vultures τάφοι ἔμψυχοι ſunt appellati. Hermogenes lib. περὶ Ἰδεῶν, cap. περὶ Σεμνότητος, Παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις τουτοισὶ σοφισταῖς παμπολλα εὕροις ἄν. τάφους τε γὰρ ἐμψύχους τοὺς γῦπας λέγουσιν, ὧνπερ εἰσὶ μάλιστα ἄξιοι. Ut autem venter & os ſepulcrum appellantur, ita reciproce Saturnus devoraſſe filios dictus eſt, quos extulerat, ſepelieratque. Lactant. lib. I. cap. XIII. *Sed fictum ſane putemus Saturnum filios devoraſſe, modo cum aliqua ratione: nunc* (lego *num*) *idcirco, quod ait vulgus, comediſſe filios ſuos eum, qui extulerit, ſepulturæque mandaverit?*

157. Πόθον Ναυμέδοντος ἁρπακτήριον] Quomodo raptus à Neptuno Pelops, refert Olympion. Od. I. Pindarus, his verbis,

Υἱὲ Ταντάλου, σὲ δ' ἀντί-
α προτέρων φθέγξομαι.
Ὁπότ' ἐκάλεσε πα-
τὴρ τὸν εὐνομώτατον
Ἐς ἔρανον, φίλαν τε Σίπυλον,
Ἀμοιβαῖα θεοῖσι δεῖπνα παρέχων,
Τότ' Ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι
Δαμέντα φρένας ἱμέρῳ
Χρυσέαισιν ἀν' ἵπποις.

Meminit etiam lib. IV. Arnobius.

158. Ἔστειλ' Ἐρεχθεὺς εἰς Ἀπειραίας γύας] Pindarus fuſe loco citato,

Πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν
Λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον,
Ἑτοῖμον ἀνεφρόντισεν γάμον,
Πισάτα παρὰ πατρὸς εὔ-
δοξον Ἱπποδάμειαν
Σχεθέμεν. ἐγγὺς δ' ἐλθὼν
Πολιᾶς ἁλὸς οἶος ἐν ὄρφνᾳ,
Ἄπυεν βαρύκτυπον
Εὐτρίαιναν. ———

Et poſtea,

——— ὁ μὲν ἀγάλλων θεὸς
Ἔδωκεν δίφρον χρύσεον, ἐν πτερο-
ῖσίν τ' ἀκάμαντας ἵππους,

& quæ ſequuntur. Cur autem fabulentur equis rapuiſſe, docet Palæphatus his verbis, Πετίον ἦν, ὅτι

ὅτι Πέλοψ ἐλθὼν ἔχων πλοῖον, ἐγχέαντο δὲ ἐπὶ τῆ πλοίου ἵππους ὑποπτέρους.

162. Ας ὁ Καδμίλε γόνος] Lego Καςμίλου, quo nomine inter Cabiros quatuor, quibus in Samothrace initiabantur, appellatur. Apollonii Scholiaſtes lib. I. Μυοῦνται ἐν τῇ Σαμοθρᾴκῃ τοῖς Καβείροις, ὧν Μνασέας φησὶ καὶ τὰ ὀνόματα. Τέσσαρες δὲ εἰσὶ τὸν ἀριθμόν· Αξίερος, Αξιόκερσα, Αξιόκερσος. Αξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ. Αξιόκερσα δὲ, ἡ Περσεφόνη. Αξιόκερσος δὲ, ὁ Αιδης. ὁ δὲ προστιθέμενος Καςμῖλος Ερμῆς ἐστιν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος. Poſtea litera tertia extrita, Καμῖλος dictus. Varro Lib. VI. de L. L. *Camillus nominatur in Samothraces myſteriis Dius quidam adminiſter diis magnis*. Macrobius lib. III. cap. VIII. ex Tulliano, id ei apud Tuſcos nominis fuiſſe narrat, *Statius Tullianus de Vocabulis rerum libro primo ait, dixiſſe Callimachum Tuſcos Camillum appellare Mercurium, quo vocabulo ſignificant præminiſtrum deorum.* Servius Æneid. XI. adſtipulatur, *Miniſtros & miniſtras impuberes Camillos & Camillas in ſacris vocabant. unde & Mercurius Hetruſca lingua Camillus dicitur, quaſi miniſter deorum.* Strabo lib. X. ex Acuſilao narrat Caſmilum Vulcani & Cabiræ filium, a quo Cabiri, & Cabirades Nymphæ. Quem vero Samothraces, & ab iis edocti Hetruſci Καςμῖλον appellârunt, eum Ιμβραμον Cares. Euſtathius ad Dionyſium, Η δὲ Ιμβρος Θρᾳκικὴ μέν ἐστι νῆσος, ἱερὰ Καβείρων, καὶ αὐτὴ ὄνομα δὲ δαιμόνων οἱ Κάβειροι. ἐτιμᾶτο δὲ αὐτόθι καὶ Ερμῆς, ὃν Ιμβραμον λέγουσιν οἱ Κᾶρες, ὡς ἐν τοῖς Εθνικοῖς ἀναγέγραπται.

164. Φερωνύμους ἔδωκε Νηρέως τάφους] Myrtili hiſtoriam fuſe explicat Homeri Scholiaſtes Iliad. ſecundo. Claudianus de laude Serenæ,

> —— *curru Piſæa marino*
> *Fugit tela Pelops, nam providus obice regis*
> *Prodidit Oenomai deceptus Myrtilus axem.*

Seneca Thyeſte,

> —— *proditus occidit*
> *Deceptor Domini Myrtilus, & fide*
> *Vectus qua tulerat, nobile reddidit*
> *Mutato pelagus nomine.*

Vide Acronem ad Horatii lib. I. Od. I. & Euripidis Interpretem Ορέστῃ. Fuit vero Myrtilus Mercurii ex Phaëthuſa filius; vel, ut alius placet, Jovis & Clymenes.

166. Πόδαργον Ψύλλαν ἱπποτροφῶν] Antiquitus non contemptum, ſed regium plane aurigandi munus, dicebaturque ἱππεία: differebat autem à παραβάτου munere, ille enim ſoli currus moderationi erat intentus, & τῷ παραβάτῃ pugnanti, ſi neceſſum foret, ſuppetias ferebat. Adi Hom. Scholiaſt. Sunt vero Pſylla, & Harpinna nomina equorum Oenomai.

167. Καὶ τὴν ὁπλαῖς Αρπινναν ἀρπύιαν ἴσην] Id eſt, unguibus obliquis & concavis, eæ enim in equis laudantur maxime. Philoſtratus junior in Imaginibus, Φρονεῖ γὰρ τοῖς ἵπποις, ἐπειδὴ ὑψαύχενές τε, καὶ πολλοὶ τὸ μυκτῆρα, καὶ κοῖλοι τὴν ὁπλήν. Iſidorus Orig. lib. XII. cap. I. *Ingeneroſis equis, ut aiunt veteres, quatuor ſpectantur: forma, pulcritudo, meritum, atque color. Forma, ut ſit validum corpus, & ſolidum robore, conveniens altitudo, latitudo, latus longum, ſubſtrictius, maximæ & rotundæ clunes, pectus late patens, corpus omne muſculorum denſitate nodoſum, pes ſiccus, & cornu concavo ſolidatus.* Xenophon quoque περὶ Ιππικῆς equos laudat ungulas oblongas habentes, quod tales ſint maxime cavæ. Πόδας δ' ἄν τις δοκιμάζοι (inquit) πρῶτον μὲν τοὺς ὄνυχας σκοπῶν, οἱ γὰρ παχεῖς πολὺ τῶν λεπτῶν διαφέρουσιν εἰς εὐποδίαν. ἔπειτα οὐδὲ τοῦτο δεῖ λανθάνειν, πότερον αἱ ὁπλαὶ εἰσὶν ὑψηλαί, ἢ ταπειναί, καὶ ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν, ἢ χαμηλαί· αἱ μὲν γὰρ ὑψηλαί, πόῤῥω ἀπὸ τοῦ δαπέδου ἔχουσι τὴν χελιδόνα καλουμένην. Eſt vero in equis χελιδὼν ungulæ cavitas. Vide Heſychium. Neque audio doctiſſimum Villiomarum, qui id negat, quod utinam non feciſſet.

168. Τὸν δ' αὖ τέταρτον] Deiphobum intellige. Homeri Scholiaſtes ad Iliad. ultimum, Αλεξάνδρου τοξευθέντος ὑπὸ Φιλοκτήτου, Πρίαμος τὸν Ελένης γάμον ἔπαθλον ἔθηκε τῷ ἀριστεύσαντι κατὰ τὴν μάχην. Δηΐφοβος δὲ γενναῖος ἀγωνισάμενος ἔγημεν αὐτήν.

169. Κίρκοι καταζεύξαντες] Eodem nomine appellat Æſchylus Προμ. Δεσμ. Ægypti filios, Danai filiabus deſponſatos,

> —— εἰ δ' ἐπτοημένοι φρένας
> Κίρκοι Πελειῶν οὐ μακρὰν λελειμμένοι,
> Ηξουσι θηρεύσοντες οὐ θηρασίμους
> Γάμους. ——

Scholiaſtes, Κίρκους δὲ, ἤγουν αὐτοὺς, τοὺς νυμφίους, ἤγουν τοὺς υἱοὺς τοῦ Αἰγύπτου, διὰ τὸ ἁρπακτικὸν λέγει.

170. Τὰ δευτερεῖα τῆς δευσφάλτου πάλης λαβόντα κηρύξουσιν] Recte κηρύξουσιν dixit Lycophron, nam apud Veteres certaminum victores per præconem renuntiari moris erat. Jul. Pollux lib. IV. cap. XII. Τὸ δὲ τῶν κηρύκων γένος ἱερὸν μὲν Ερμοῦ, κατακηρύττει δὲ ἡσυχίαν ἐν τε ἀγῶσι, καὶ ἱερουργίαις, καὶ σπονδὰς προσήγγελλε, καὶ ἐκεχειρίαν ἐπήγγελλε, καὶ τοὺς ἀγωνιστὰς ἀνεκήρυττε. Pindarus Pythion Od. I.

> —— Πυθιάδι
> Δ' ἐν δρόμῳ κάρυξ ἀνέειπέ νιν ἀγ-
> γέλλων Ιέρωνος ὑπὲρ
> Καλλινίκου
> Αρμασι.

Callimachus Epigrammate XII.

> Αθλον μὲν κήρυκας ἔδει βραχὺ ὄνομα κηρύξειν
> Φθέγξοντας. ——

Nam ſic legere malim, quam ἄλλον μὲν κ. quæ vox doctis viris hactenus impoſuit. Virgilius Æneid. V.

> *Tum ſatus Anchiſa, cunctis ex more vocatis,*
> *Victorem magna præconis voce Cloanthum*
> *Declarat.* ——

Inde eſt quod ait Eumenius rhetor, *Fortiſſimi viri in ſacris certaminibus ſummo labore, atque etiam vitæ periculo ſolam vocem præconis, & coronæ teſtimonium petunt.* Huc pertinet Epigramma illud,

> Τελαίῳ κήρυκι τόδ' Αρχίας Εὔκλεος υἱῷ
> Δέξαι ἄγαλμ' εὔφρων, Φοῖβ', ἐπ' ἀπημοσύνης,
> Ος τρὶς ἐκήρυξε τὴν Ολυμπίας αὐτὸς ἀγῶνα.

Item illud Statii Thebaid. VI.

> —— *ſequitur Sicyonius Alcon,*
> *Et bis in Iſthmiaca victor clamatus arena*
> *Phædimus.* ——

175. Ον πότ' Οἰνώνης φυγάς] Peleum, cum fratrem Phocum in palæſtra incaute occidiſſet,

—— *fraterno*

——— *fraterno ſanguine ſontem,*
Expulſumque domo patria, ———

canit Ovid. Met. lib. XII. Solebant namque veteres, perpetrata incaute cæde, à patria profugere, quoad expiati eſſent. Homeri Interpres Iliad. ω΄. Ἔθος ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸν ἀκούσιον φόνον ἐργασάμενον φεύγειν ἐκ τῆς πατρίδος, καὶ καθίζειν ἐπὶ τῆς οἰκίας (lego ἑστίας) συγκεκαλυμμένον, καθαρσίων δεόμενον.

178. Ἀφ᾽ ἑπτὰ παίδων] Ægre ferens Thetis mortali Peleo ſe nuptam, filios maſculos ſex igne combuſſit, ſeptimo Achilli idem factura, à Peleo interveniente prohibita fuit. Homeri Scholiaſtes Iliad. π΄. Θέτις καταναγκασθεῖσα ὑπὸ Διὸς Πηλεῖ γαμηθῆναι, τὰ γεννώμενα παιδία εἰς πῦρ ἔβαλλε, νομίζουσα τὰς θνητὰς τῷ πυρὶ σάρκας καταφλέξειν, τὸ δὲ ἀθάνατον διαφυλάξειν, ὥστε ἕξ παῖδας διέφθειρεν. Ἕβδομον δὲ γενόμενον Ἀχιλλέα βάλλει ὁμοίως εἰς πῦρ, θεασάμενος δὲ Πηλεὺς ἀφήρπασε τὸν παῖδα, καὶ ἐνεγκὼν εἰς τὸ Πήλιον ὄρος, τρέφειν παρέδωκε Χείρωνι. Vide præterea Interpretes Apollonii lib. IV. Ariſtophanis ad Νεφέλας, & Apollodorum lib. III.

183. Πρεσβυτέτειραν Οὐλαμωνύμου] Οὐλαμώνυμον vocat Pyrrhum, qui aliter Neoptolemus. Eodem modo νεικέων ἐπώνυμον Polynicem dixit Euripides, Phœniſſis.

187. Ἑλλάδος κεραστόμον] Iphigeniam putat, quæ Dianæ Tauricæ hoſpites immolabat. Cum enim in Aulide mactanda ſtaret, à Diana in Scythiam avecta, ſacriſque ejus præfecta creditur. Placet hoc loco transſcribere Antonini verba ex Metamorph. libro, quæ ita habent, Θησέως καὶ Ἑλένης, τῆς Διὸς, ἐγένετο θυγάτηρ Ἰφιγένεια, καὶ αὐτὴν ἐξέτρεφεν ἡ τῆς Ἑλένης ἀδελφὴ Κλυταιμνήστρα, πρὸς δὲ τὸν Ἀγαμέμνονα εἶπεν αὐτὴ τεκεῖν, Ἑλένη γὰρ πυνθανομένη τῶν ἀδελφῶν, ἔφη κόρη παρὰ Θησέως ἀπελθεῖν. ἐπεὶ δὲ ὁ στρατὸς, ὁ τῶν Ἀχαιῶν, ὑπὸ ἀπλοίας ἐν Αὐλίδι κατείχετο, προεσήμαινον οἱ μάντεις, ὅτι ἔσοιτο πλοῦς, ἐὰν Ἀρτέμιδι θύσωσι τὴν Ἰφιγένειαν. Ἀγαμέμνων δὲ δίδωσι σφάγιον αὐτὴν, αἰτούντων τῶν Ἀχαιῶν. πρὸς δὲ τὸν βωμὸν ἀγομένην οἱ ἀριστεῖς οὐ προσέβλεψαν, ἀλλὰ πάντες ἔτρεψαν ἄλλῃ τὰς ὄψεις, Ἄρτεμις δὲ ἀντὶ τῆς Ἰφιγενείας παρὰ τὸν βωμὸν ἔφηνε μόσχον, αὐτὴν δὲ προσωτάτω τῆς Ἑλλάδος ἀπήνεγκεν εἰς τὸν Εὔξεινον λεγόμενον πόντον, παρὰ Θόαντα, τὸν Βορυσθένους παῖδα. Hactenus ille. Huc pertinent quoque illa Senecæ extrema Octavia,

Lenes auræ, Zephyrique leves,
Tectam quondam nube ætheria
Qui vexiſtis raptam ſævæ
Virginis aris Iphigeniam,
Hanc quoque triſti procul à pœna
Portate, precor, templa ad Triviæ.
Urbe eſt noſtra mitior Aulis,
Et Maurorum barbara tellus,
Hoſpitis illic cæde litatur
Numen ſuperûm. ——

Fuſe hæc admodum etiam Ovidius, Elegia ſecunda libri tertii de Ponto, qui videndus.

188. Φαλακρώσαι ἀπύλων] Leucen putat, quam in ponto Euxino, ut ab Achille & Helena habitaretur, Thetidis rogatu edidit Neptunus, auctor Philoſtratus Ἡρωϊκοῖς. Arrianus, in Periplo ponti Euxini, tribus eam nominibus inſignitam ait, ac Leucen quidem à colore dictam, his verbis, Κατὰ τοῦτο μάλιστα τὸ στόμα, ἐπ᾽ εὐθὺ πλέοντι ἀνέμῳ ἀπαρκτίᾳ ἰδίως τὸ πέλαγος, νῆσος πρόσκειται, ἥντινα οἱ μὲν Ἀχιλλέως νῆσον, οἱ δὲ Δρόμον Ἀχιλλέως, οἱ δὲ Λευκὴν ἀπὸ τῆς χροιᾶς ὀνομάζουσιν. ταύτην λέγεται Θέτις ἀνεῖναι τῷ παιδὶ, καὶ ταύτην οἰκεῖν τὸν Ἀχιλλέα, &c. Heſychius, Ἀχίλλειον πλάκα, τὴν Ἀχιλλέως νῆσον, τὴν Λευκὴν λεγομένην. Euripides,

——— ἣ
Πνοαῖσι Ζεφύρου τὰν
Πολυόρνιθον ἐπ᾽ αἶαν,
Λευκὰν ἀκτὰν Ἀχιλλῆος,
Δρόμους καλλισταδίους, Εὐ-
ξείνου κατὰ πόντον.

Pindarus φαεννὰν νᾶσον vocat Nemeon. Od. IV.

——— ἀτὰρ
Αἴας Σαλαμῖν᾽ ἔχει πατρῴαν,
Ἐν δ᾽ Εὐξείνῳ πελάγει
Φαεννὰν Ἀχιλλεὺς
Νᾶσον.

Antoninus Liberalis, libro citato, dicit etiam Iphigeniam in Leucen deportatam, immortalitateque accepta, Orilochiam dictam fuiſſe. Vide Euſtathium ad Dionyſii Περιήγησιν.

190. Τὸν ποτ᾽ ἐν σφαγαῖς κιμάς] Cum in Aulide Græcorum naves coactæ jacerent, tempeſtaſque à profectione prohiberet, proditum à Calchante eſt, non ante eam deſituram quam Dianæ foret immolata Iphigenia, quæ dum ad aram mactanda duceretur, à Diana cervam reponente liberata eſt. Meminit Lucretius lib. I.

Aulide quo pacto Triviaï virginis aram
Iphianaſſaï turpârunt ſanguine fœde
Ductores Danaûm delecti. ——

Vide Virgilium Æneid. II. Ovid. Metamorph. lib. XII. Antoninum Liberalem libro citato, Sophoclem Ἠλέκτρᾳ, & Dictyn Cretenſem lib. I. Si modo is eſt, & non ſuppoſititius aliquis, quod magis veriſimile mihi. Dianæ itaque immolatam Iphigeniam ab Agamemnone nemo neſcit. Callimachus clavum in Dianæ templo ſuſpenſum memorat Hymno III.

——— σοὶ δ᾽ Ἀγαμέμνων
Πηδάλιον νηὸς σφετέρης ἐγκάτθετο νηῷ,
Μείλιον ἀπλοΐης, ὅτι οἱ κατέδησας ἀήτας,
Τεύκρων ἡνίκα νῆες Ἀχαιΐδες ἄστεα κήδειν
Ἔπλεον, ἀμφ᾽ Ἑλένῃ Ῥαμνουσίδι θυμωθεῖσαι.

193. Ἔρημος] Arrianus, loco antea citato, Ἡ δὲ νῆσος ἀνθρώπων μὲν ἐρήμη ἐστὶ, νέμεται δὲ αἰξὶν οὐ πολλαῖς, καὶ ταύτας ἀνατεθῆναι λέγονται τῷ Ἀχιλλεῖ ὅσοι προσίσχουσι. Ammianus narrat eo appulſos, viſis antiquitatis veſtigiis, temploque, & donariis eidem heroi conſecratis, veſperi repetere naves, dicentes non ſine diſcrimine vitæ illic quemquam pernoctare.

Ibid. Νυμφίου δρόμος] Denominationis hujus cauſſam tradit Pomp. Mela, quod Achilles infeſta claſſe mare Ponticum ingreſſus, victoriam ibi ludicro certamine celebrârit, poſteaque ſe, & ſuos, ubi ab armis quies eſſet, curſu exercitaverit: cui adſentitur Plinius, qui Achillis inſulam ab Curſu aliam dicit, eumque ab illa 25000. paſſuum diſtare.

195. Εἶδος ἀλλοιωμένην χαίαν] De Iphigeniæ metamorphoſi inter Auctores non convenit, ple-

Digitized by Google

rique in cervam mutatam volunt: Lycophron cervam pro ea immolatam, ipſam autem in anum mutatam canit: alii in taurum, alii in urſum, alii in buculam, inter quos Plutarchus Παραλλήλοις.

196. Σφαγεῖον ἠδὲ χερνίβων πέλας] Σφαγεῖον, ſive σφάγιον, vas erat, quo excipiebatur victimæ ſanguis. Pollux lib. x. cap. XII. Καὶ σφάγιον, εἰ θύοις, ᾧ (lego ὃ) ὑπέξει τις τῷ τοῦ ἱερείου αἵματι. Et poſtea eodem libro cap. XXIII. Σφάγιον, ὃ ὑποδέχεται τὸ αἷμα τῶν ἱερείων. Homerus Odyſſ. III. Αμνίον vocat, quo loco Didymus, Αμνίον ἐστὶ μὲν τῶν ἅπαξ εἰρημένων ἡ λέξις. σημαίνει δὲ ἀγγεῖον, ὅπου τὸ αἷμα τῶν ἱερείων δέχονται, καὶ ἔστι κατὰ ἔτυμον ἀμνίον, ὅ ἐστι σηρωτικὸν τοῦ μένους, τοῦτ᾽ ἐστὶ ψυχῆς. οἱ Αττικοὶ δὲ σφάγιον αὐτὸ καλοῦσι. Quid vero ſit χέρνιψ docet Athenæus lib. IX. Εστι, inquit, ὕδωρ, εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ᾽ οὗ τὴν θυσίαν ἀπετέλουν. Euripides Ηρακλεῖ μαινομένῳ,

Μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν
Εἰς χέρνιβ᾽, ὡς βάψειεν, Αλκμήνης γόνος.

Utebantur eadem aqua ad manuum lotionem, adhibito ſmegmate. Athenæus loco citato, Εχρῶντο δὲ (lego τε) εἰς χεῖρας, ἀποπλύνοντες αὐτὰς, καὶ σμήγματι, ἀποξύσεων χάριν.

197. Αιδου τε παφλάζοντος κρατῆρος] Veteres Græci omnia concava κρατῆρας vocabant. Scholiaſtes Sophoclis Οἰδ. ἐπὶ Κολ. ad illud Κοῖλαι πέλας κρατῆρος, ait, Τὰ γὰρ κοῖλα οὕτως ἐκάλουν ἐκ μεταφορᾶς, ὅθεν καὶ τὰ ἐν τῇ Αἴτνῃ κοιλώματα κρατῆρες καλοῦνται.

204. Ορκων τὸ δυστρίχων ἄρσαντες ζυγὸν] Bis enim Græci de Helena vindicanda, ſi quis eam rapuiſſet, conjurati ſunt: prius, cum Menelao collocaretur: iterum, cum a Paride rapta. De priore conjuratione ſic Pauſanias Λακωνικοῖς, Προϊόντι δὲ ἵππου καλούμενον μνῆμά ἐστι. Τυνδάρεως γὰρ θύσας ἐνταῦθα ἵππον τοὺς Ελένης ἐξώρκου μνηστῆρας, ἱστὰς ἐπὶ τοῦ ἵππου τῶν τομίων, ὁ δὲ ὅρκος ἦν, Ελένῃ καὶ τῷ γήμαντι προκριθέντι αὐτὴν ἀμύνειν ἀδικουμένοις, ἐξορκώσας δὲ, τὸν ἵππον κατώρυξεν ἐνταῦθα. Atque hæc Pauſanias. Paullo fuſius in Helenæ Encomio Iſocrates, hunc in modum, Μετὰ τὴν Θησέως ἐξ ᾅδου καταβασιν, ἐπανελθούσης αὐτῆς (Ελένης) εἰς Λακεδαίμονα, καὶ πρὸς τὸ μνηστεύεσθαι λαβούσης ἡλικίαν, ἅπαντες οἱ τότε βασιλεύοντες καὶ δυναστεύοντες ἐν ταῖς πόλεσι, τὴν αὐτὴν γνώμην εἶχον περὶ αὐτῆς. ἐξὸν γὰρ αὐτοῖς λαμβάνειν ἐν ταῖς αὐτῶν πόλεσι γυναῖκας τὰς προτευούσας, ὑπεριδόντες τοὺς οἴκοι γάμους, ἦλθον ὡς ἐκείνην μνηστεύσοντες. οὔπω δὲ κεκριμένου τοῦ μέλλοντος αὐτῇ συνοικεῖν, ἀλλ᾽ ἔτι κοινῆς τῆς τύχης οὔσης, οὕτω περίδηλος ἦν ἅπασιν ἐσομένη περιμάχητος, ὥστε συνελθόντες πίστεις ἔδοσαν ἀλλήλοις, ἦ μὴν βοηθήσειν, εἴ τις ἀποστερήσειε τὸν ἀξιωθέντα λαβεῖν αὐτὴν, νομίζων ἕκαστος ταύτην τὴν ἐπικουρίαν ἑαυτῷ παρασκευάζειν. Hactenus Iſocrates. De ſecunda autem idem Pauſanias Κορινθιακοῖς, Χαλκοῦν ἐστιν οὐ μέγα, ἀνέχει δὲ αὐτὸ ἀγάλματα ἀρχαῖα Αρτέμιδος, καὶ Διὸς, καὶ Αθηνᾶς. Λυκέας δ᾽ οὖν ἐποίησε μηχανῆς τὸ ἄγαλμα εἶναι Διὸς, καὶ Αργείων ἔφη τοὺς ἐπὶ Ιλιον στρατεύσαντας ἐνταῦθα ὀμόσαι παραμένειν πολεμοῦντας, ἐς ὃ ἂν ἢ τὸ Ιλιον ἕλωσιν, ἢ μαχομένους τελευτὴ σφᾶς ἐπιλάβῃ. Quo ritu ea facta ſit, qui ſcire volet, videat Dictyn lib. I. Hæc juramenta reſpexit Sophocles Αἴαντι μαστιγοφόρῳ, apud quem ita Teucer,

Οὐ γάρ τι τῆς σῆς οὕνεκ᾽ ἐστρατεύσατο
Γυναικὸς, ὥσπερ οἱ πόνου πολλοῦ πλέῳ,
Αλλ᾽ οὕνεχ᾽ ὅρκων, οἷσιν ἦν ἐπώμοτος.

Et Φιλοκτήτῃ, ubi ita Neoptolemum affatur Ulyſſes,

Σὺ μὲν πέπλευκας οὔτ᾽ ἔνορκος οὐδενί.

Et Horatius lib. I. Od. XV.

Quam multo repetet Græcia milite,
Conjurata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus.

Thucydides exiſtimat Græcos magis Agamemnonis potentia, quam religione prioris juramenti coactos fuiſſe: verba ejus Συγγραφῆς lib. I. ita habent, Αγαμέμνων τέ μοι δοκεῖ τῇ τότε δυνάμει προὔχων, καὶ οὐ τοσοῦτον τοῖς Τυνδάρεω ὅρκοις κατειλημμένους τοὺς Ελένης μνηστῆρας ἄγων, τὸν στόλον ἀγεῖραι.

208. Παρ᾽ ἄντρα Κερδῴου θεοῦ] Lucri Deum Veteribus habitum Mercurium nemo neſcit, unde & ipſi ſtatuæ cum crumena erigebantur. Codinus, Τοῦ κέρδους αὐτὸν λέγουσι, καὶ Εμπόλαιον τὸν Ερμῆν, ὅθεν τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ἱστῶσι βαστάζον μάρσιππον. Suidas, Κερδῷος θεὸς, ὁ Ερμῆς. ὡς κέρδους ποιητικός. καὶ Αγγελον δὲ αὐτὸν καλοῦσι, καὶ Κλῶπα, διὸ καὶ μάρσιππον αὐτὸν ποιοῦσι βαστάζειν. Hinc *Divitem* dixit Auſonius in Epiſt. ad Paullinum,

Jam nunc per auras Perſei talaribus,
Petaſoque ditis Arcados vectus, vola.

209. Ταύρῳ] Taurum vocat Bacchum, quem taurinis cornibus effingebant Veteres, quia iis poculorum vice utebantur. Nicandri Scholiaſtes Αλεξιφαρμακοῖς, Οἱ παλαιοὶ κέρασιν ἐχρῶντο ἐν τῇ πόσει ἀντὶ τῶν ποτηρίων, ὅθεν καὶ τὸ κεράσαι εἴρηται. ἢ διὰ τὸ ταυρωτικὸν τῶν πινόντων, τουτέστι τὴν ἀπὸ τοῦ οἴνου ἰσχύν. ὁ δὲ Διόνυσος καὶ ταυρόκερως. Feſtus, *Cornua Liberi patris ſimulacro adjiciuntur, quem inventorem vini dicunt, eo quod homines nimio vino truces ſiant.* Apud Cyzicenos, & Argivos Bacchi ſtatua tauri figura erecta fuit. Neque negligendus de cornibus, vicem poculorum uſurpatis, Nonni elegans locus Dionyſ. lib. XII.

Καὶ βοέοις ἀρύοντο κεράεσιν ἀντὶ κυπέλλων
Μέθυ φαινομένων, ὅθεν ὕστερον ἔξετι κείνου
Θέσκελον οὔνομα τοῦτο κεραννυμένῳ πέλεν οἴνῳ.

213. Ιχνος ἐμπλέξας λύγοις] Leonem intelligit Telephum, qui cum Græcis tranſitum per Myſiam interdixiſſet, jamque ad arma deveniſſet, ab Achille ope Bacchi, qui eum vite ſupplantabat, vulnus accepit, quod ſanari non potuit, niſi ab ipſo Achille. Unde Serenus Sammonicus,

Ut Lariſſæa curatus Telephus haſta
Proderit. ——

Alluſum huc quoque ab Ovidio Triſt. lib. I. eleg. I.

Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
Solus Achilleo tollere more poteſt.

Supplantatum vero à Baccho Telephum etiam infra canit,

—— σὺν δὲ δίπτυχοι τόκοι
Μυσῶν ἄνακτος, οὕς ποτ᾽ Οἰνωπὸς δίκην
Γνάμψει Θέτνος γυῖα συνδήσας λύγοις.

Aliter tamen Dictys lib. II. *Infeſtus (Telephus) Ajacem invadit, atque fugatis, quos adverſum ierat, cum obſtinate Ulyſſem inter vineas, quæ loco adjunctæ erant, inſequeretur, præpeditus trunco vitis*

Digitized by Google

tis ruit. Id ubi Achilles procul animadvertit, telo jaculatus femur ſiniſtrum regi transfigit.

215. Κείροντ' ὀδόντι] Dentes ſectores, Græcis τομεῖς, dicuntur anteriores. Artemidorus lib. I. cap. XXXII. Οἱ δ' ἔμπροσθεν, οἱ καλούμενοι τομεῖς, ἐκβληθέντες ἐσθίειν εἰσὶν προσδόξαι διὰ λόγου. Et Jul. Pollux lib. II. Οἱ δ' ὀδόντες τῶν γένυσιν ἐμπεφύκασι δύο καὶ τριάκοντα. ἑκκαίδεκα ἑκατέρᾳ σιαγόνι ἐγγεγομφωμένοι, ὧν οἱ μέσοι τέσσαρες καλοῦνται τομεῖς. Iſidorus *præciſores* vocat Orig. lib. XI. cap. I. Dentium autem alii τομεῖς vocantur, alii κυνόδοντες, alii μύλαι. Latine *Præciſores, Canini,* ſive *Colomelli, & Molares,* qui veteribus Latinis etiam *Genuini* appellati, quod à genis dependerent. Hinc lucem do Arnobio lib. III. dicenti, *Etiam ſequitur ut habeant ſubactionibus ciborum dentes trini generis, atque in officia trina compoſitos.*

216. Λιώσω πύλαι δὲ] Huc pertinet Nerei vaticinium, quod eſt apud Horatium Ode XV. lib. I. Hermogenes quoque lib. Περὶ μεθ. δειν. Ἑλένη τῶν κακῶν αἰτία πᾶσι καὶ Ἕλλησι, καὶ βαρβάροις, καὶ μάλιστα τοῖς Τρωσὶν ὁμολογουμένως κακῶς ἐλήλυθε. Videnda quoque Paridis ad Helenam epiſtola, quæ eſt inter Heroidum Ovidianarum. Accius Telepho, citante Priſciano,

Quantam Tyndareo gnata & Menelai domus
Molem excitarit belli, paſtorque illius. Lego
Ilius.

Ibid. Σπεῖραν ὁλκαίων κακῶν] Lucem huic loco adferunt illa Artemidori lib. III. cap. XXXV. Ἅλυσις σημαίνει καὶ πλοκὴν πραγμάτων ἐκ διδύμων οὐδὲ περιττῶν, πέπλεκται μὲν γὰρ ἐκ πολλῶν, ἐκ διδύμων δὲ τοὺς δεδεμένους ποιεῖ. Plinius lib. II. epiſt. VIII. *Veteribus negotiis nova accreſcunt, nec tamen priora peraguntur: tot nexibus, tot quaſi catenis majus in dies occupationum agmen extenditur.* Hinc *Catenati labores* apud Martialem lib. I. epigr. XII.

Exſpectant curæque, catenatique labores,
Gaudia non remeant, ſed fugitiva volant.

224. Μηδ' Αἰσακείων] Hecuba gravida cum facem ſe, qua tota conflagraret Troja, parere ſomniaſſet, territa Priamo marito ſomnium omne expoſuit, qui Æſacum filium, quem Merops, avus maternus, ſomniorum exponendorum rationem edocuerat, arceſſi ad ſe juſſit: Æſacus vero, re audita, exitium toti Trojæ portendi reſpondit, ac proinde exponendum partum admonuit. Vide Apollodorum lib. III.

225. Νυκτίφοιτα δείματα] Inſomnia vocat νυκτίφοιτα δείματα, quoniam ea noctu graſſentur, hominesque percellant. Cauſſam, ob quam noctu obrepant, ex Peripateticorum ſententia refert Ælianus Var. Hiſt. lib. III. cap. II. his verbis, Οἱ Περιπατητικοί φασι μεθ' ἡμέραν θητεύουσαν τὴν ψυχὴν τῷ σώματι περιπλέκεσθαι, καὶ μὴ δύνασθαι καθαρῶς τὴν ἀλήθειαν θεωρεῖν. νύκτωρ δὲ διαλυθεῖσαν τῆς περὶ τοῦτο λειτουργίας, καὶ σφαιρωθεῖσαν ἐν τῷ περὶ τὸν θώρακα τόπῳ, μαντικωτέραν γίνεσθαι, ἐξ ὧν τὰ ἐνύπνια.

227. Τεφρώσας γυῖα Λημναίῳ πυρὶ] Τεφροῦν Græcorum Latine *Cinefacere* dixit Lucretius. *Lemnium ignem* vocat, quem in Lemno inventum nonnulli volunt, quod tamen falſum. Ἐνταῦθα γὰρ ἀνίενται ἐγγηγενοῦς πυρὸς αὐτόματοι φλόγες, ut ait Heraclides in Allegoriis.

233. Στιφρῷ τυπέντα κλεῖδας εὐάρχῳ μύλῳ] Lege ex emendatione CL. V. Joſephi Scaligeri τυπέντα. Optime autem illuſtrant Lycophronem illa Ovidii Metamorph. VII.

—— pavor occupat illum,
Ante oculoſque natant tenebræ, retroque ferenti
Averſos paſſus medio lapis obſtitit arvo, (lego *armo*)
Quem ſuper impulſum reſupino corpore Cycnum
Vi multa vertit, terræque afflixit Achilles.

Qualia vero fuerint ejus ævi ſaxa, diſce ex Juvenalis Sat. XV.

Saxa inclinatis per humum quæſita lacertis
Incipiunt torquere, domeſtica ſeditione
Tela, nec hunc lapidem, quales & Turnus, & Ajax,
Vel quo Tydides percuſſit pondere coxam
Æneæ, ſed quem valeant emittere dextra
Illis diſſimiles, & noſtro tempore natæ;
Nam genus hoc vivo jam decreſcebat Homero.

Virgilius Æneid. XII.

—— Saxum circumſpicit ingens,
Saxum antiquum, ingens, campo qui forte jacebat
Limes agri poſitus, litem ut diſcerneret arvis,
Vix illud lecti bis ſex cervice ſubirent.

Eſt vero μύλος lapis molæ ſuperior, qui etiam ὄνος nuncupabatur: inferior vero μύλη. Latinis veteribus μύλος, ſive ὄνος, dictus *Catillus,* μύλη autem *Meta.* Ammianus lib. XVII. *Diuque penſilis, hominum millibus multis tanquam molendarias rotantibus, cavea locatur in media, eique ſphæra ſuperponitur ahena, &c.* Et *Machina.* Unde *machinale pondus* apud Auſonium pro mola,

Cui ſubjugabo de molarum ambagibus,
Qui machinali ſaxa volvunt pondere.

Et *machinaria mola* Apuleio Mileſ. VII. *Protinus uxor ejus, avara quidem nequiſſimaque illa mulier, molæ machinariæ ſub jugum me dederat.* Alias *Machina* non tam pro lapide, quam pro ipſa mola poſita. Idem Madaurenſis libro citato, *Mihi vero per diem laborioſæ machinæ attento ſub ipſa veſpera furfures apponebat incertos ac ſordidos, multoque lapide ſalebroſos.* lib. IX. *Nec die tantum, verum perpeti etiam nocte, prorſus inſtabili machinarum vertigine lucubrabant pervigilem farinam.* Poſtea, *Helcio ſparte dimoto nexu machinæ liberatum applicant præſepio.* Item paullo ante, *Quanquam frequenter, cum inter homines agerem, machinas ſimiles circumrotari vidiſſem.* Aſinis autem iſtis machinariis (ut hoc obiter dicam,) oculos velabant, ad amoliendum capitis vertiginem, qui mos etiamnum tenet. Colligo ex Apuleio ibidem, *Die ſequenti molæ, quæ maxima videbatur, matutinus adſtituor, & illico velata facie propellor ad incurva ſpatia flexuoſi canalis, ut in orbe termini circumfluentis reciproco greſſu, mea recalcans veſtigia, vagarer errore certo.*

234. Αὐλωτῆρος ψυδραῖσι φήμαις] Plutarchus Ἑλληνικοῖς, Τῆς μητρυιᾶς τὸν Τέννην διαβαλλούσης, ὡς βουλόμενον

αὐτῷ συγγενέσθαι, Μόλπος ὁ αὐλητὴς ψευδῆ κατεμαρτύρησεν αὐτοῦ. Heraclides de Rebuſp. Λέγεται δὲ, καταψευσαμένης αὐτοῦ τῆς μητρυιᾶς, καταμαρτυρήσαντος αὐλητοῦ τινὸς, βιάζεσθαι (malim βιάσασθαι) ταύτην, εἰς λάρνακα ἐμβληθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς Κύκνου, καὶ εἰς θάλασσαν ῥιφεὶς, διασωθῆναι πρὸς τὴν νῆσον, διὰ τὸ καταψεύσασθαι τὸν αὐλητὴν, οὐδὲ νόμιμον εἰς τὸ ἱερὸν αὐλητὴν εἰσιέναι. Stephanus in Τένεδος, Καὶ παροιμία, Τενέδιος αὐλητὴς, ἐπὶ τῶν τὰ ψευδῆ μαρτυρούντων. Τὸν γὰρ αὐλητὴν ἡ Φιλονόμη πρὸς Κύκνον ἤγαγε μαρτυροῦντα, ὅτι Τέννης αὐτὴν ἤθελε βιάσασθαι.

235. Λαρνακοφθόρους ῥιφάς] Cycnus, mortua priore uxore Proclea, ex qua Tenum, & Hemitheam (quam alii Leucotheam) ſuſcepit, Philonomen (alii Polybeam) duxit, quæ cum capta amore Teni eum de ſtupro compellaſſet, atque ille detrectaret, apud patrem eum accuſavit, tanquam vim inferre voluiſſet, qui credens illico arreptum in arca concluſum in mare projecit: Neptunus vero miſertus tum propter pietatem, tum quia nepos eſſet, arcam ad Leucophryn inſulam appulit, ubi Tenus ab incolis benigne exceptus, & pro rege habitus eſt, ſuoque de nomine inſulam Tenedum nuncupavit. Hiſtoriam narrat Homeri Scholiaſtes Iliad. α΄. Plutarchus Ἑλληνικοῖς Tenum cum ſorore in Tenedum profugiſſe commemorat. Vide præterea Heraclidem de Rebuſpublicis.

239. Χηλῷ κατεδρύφαξε διπτύχους γονάς.] Lycophron utroſque Cycni liberos arcæ incluſos memorat, alii ſolum Tenum. Mos vero veteribus, eos, quos ſupplicio afficere vellent, in ſubterraneo ſpecu, aut arca, aut alio aliquo loco concavo concludere, parum alimenti appoſito, ne fame necare viderentur, quod nefas habebatur. Hinc apud Sophoclem Ἀντιγόνῃ,

> Χο. Μόρῳ δὲ ποίῳ καί σφε βουλεύει κτανεῖν;
> Κρ. Ἄγων ἔρημος ἔνθ' ἂν ᾖ βροτῶν στίβος,
> Κρύψω πετρώδει ζῶσαν ἐν κατώρυχι,
> Φορβῆς τοσοῦτον, ὡς ἄγος μόνον, προθεὶς, (lego προσθεὶς)
> Ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγοι πόλις.

Demetrius Triclinius, Ἔθος ἦν παλαιὸν βουλομένους καθειργνύναι τινὰ ἀφοσιοῦσθαι, καὶ βραχύ τι τιθέναι βορᾶς, καὶ γὰρ ὑπενόουν καθάρσιον τὸ τοιοῦτον εἶναι. τοῦτο δὲ ἐποίουν, ἵνα μὴ δοκῶσι λιμῷ ἀναιρεῖν, τοῦτο γὰρ ἀσεβές. Obſervare quoque eum morem eſt in Theocriti Θαλυσίοις, in his verſibus,

> Ἀσεῖ δ' ὥς ποκ' ἔδεκτο τὸν αἰπόλον εὐρέα λάρναξ
> Ζωὸν ἐόντα, κακῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ἄνακτος.
> Ὥς τέ νιν αἱ σιμαὶ λειμωνόθε φέρβον ἰοῖσαι
> Κέδρον ἐς ἁδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσσι μέλισσαι,
> Οὕνεκά οἱ γλυκὺ Μοῖσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ.

Hinc etiam illuſtro Arnob. lib. v. *Cujus nana ſpeciem contemplata regis Sangarii fluminis filia carpit mirans, atque in ſinu reponit: fit ex eo prægnans, tanquam vitiatam claudit pater, & curat ut inedia moriatur.*

241. Μνήμων ἐφίλμας] Olim Heroibus varii ſubmonitores adhibebantur, quo modo etiam Achilli Phœnix, qui hoc loco μνήμων ideo à Lycophrone appellatur, cui etiam à Symmacho lux, qui lib. III. epiſt. XIII. ita ait, *Nullam certe Neſtor tertiæ ætatis ſuæ ſeculo militiæ vacationem popoſcit, nec Achilli excuſavit ætatis ſuæ frigus Phœnix monitor.* Latinus Pacatus in Panegyrico, *Sanctæ Tybris, quondam hoſpitis monitor Æneæ, mox Romuli conſervator expoſiti.* Statius Sylv. lib. v. in Epicedio Patris,

> *Hinc tibi vota Patrum credi, generoſaque pubes*
> *Te monitore regi, mores & facta priorum*
> *Diſcere.* ———

Tertullianus Apologetici cap. xxx. *Illuc ſuſpicientes Chriſtiani manibus expanſis, quia innocuis; capite nudo, quia non erubeſcimus; denique ſine monitore, quia de pectore oramus.* Idem omnino munus Epytidæ apud Virgilium Æneid. v.

> *At pater Æneas, nondum certamine miſſo,*
> *Cuſtodem ad ſeſe comitemque impubis Iuli*
> *Epytiden vocat, & fidam ſic fatur ad aurem.*

Delecti ad eam rem non niſi viri moribus, & ætate graves. Parthenius Erot. VI. Ἐπεὶ ὅτι τροφὸς αὐτῆς ἀναπυνθανομένου, καὶ ἐγγὺς τὸ πάθος, τῇ μὲν θαρρεῖν παρεκαλεῖτο, ὡς ἢ βούλεται ταύτῃ τοῦ πράγματος χωρήσοντος. Apulejus Mil. x. *Et magnam domus cladem ratus indigere conſilio pleniore, ad quendam compertæ gravitatis ſenem educatorem* (ita conſtituo ea verba) *protinus refert.* Val. Flaccus lib. I.

> *Æſonides, feſſum Phylace quem miſerat ævo,*
> *Non jam operum in partem, monitus ſed tradat ut acres.*

Æſchylo etiam Prometheo μνήμονες Ἐριννύες dicuntur, quæ pœnarum terrore homines ad benefaciendum moneant. Alias vero μνήμονες apud Dorienſes dicebantur, qui *Metatores* apud Romanos. Vide Plutarchum Συμποσ. lib. I. quæſt. I. Quod Mnemonem quendam hic comminiſcitur nobis Scholiaſtes, more ſuo facit, id eſt, ineptit.

Ibid. Ἀλλὰ ληθάργῳ σφαλεὶς] Lethargus morbus notiſſimus. De eo ita Ser. Sammonicus,

> *Denique nonnunquam ſomno ſic membra gravantur,*
> *Ut conjungatur leto ſopor altus acerbo.*

Vide Celſum lib. XXIII. cap. XX. & Plinium lib. XXIV. cap. IX. Lycophron pro oblivione poſuit, efficientem pro effecto.

245. Ὅταν Πελασγὸν ἅλμα] Fertur Achilles tanto impetu in terram deſiliiſſe, ut fontem iſto ſuo ſaltu ederet. Id ipſum quatuor ſequentibus verſibus deſcribit Lycophron. Meminit ejus rei Euripides Ἀνδρομάχῃ, & Juſtinus Martyr in Orat. ad Græcos, his verbis, Αὐτὸς δὲ ὁ Πηλείδης ὁ ποταμὸν πηδήσας, Τροίαν καταστρέψας, Ἕκτορα χειρωσάμενος. Πολυξένης ὁ ἥρως ὑμῶν δοῦλος ἦν, ὑπὸ Ἀμαζόνος νεκρᾶς νενίκηται. Ubi loci, ὁ ποταμὸν πηδήσας, vertendum erat, *qui fluvium ſaltu excitavit.* Et ſane errant doctiſſimi viri Henr. Stephanus, & Frid. Sylburgius.

249. Ὀρχηστὴς Ἄρης] Martem ὀρχηστὴν dici exiſtimaverim, quia πυρρίχη erat ὄρχησις ἐνόπλιος, cui reſpondet Romanorum *bellicrepa ſaltatio*, quando cum armis ſaltabant, ut eſt apud Feſtum, & Quintil. lib. I. cap. XII. de eadem illa verba Agathiæ lib. I. Τερχάζων τι ἀναγυρίζων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἵππων ἐν κόσμῳ ἀναπάλλεσθαι, ὥς τι πυρρίχην τινὰ

ἐνόπλιον

ἐνόπλιον περιδινεῖσθαι, καὶ θαμεὶ τῇ σάλπιγγι καταβομβεῖσθαι τὸ ἐνόπλιον ἐπιχεούσῃ &c. Heliodorus Æthiop. lib. III Τὰς Παρθενικοὺς χορὺς, τὰς αὐλητρίδας, τὸ ἐνόπλιον τῶν ἐφήβων τε καὶ πυῤῥίχιον ὄρχησιν &c. Elegantiſſime depingit Apulejus Milel. x. *Puelli puellæque virenti florentes ætatula, forma conſpicui, veſte nitidi, inceſſu geſtuoſi, Græcanicam ſaltantes pyrricham, diſpoſitis ordinationibus decoros ambitus inerrabant: nunc in orbe rotarum flexuoſi, nunc in obliquam ſeriem connexi, & in quadratum patorem cuneati, & in catervæ diſſidium ſeparati. At ubi diſcurſus reciproci multimodas ambages tubæ terminalis cantus explicuit, aulæo ſubducto, & complicitis ſiparis, Paridis ſcena diſponitur, &c.* Fuit etiam *Troja* nominata. Virgil. Æneid. v.

Trojaque nunc, pueri, Trojanum ducitur agmen.

Servius, *Ludus ipſe, quem vulgo Pyrricham appellant, Troja vocatur.* Feſtus, *Troja, & regio Priami, & luſus puerorum equeſtris dicitur.* Euripides quoque Andromacha Τρωϊκὸν πήδημα appellat. De ſaltationum autem nominibus, ut & de generibus, dividiæ inter Auctores. Vide interpretem Sophoclis ad Ajacem, Ariſtophanis ad Nubes, Ulpianum ad Olynthiacam II. & Jul. Pollucem lib. IV. cap. IV. Emendandus vero obiter Sophoclis interpres, Τῶν δὲ ὀρχήσεων ἡ μὲν Βερεκυνθιακὴ λέγεται, ἡ δὲ Κρητικὴ, ἡ δὲ Πυῤῥίχη. Nam male legitur ἡ δὲ Κρητικὴ, ἡ καὶ Πυῤῥίχη, quod falſum, ſiquidem Κρητικὴ erat Corybantiaca, ſive Gnoſia, Πυῤῥίχη vero ἐνόπλιος. Poteris nihilominus ὀρχηστὴν interpretari τὸν ἀλλοπρόσαλλον. Ant qui in nuptiis Cadmi, & Harmoniæ filiæ ſine armis nudus ſaltavit. Nonnus Dionyſ. lib. quinto,

—— πατὴρ δ' ὑπὸ χάρματι κύρης
Γυμνὸς ἄτερ σακέων ὠρχήσατο μείλιχος Ἄρης.

250. Στρόμβῳ τὸ αἱματηρὸν ἐξάρχων νόμον] Notum eſt veteres, ignoto tubarum uſu, conchis uti conſueviſſe. Heſychius, Κόχλοις τοῖς θαλαττίοις ἐχρῶντο πρὸ τῆς τῶν σαλπίγγων εὑρέσεως. ita emendo, nam male antea Κόχλος, τοῖς θ. Hinc Theocritus Διοσκ.

Ἦ ῥ' Ἄμυκος, καὶ κόχλον ἑλὼν μυκήσατο κοῖλον,
Οἱ δὲ θοῶς συνάγερθεν ὑπὸ σκιερᾶς πλατανίστου
Κόχλῳ φυσηθέντος. ——

Virgilius,

Sed tum forte cava cum perſonat æquora concha.

Ovidius,

Cæruleum Tritona vocat, conchaque ſonanti
Inſpirare jubet, fluctuſque & flumina ſigno
Jam revocare dato. ——

Tertulliano hinc lucem do lib. de Pallio, *Adhuc maris conchæ & buccinæ peregrinantur in montibus, cupientes Platoni probare etiam ardua fluitaſſe.* Huc referendum etiam Theognidis ænigma illud priſcum conchæ in militia uſum exprimens,

Ἤδη γάρ με κέκληκε θαλάσσιος οἴκαδε νεκρὸς
Τεθνηκὼς, ζωῷ φθεγγόμενος στόματι.

252. Πέφρικε δ' ὥστε λαῖον γύας λόγχαις ἀποστίλβοντες] Eodem modo Ennius Annal. lib. VIII.

—— *Stant pulvere campei.*

*

Haſtatei ſpargunt haſtas, fit ferreus imber.

*

Denſantur campis horrentia tela virorum.

* *

Horret ager, campeique armis ſublimibus ardent.

Et in XIV.

Horreſcit telis exercitus aſper utrinque.

Item in Erechtheo,

Arma arrigunt, horreſcunt tela.
Sparſis haſtis longis campus ſplendet, & horret.

Homerus,

Ἔφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσι
Μακρῇς, ἃς εἶχον ταμεσίχροας. ——

Virgilius,

—— *tum ferreus haſtis*
Horret ager. ——

261. Πυρφόροι χθὼν διαχεῖται] Simili phraſi dixit Virgilius Æneid. lib. I.

—— *verſa pulvis inſcribitur haſta.*

Sidon. lib. II. in Epiſtola quadam ad Domitium, *Mundus incanduit, glacies Alpina deletur, & hiulcis arentium rimarum flexibus terra perſcribitur.* Nonnus Dionyſ. lib. III.

Ἰδαίην ἀργῆσει διαγράψας κόνιν ὁλκῷ.

Plautus,

Corpus tuum virgis ulmeis inſcribam.

Achillem vero mortui Hectoris corpus currui alligatum circumvectantem eleganter aquilam vocat, alludens ad veterum conſuetudinem, qui reges, & viros principes poſt mortem ab aquila vehi fingebant. Artemidorus lib. II. cap. XX. Ὀχεῖσθαι ἀετῷ βασιλεῦσι μὲν, καὶ μεγιστᾶσι, καὶ πλουσίοις ἀνδράσιν ὄλεθρον μαντεύεται. ἔθος γὰρ παλαιὸν ἀποθνήσκοντας τούτους πλάσσειν τε, καὶ γράφειν ἐπ' αὐτῶν ὀχουμένους, καὶ διὰ τῶν τοιούτων δημιουργημάτων τιμᾶν. Hinc forte nata Romanorum conſuetudo, qui, cremato Imperatoris corpore, aquilam emittebant, quæ in cœlum animam principis deferre credebatur. Qua de re eſt apud Herodianum lib. IV. Poſtea ait,

Ἀμφὶς βοῶντας χαμαὶ δὲ οἰωνοί.

Similiter Sat. I. Juvenalis de malefico per arenam tracto,

Et latum media ſulcum deducit arena.

265. Πτώου τε πατρὸς] Apollinis Hector, non Priami, putatus quibuſdam. Homeri Scholiaſtes Iliad. tertia, Πορφύριος ἐν τοῖς Παραλελειμμένοις φησὶν, ὅτι τὸν Ἕκτορα Ἀπόλλωνος υἱὸν παραδίδωσιν Ἴβυκος, Ἀλέξανδρος, Εὐφορίων, καὶ Λυκόφρων. Forte ea ratione, qua à veteribus heroes omnes Deorum filii nuncupabantur. Hierocles in Comment. ad Χρυσᾶ ἔπη Pythagoræ, Θεῶν παῖδες οἱ ἥρωες εἰκότως ἐπιφημοῦνται, οὐκ ἐκ θνητῆς οὐσίας αὐτοὶ γενόμενοι, ἀλλ' ἐκ τῆς μονοειδοῦς αὐτῶν αἰτίας προϊόντες, οἷον φῶς τῇ οὐσίᾳ τοῦ φωτεινοῦ σώματος συνδρομον. Emendabis vero obiter Etymologicum, ubi male legitur τῶν φιλτάτων, quod ab doctiſſimo Sylburgio non animadverſum.

269. Λαβὼν δὲ ταύρου τοῦ πεφασμένου λύτρον] Taurum occiſum vocat Hectorem, quem Priamus redemit auro. De ejus redemptione vide Homerum Iliad. ω'. & Theonis Sophiſtæ Παραδείγματα. Meminit quoque Theoph. Simocratus in Epiſt. quadam, Ἠλίθιε καὶ Πρίαμος ὁ τὸ Θι-

πέδῳ παῖς, καὶ πολλῶν γὰρ ἐχθρῶν ὁ τοῦ Πηλέως ἠχμώτο, καὶ δίδωσι τῷ πατρὶ τεθνηκότα τὸν παῖδα, δυστυχεστάτῳ φιλοτιμούμενος δώρῳ τὸν Πρίαμον. Et Lactant. lib. III. *Scilicet aurum pendere debuit, tanquam pro mortuo Hectore.*

270. Σκαθρῷ ταλάντῳ χρυσίνης ἠρτημένον] Ita ſolebant veteres. Homeri Schol. Iliad. ν'. Μηδέπω νομισμάτων ὑπαρχόντων, σταθμῷ ἐδίδοσαν οἱ ἀρχαῖοι χρυσίον, καὶ ἀργύριον, καὶ τὰ παραπλήσια. Idem mos Romanis priſcis. Æl. Donatus Phorm. Act. I. Sc. I. *Unciatim. Cum expenſa pecunia ferretur more veterum, non, ut nunc, annumeraretur.* Perſii Interpres vetus Sat. II. *Solebat* (æs) *penſari potius, quam numerari.* Feſtus, *Æs penſantes expendebant, non adnumerabant.* Iſidorus Orig. lib. X. *Prius qui dabant pecuniam, non numerabant eam, ſed appendebant.* Ea propter trutina in æde Saturni poſita fuit, moris antiqui veſtigium. Varro de L. L. lib. IV. *Per trutinam ſolvi ſolitum, veſtigium etiam nunc manet in æde Saturni, quod ea etiam nunc propter penſuram trutinam habet poſitam.*

273. Κρατῆρα Βάκχου δώσεται] Homeri Scholiaſtes Iliad. χ'. Διόνυσος Ἥφαιστον γενόμενον ἐν Νάξῳ μιᾷ τῶν Κυκλάδων ξενίσας, ἔλαβε παρ' αὐτοῦ δῶρον χρύσεον ἀμφορέα. διωχθεὶς δὲ ὕστερον ὑπὸ Λυκούργου, καὶ καταφυγὼν εἰς θάλασσαν, φιλοφρόνως αὐτὸν ὑποδεξαμένης Θέτιδος, ἔδωκεν αὐτῇ τὸν ἀμφορέα, ὁ δὲ τῷ παιδὶ ἐχαρίσατο, ὅπως μετὰ θάνατον ἐν αὐτῷ ἀποτεθῇ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ. quæ verba optime hunc Lycophronis locum exponunt. Eſt autem hic crater inter aſtra poſtea relatus: Macrobius in Somn. Scip. lib. I. cap. XII. *Arcani hujus indicium eſt crater Liberi patris ille ſidereus in regione, quæ inter Cancrum eſt & Leonem, locatus, &c.*

274. Νύμφαισιν, αἳ φίλαντο Βηφύρου γάνος] Nymphas amare Bephyri fluenta ait, quia eæ fluminum omnium præſides credebantur. Servius Eclog. I. *Omnibus aquis Nymphæ ſunt præſidentes.* Vide Porphyrium lib. de Nympharum antro. Itaque quicunque fluvium tranſituri, eum adorabant, & manus lavabant. Heſiodus lib. II.

Μηδέ ποτ' ἀενάων ποταμῶν καλλίρροον ὕδωρ
Ποσσὶ περᾶν, πρίν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα,
Χεῖρας νιψάμενος πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ.

Militares copiæ ſacrificabant, atque id vocabant θύειν τὰ διαβατήρια. Neque Romani Petroniam amnem in Tiberim defluentem inauſpicato tranſibant, & *Peremne auſpicari* dicebant. Feſtus, *Peremne auſpicari dicebant, qui omnem aquam, quæ ex ſacro oritur, auſpicato tranſit.* Vide eundem in *Petronia.*

276. Ος προὐδιδαγμένον πότμον] Hiſtoriam, quam Lycophron innuit, narrat Homeri Interpres Iliad. α'. Λέγεται τὴν Θέτιν παρὰ Διὸς μαθεῖν περὶ Ἀχιλλέως, ὅτι εἰ μὲν μείνῃ ἐν τῇ Φθίᾳ μὴ συμπλεύσας Ἕλλησιν εἰς τὴν Ἴλιον, πολλὰ μὲν ἔτη αὐτῷ ζῶν, ἄδοξος δέ. εἰ δὲ συνέλθοι αὐτοῖς, ἔσται ὀλιγοχρόνιος μὲν, ἀλλ' ἀοίδιμος καὶ εὐκλεής. ὅθεν ὡς προειδυῖα ἡ Θέτις τοῦτο, ἦν αὐτὸν παρακατατιθεμένη εἰς τὰς Λυκομήδους παρθενῶνας ὡς κόρην ἐν τῇ Σκύρῳ. Philoſtratus junior in Imaginibus, Τὸ γάρ τοι Μοιρῶν ἐπὶ τῷ παιδὶ δόγμα παρὰ τοῦ πατρὸς Νηρέως ἡ Θέτις μαθοῦσα, καὶ ὡς ἐπ' ἄμφω πεπρωμένον αὐτῷ εἴη, ἢ ζῆν ἀκλεῶς, ἢ εὐκλεῶ γενόμενον τάχιστα τελευτᾶν, ὑπόθετος αὐτῇ ὁ παῖς ἔσω τῶν Λυκομήδους θυγατέρων ἐν Σκύρῳ κρύπτεται, κόρη μὲν εἶναι δοκῶν ταῖς ἄλλαις. Tertullianus lib. de Pallio, *Naturam concuſſit Lariſſæus heros in virginem mutando, ille ferarum medullis educatus, unde & nominis conſilium.* Apud Statium Papinium in Achilleide ſic Scyrum alloquitur Thetis,

Chara mihi tellus, magnæ cui pignora curæ,
Depoſitumque ingens timido commiſimus aſtu,
Sis felix, taceaſque, precor, quo more tacebat
Creta Rheæ, te longus honos, æternaque cingent
Templa, —— & quæ ſequuntur.

Horatius Carm. lib. I. Od. VIII.

Quid latet, ut marinæ
Filium dicunt Thetidis ſub lacrymoſa Trojæ
Funera, ne virilis
Cultus in cædem, & Lycias proriperet catervas?

Theon in Paradigm. Ὁ δὲ γενναῖος Ἀχιλλεὺς πολλὰ φράσας χαίρειν ὅπλοις, καὶ τῇ δόξῃ τῆς πατρίδος, εἰς Σκῦρον καταφεύγει, καὶ εἰς παρθενῶνα κατάδυ, καὶ τὴν φύσιν ἔκρυψε τῷ σχήματι, κόρη δοκεῖν εἶναι βουλόμενος. Vide etiam Hygini Fab. XCVI. Apollodorum lib. III. Johan. Tzetzen Chil. IV. Hiſt. XVI. Philoſtratus Ἡρωϊκοῖς commentitium exiſtimat.

280. Οἷον κίον' ἀϊστώσας δόμων] Hectorem κίονα vocat eleganter Poeta noſter,

Στύλοι γὰρ οἴκων παῖδές εἰσιν ἄρσενες,

ut ait Euripides. Inde Apulejum illuſtro Mileſ. VII. *Sed uxor ejus Plotina, quædam raræ fidei, atque ſingularis pudicitiæ fæmina, quæ decimo partûs ſtipendio viri familiam fundaverat.* Item Statium Papinium Sylv. lib. IV. in carmine ad Maximum,

Sed damus lento veniam, quod alma
Prole fundaſti vacuos penateis.
O diem lætum! venit ecce nobis
Maximus alter.

Et Thebaid. lib. I.

Hic ſexus melioris inops, ſed prole virebat
Fæminea, gemino natarum pignore fultus.

Huc pertinet Artemidori illa lib. II. cap. X. Κίονες δὲ καθαροὶ τινὲς γινόμενοι, καὶ μὴ διαφθειρόμενοι, τὰ τέκνα σημαίνουσι τοῦ ἰδόντος ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ λαμπρότερον μεταβῆναι, οἱ δὲ συντριβόμενοι, τὸν ὄλεθρον σημαίνουσι. Afranius in Privigno etiam mulierem *firmamentum* appellat ſimillimo modo,

Uxorem quæris firmamentum familiæ?
Scias abeſſe ab iis luſtris ingenium procul.

Lycophronis huic loco ſimilis plane Pindari is Olympion. Od. II. dum inquit,

Ἀχιλλέα τ' ἔνεικ', ἐπεὶ
Ζηνὸς ἦτορ λιταῖς ἔπεισε, μάτηρ.
Ὃς Ἕκτορ' ἔσφαλε, Τροίας
Ἄμαχον, ἀστραβῆ κίο-
να. ——

Simili modo in Cantico Canticorum Angeli *columnæ* nuncupantur. Mox vocat Hectorem ἔρεισμα πάτρας, quemadmodum Pindarus ſæpe victores ſuos. Cur autem homines columnæ aſſimilentur, hæc eſt cauſſa, in ædibus priſci ævi erant effigies, quæ columnas earum fulcirent, ut auctor eſt Vitruvius: eæ à Græcis ἄτλαντες, à Latinis *Telamones* dictæ fuerunt.

Verba

Verba hæc ſunt lib. VI. cap. X. *Item ſi qua virili figura ſigna mutulos, aut coronas ſuſtinent, noſtri telamones appellant, cujus rationes, quid ita, aut quare, ex hiſtoriis non inveniuntur, Græci vero eos* ἄτλαντας *vocitant, Atlas enim hiſtorice formatur ſuſtinens mundum.* Atque ἄτλαντες quidem, quia fabricabantur ad effigiem Atlantis, cœli columnam ſuſtinentis. Eleganter Æſchylus Prometheo,

> Οὐ δῆτ', ἐπεί με καὶ κασιγνήτου τύχαι
> Τείρουσ' Ἄτλαντος, ὃς πρὸς ἑσπέρους τόπους
> Ἕστηκε κίον' οὐρανοῦ τε, καὶ χθονὸς,
> Ὤμοις ἐρείδων ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον.

Nuncupabantur autem iſti telamones gibboſi, *quod ita fierent*, (ut ait Servius) *ut gibboſos imitentur, dum onera ſuſtinent.* Martialis hinc eſt capiendus,

> —— *ridetur Atlas cum compare gibbo.*

Ait vero Vitruvius ἄτλαντας *telamones* dici, ut & Gloſſarium, *Telamo*, Αγλασο ὄρος. Emendo Ἄτλας τὸ ὄρος, quod & in Critico monui. Id ab Ennio profectum docet Servius lib. I. Æneid. Vel poteſt ejus aſſimulationis hæc cauſſa videri, quod olim columnas pro ſimulacris ponere conſueverint. Clemens Strom. I. Πρὶν γοῦν ἀκριβωθῆναι τὰς τῶν ἀγαλμάτων σχέσεις, κίονας ἱστάντες οἱ παλαιοὶ, ἔσεβον τούτους, ὡς ἀφιδρύματα τοῦ θεοῦ.

288. Καλῶν ἐπ' εὐχαῖς πλεῖστα Φύξιον Δία] Appellat Φύξιον Δία, qui aliter Ἀποτρόπαιος, Latinis *Averruncus*, & *Prodigialis* : & *Averrunci* dii omnes. Gloſſæ, Θεὸς ἀποτρόπαιος. *Auruncus.* Eædem, *Auruncus*, Θεὸς ἀποτρόπαιος. *Deos depellentes* dixit Perſius Sat. V. & *Deos avertentes* Tarquitius apud Macrob. lib. III. cap. XX. Appoſite autem Jovem prædicit invocandum Græcorum exercitui, quippe cui etiam poſt reportatam victoriam ſimulacrum ſtatuebant, ut eſt apud Scholiaſten Euripidis, Phœniſſis.

291. Καὶ συνεργὸν χαρακτὴ πτέρυξ] Palos hos *Cervos* Romani appellabant. Solebant vero illos caſtris ad munitionem præfigere. Meminit eorum Virgilius in Eclogis,

> *Atque humiles habitare caſas, & figere cervos.*

Tibullus lib. IV.

> *Nam te non alius belli tenet aptius artes,*
> *Qua deceat tutam caſtris præducere foſſam,*
> *Qualiter adverſos hoſti defigere cervos,*
> *Quemve locum ducto melius ſit claudere vallo.*

Mentio eorum etiam apud Julium Cæſarem, Commentariis de Bello civili, & Gallico.

293. Ὡς μέλισσαι συμπεφυρμέναι καπνῷ.] Apes terreri fumo ſciunt ii, qui alvearia curant. Sed natum iſtum morem non hodie, neque heri, teſtatur Virgilius Georg. lib. IV.

> —— *fumoſque manu prætende ſequaces.*

Inde ait Quintilianus Declamat. XIII. de Apibus veneno enectis loquens, *Hoc tu damnum intelligis, hoc veneno vindicas, quod mehercule inhumane etiam fumo prohibuiſſes?* Apollonius lib. II.

> Ὡς δὲ μελισσάων σμῆνος μέγα μηλοβοτῆρες,
> Ἠὲ μελισσοκόμοι πέτρῃ ἔνι κνώσσουσιν,
> Αἱ δ' ἤτοι τείως μὲν ἀολλέες ᾧ ἐνὶ σίμβλῳ
> Βομβηδὸν κλονέουσιν, ἐπειὴ δὲ λιγνυόεντι
> Καπνῷ τυφόμεναι πέτρης ἑκὰς ἀΐσσουσιν.

Ammianus lib. XVIII. *In domo Barbationis, pedeſtris militiæ tunc rectoris, examen apes fecere perſpicuum. Superque hoc prodigiorum gnaros ſolicite conſulenti, diſcrimen magnum portendi reſponſum eſt, conjectura videlicet tali, quod hæ volucres poſt compoſitas ſedes, opeſque congeſtas, fumo pelluntur, & turbulento ſonitu cymbalorum.* Teſtatur idem Ariſtoteles, in Hiſtoria animalium. Huc pertinent illa Ulpiani lib. IX. Diſputat. D. ad Legem Aquiliam, *Si quis fumo facto apes alienas fugaverit, vel etiam necaverit, magis cauſſam mortis præſtitiſſe videtur, quam occidiſſe, & ideo in factum actione tenebitur.* Idem lib. XVIII. *Si cum apes meæ ad tuas advolaſſent, tu eas exuſſeris, legis Aquiliæ actionem competere Celſus ait.* Quem locum indicavit mihi amiciſſimus meus Scriverius. Dicebantur autem apud veteres Græcos (libet enim hoc nunc dicere, quia in id vocabulum incidi) μέλισσαι etiam animæ. Porphyrius lib. de Nymph. antro, Καὶ ἔτι γε μᾶλλον νύμφας ταῖς ψυχαῖς, ἃς ἰδίως μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, ἡδονῆς οὔσας ἐργαστικάς. ὅθεν καὶ ὁ Σοφοκλῆς οὐκ ἀνοικείως ἐπὶ τῶν ψυχῶν ἔφη, Βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος, ἔρχεταί τ' ἄλλη. Sic viciſſim Quintilianus apes *Animas* vocat, loco citato, *Animum meum extinctæ unius horæ momento tot animæ movent, quot perierunt de me bene meritæ.*

306. Μήνης ἑλίσσων κύκλον] Veteres Græci ad Lunæ curſum menſtruum tempus metiri ſolitos innuit hoc loco Lycophron, quod notum ex Ariſtophanis, Nicandrique Interpretibus, & Cenſorino. Item Macrobio Saturn. lib. I. cap. XVI. Theodoretus de Provid. Serm. I. Τοῦ δὲ μηνὸς ἐκ τῆς σελήνης τὸ μέτρον λαμβάνομεν, ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τῆς προσηγορίας μετέλαχεν, μήνην γὰρ ὀνομάζουσι τὴν σελήνην. Imitati eos etiam veteres Latini. Sequentes tamen ad Solis curſum omnia tempora dimetiebantur, teſte Macrobio, loco citato. Id ipſum deſignans Virgilius dicit,

> ——— *vos, ô clariſſima mundi*
> *Lumina, quæ cœlo labentem ducitis annum,*
> *Liber, & alma Ceres.* ———

309. Πυρφόρῳ βαλὼν ἴυγγι τόξων] Eleganter ſagittas tribuit Troilo, amaſio Achillis, nam etiam hominis forma amantem lædit, unde & Cupidini tela affingunt Poetæ. Xenophon Ἀπομν. α'. Ἴσως δὲ καὶ οἱ Ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι καὶ πόρρωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσι. Phurnutus, Τοξότης δὲ (ὁ Ἔρως ἐστὶ) ἐπεὶ πληγῇ τινὶ ὅμοιον ἀπὸ τῆς προσόψεως οἱ ἁλισκόμενοι αὐτῷ πάσχουσιν. Ariſtænetus lib. I. Ὁ Ἔρως οὐ μετρίως ἐνέτεινε τὴν νευρὰν, ὅτι καὶ τορωτάτη πέφυκεν ἡ τοξεία, ἀλλ' ὅσον εἶχεν ἰσχύος προσελκύσας τὰ τόξα, σφοδρότατα ἐνῆκε τὸ βέλος. Vide Moſchi Ἔρωτα δραπέτην.

312. Πρὸς τοῦ δαμέντος] Heſiodus in Theogonia de Amore,

> ——— —— πάντων ἀνθρώπων
> Δάμναται ἐν στήθεσσι νόον, καὶ ἐπίφρονα βουλήν.

Muſæus,

> Ἄνδρα γὰρ αἰολόμητις Ἔρως βελέεσσι δαμάζει,
> Καὶ πάλιν ἀνέρος ἕλκος ἀκέσσεται. οἷσι δ' ἀνάσσει
> Αὐτὸς ὁ πανδαμάτωρ βελεσφόρος ἐστὶ βροτοῖσιν.

319. Ἰν' ἅλμα πίπτει] Ili ſepulcrum intelligit, quod

Ἐν πεδίῳ Σιμόεντος ———

fuiſſe canit Theocritus Χαρισι. Meminit ejuſdem Valer. Flaccus lib. I.

Litoraque & veteres tumulos prælabitur Ili.

Homerus Iliad. XI.

Καὶ παρ' ἔτι μὲν ἡ ὅτι Ἴλου σήματι μάχη.

Item,

Οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα παλαιοῦ Δαρδανίδαο

Μέσσον κὰπ πεδίον. &c.

Elegans locus Strab. lib. VIII. Εἰκὸς δὲ διὰ τοῦτο ἐν μέσῳ τοῦ πεδίου τεθάφθαι αὐτὸν, (τὸν Ἴλον) ὅτι πρῶτος ἐθάῤῥησεν ἐν τοῖς πεδίοις θέσθαι τὴν ἐποικίαν. Emendabis vero Etymologicum, in quo peſſime legitur,

Ἰν ἅλμα πομπεῦ καὶ χαμευνίδου διπλοῦ.

verbis ſenſum nullum habentibus.

322. Πρὶν ἐκ λοχείας γυῖα χυτλῶσαι δρόσῳ] Solebant quondam partum è matris utero prodeuntem aqua abluere. Moris ejus quoque apud Callimachum veſtigium, hymno in Jovem,

Ἔνθα σ' ἐπεὶ μήτηρ μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων,

Αὐτίκα δίζητο ῥόον ὕδατος, ᾧ κε τόκοιο

Λύματα χυτλώσαιτο, τεὸν δ' ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι.

Item hymno in Delum,

———— οἶδα καὶ ἄλλας

Λυσαμένας ἐπ' ἐμεῖο λεχωΐδας. ———

Ita malim legere, quam ἀπ' ἐμεῖο. Apud Lucianum quoque Τραγοποδάγρᾳ,

Ὅτε γὰρ λαγόνων σε τεκοῦσα

Μοῖρα, Κλωθώ τοτ' ἔλουσεν.

Ennius Andromeda apud Nonium in Lavit. *Nam ubi introducta eſt, puerumque, ut lavent, locant in clypeo.* Plautus Amphitryone, Scena, *Spes atque opes, &c.*

Poſtquam peperit pueros, lavere juſſit, nos
occœpimus,
Sed puer ille, quem ego lavi, ut magnus eſt,
& multum valet?

Hinc capiendus Apulejus Mileſ. I. *Et lotio perlitus, quaſi recens utero matris editus.* Nonnus ἀχύτλωτον λοχείην eleganter dixit de Bacchi nativitate lib. IX. Dionyſ.

Καί μιν ἀχυτλώτοιο διαΐσσοντα λοχείης,

Πήχεϊ κοῦρον ἄδακρυν ἐκούφισε σύγγονος Ἑρμῆς.

Apollonius lib. II. de Tibarenis agens,

——— τοὶ δ' αὖ κομέουσιν ἐδωδῇ

Ἀνέρας, ἠδὲ λοετρὰ λεχώϊα τοῖσι πένονται.

Nam hinc petenda ei loco lux. Vide etiam hanc conſuetudinem apud Ariſtotelem lib. περὶ Θαυμ. ἀκουσμ. cujus ea ſunt verba, Αἱ γυναῖκες ἅμα ἐργαζόμεναι τίκτουσι, καὶ τὸ παιδίον ὕδατι περικλύσασαι, περιζώματα σκάπτουσι, καὶ σκάλλουσι, καὶ τἄλλα οἰκονομοῦσιν, ἃ μὴ τικτούσαις ἦν πρακτέον. Apollonii tamen locum etiam ad puerperarum ablutionem poteris referre.

323. Σὲ δ' ὠμὰ πρὸς νυμφεῖα] Polyxenæ immolationem à Neoptolemo ad Achillis tumulum factam attingit, quam vide apud Ovidium Met. lib. XIII. Senecam Troade, & Dictym libro ultimo. A quibus diſſentit Philoſtratus, Ἡρωϊκοῖς ita narrans, Λέγεται ἡ Πολυξένη φυγοῦσα ἐκ τοῦ ἱεροῦ τῶν Τρῳάδων, καὶ τῶν Τρώων ἐσκεδασμένων. οὐδὲ γὰρ τὸ πτῶμα τοῦ Ἀχιλλέως αἰδοῦς ἤνεγκον, αὐτομολίᾳ χρήσασθαι, καὶ φυγεῖν εἰς τὸ Ἑλληνικόν. ἀναχθεῖσά τε τῷ Ἀγαμέμνονι ζῆν μὲν ἐν κομιδῇ λαμπρᾷ τε, καὶ σώφρονι, καθάπερ ἐν πατρὸς οἰκίᾳ. τετταῖος δὲ ἤδη κειμένου τοῦ νεκροῦ, δραμεῖν ἐπὶ τὸ σῆμα ἐν νυκτὶ, ξίφει τε αὐτὴν ἐπικλῖναι, πολλὰ εἰποῦσαν ἐλεεινὰ καὶ γαμικὰ, ὅτι δὴ καὶ δέοιτο τοῦ Ἀχιλλέως, ἐραστήν τε μεῖναι, καὶ ἀγάγοιτο αὐτὴν μὴ ψευσάμενον τὸν γάμον.

Ibid. Γαμηλίους θυηλάς] Veteribus ante nuptias ſacrificare moris fuit. Polyænus lib. IV. Ταύτην (Νικαίαν) Ἀντίγονος τῷ υἱῷ Δημητρίῳ μνηστεύεται. ἡ δὲ ἀσμένη μειρακίῳ βασιλεῖ καὶ πρὸς γάμον αὐτὴν ἐπέδωκεν. ἦν θυσία μεγαλοπρεπὴς, πανηγυρις. Theophraſtus Ηθ. Χαρακτ. cap. περὶ Ἀνελευθερίας, Καὶ ἐκδιδοὺς ἑαυτοῦ θυγατέρα, τοῦ μὲν ἱερείου, πλὴν τῶν ἱερείων, τὰ κρέα ἀποδίδοσθαι. Pauſanias, Τυνδάρεων θύσαι τε ἵππον, τοὺς Ἑλένης ἐξορκοῦ μνηστῆρας, ἱστὰς ἐπὶ τοῦ ἵππου τῶν τομίων. Dicebatur autem id ſacrificium προγάμεια, γαμηλία, & προτέλεια. Vide, præter Poetarum Interpretes, Jul. Pollucem lib. III. cap. III. Lycophron γαμηλίους θυηλάς nuncupat. Terentius Phorm. Act. IV. Sc. IV.

Ducenda eſt uxor, ut ais, concedo tibi
Spatium quidem apparandis nuptiis,
Vocandi, ſacrificandi, dabitur paullulum.

Et apud Plautum Aulularia. Fiebat vero Junoni, Veneri, & Gratiis. Etymologici Auctor, Γαμηλία, ἡ εἰς τοὺς φράτορας διδομένη ἐγγραφὴ, καὶ εἰσαγωγὴ ἐπὶ γάμοις, ἣν ὠνόμασαν καὶ κυρίως. οἱ δέ φασι γαμηλίαν θυσίαν, ἣν ἔθυον τοῖς δημόταις οἱ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφόμενοι, καὶ μέλλοντες γαμεῖν. ἐγένετο δὲ ἡ θυσία τῇ Ἥρᾳ, καὶ Ἀφροδίτῃ, καὶ Χάρισι. Ait vero, Γαμηλία, ἡ εἰς τοὺς φράτορας διδομένη ἐγγραφή. Ita nimirum apud Oratores intelligi debet, apud quos non una hujus vocis notio. Harpocration, Ἐν μὲν τοῖς Ἰσαίου ὑπομνήμασί φησιν εἶναι τὴν γαμηλίαν τοῖς φράτορσιν ἐπὶ γάμοις διδομένην, παρατιθέμενος λέξιν Φανοδήμου, ἐν ᾗ οὐδὲν τοιοῦτον γέγραπται. ἐν δὲ τοῖς εἰς Δημοσθένην, ὁ αὐτὸς πάλιν γαμηλίαν φησὶν εἶναι τὴν εἰς τοὺς φράτορας εἰσαγωγὴν τῶν γυναικῶν, οὐδεμίαν ἀπόδειξιν τῆς ἐξηγήσεως παραθέμενος. Sed ad ſacrificia nuptialia revertor. Etiam Romanis moris fuit ante matrimonii copulationem ſacrificare, ut & in divortio, eorumque *Confarreatio*, atque *Diffarreatio* notæ antiquitatis ſtudioſis: apud quos etiam *Sponſus* & *Sponſa* dicebantur, quod σπονδὰς interpoſitis rebus divinis facerent, teſte Feſto. Iphidem vero, cujus hic mentio, Helenæ & Theſei filiam memorat ex Euphorione idem Etymologici Auctor.

327. Στεμμάτων βοῦν] Vittatæ antiquitus tam hoſtiæ, quam ſacerdotes, teſte Emporio. Hinc apud Virgilium Æneid. II. Sinon,

Jamque infanda dies aderat, mihi ſacra parari,
Et ſalſæ fruges, & circum tempora vittæ.

Et infra,

—— Vittæque Deûm, quas hoſtia geſſi.

Ovidius Met. lib. XV.

Victima labe carens, & præſtantiſſima forma,
Nam placuiſſe nocet, vittis inſignis & auro
Siſtitur ante aras. ———

Fuerunt autem eæ vittæ è lana. Feſtus, *Infulæ ſunt filamenta lanea, quibus ſacerdotes, & hoſtiæ, templaque velabantur.* Vide Varronem lib. VI. Inde cum antiquitus frondes, atque

flores

Digitized by Google

flores ad ſepulcrum ferre moris eſſet, poſtea addi cœpit lana.

328. Τριπάτρου κανδάονος] Orion τριπάτωρ dicitur, à tribus (ut volunt fabulæ) patribus, Jove, Neptuno, & Mercurio. Nonnus Dionyſ. lib. XIII.

Ὠρίων τριπάτωρ ἀπὸ μητέρος ἄνθορε Γαίης,
Εὖτε θεῶν τριγόνοισιν ἀεξηθεῖσα γενέθλαις,
Εἰς τόκον αὐτοτέλεστον ἐμορφώθη χύσις οὔρων,
Αὔλακας νυμφεύουσα πολυσπορόνοιο βοείης.

Vide Palæphatum, Hyginum, Homeri & Nicandri Interpretes. Sed ineptit Scholiaſtes, qui locum hunc de Orione interpretatur, deque ejus gladio, neſcio quid, comminiſcitur. Certe, aut ego longe fallor, aut Orion homo inuſitatæ ſtaturæ hic accipiendus pro aliquo Cyclopum, Vulcani miniſtrorum, ſolent enim arma Ηφαιστότευκτα heroibus tribuere Poetæ. Neque movere debet quenquam nominum propriorum confuſio, quæ etiam apud Ovidium invenitur, eum ait,

Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victum.

Cum tamen à Memnone occiſus ſit. Et apud Plautum Pſeudolo,

Item ut Medea Peleum concoxit ſenem.

Cum tamen Æſoni hoc acciderit. Virgilius quoque pro Caſtore Pollucem poſuit,

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus. ——

Servius, *Caſtor domitor equorum fuit, ſed fratrem pro fratre poſuit, poetica licentia.* Imitatur Prudentius Αποθεώσει,

Aut Pollucis equum ſuffire ardentibus extis.

Vocat vero τρίπατρον, κατὰ συγκοπὴν, pro eo, quod eſt τριτοπάτορα. Similiter infra τριέσπερος ponitur pro eo, quod τριτοέσπερος. Mutuatur autem hoc epitheton à tribus Cyclopibus, Cotto, Gyge, & Briareo, qui nominabantur Τριτοπάτορες, quibuſque Athenienſes pro filiorum ſuſceptione ſacrificabant. Etymologicographus, Τριτοπάτορες· Δήμων ἀνέμους εἶναί φησι. Φιλόχορος δὲ τοὺς τριτοπάτορας πάντων γεγονέναι πρώτους, τὴν μὲν γὰρ Σελήνην καὶ τὸν Ἥλιον τότε καλεῖν γονεῖς· τοὺς δὲ ἐκ τούτων, τρίτους πατέρας. Φανόδημος δέ φησιν, ὅτι μόνοι Ἀθηναῖοι θύουσι, καὶ εὔχονται αὐτοῖς ὑπὲρ γενέσεως παίδων. ἐν δὲ τοῖς Ὀρφέως Φυσικοῖς τοὺς τρίτους πατέρας Ἀμαλκείδην, Πρωτοκλῆ, καὶ Πρωτοκρέοντα θυρωροὺς καὶ φύλακας ὄντας τῶν ἀνέμων. ὁ δὲ τὸ Ἐξηγητικὸν ποιήσας, Οὐρανοῦ καὶ Γῆς αὐτούς φησιν, ὀνόματα δὲ αὐτῶν, Κόττος, Βριάρεως, καὶ Γύγης. Vide etiam Suidam. Neque quenquam movere debet, quod Cyclopum epitheta confundat, nam hoc Lycophroni, aut potius vati confuſa voce (ut primore Tragœdia dicitur) oracula profanti, haud inſolens. Eodem modo infra Jovis Agamemnonis & Hercei, Minervæ Gracæ & Myndiæ epitheta confundit. Invenio tamen etiam gladii Orionis mentionem apud Nonnum Dionyſ. lib. XXV.

Τίς ξίφος Ὠρίωνος ἀμαλδύνει μαχαίρῃ,
Ἢ χθονίοις βελέεσσιν ἰαίνεται Βοώτην;

Et ab Ovidio Metamorphoſi,

Enſifer Orion. ———

Sed id quia armatus, unde & *Jugula* appellatus, Germanicus, *Hunc Romani Jugulam vocant, eo quod ſit armatus; ut gladius ſtellarum luce terribilis, & clariſſimus.* Itaque hoc ſententiæ noſtræ adverſari non poteſt. Dixi autem Athenienſes ſacrificaſſe pro filiorum ſuſceptione, quod colligi poteſt etiam ex Diogene Laërtio lib. VI. in vita Cynici cognominis, Θυόντων ποτὲ θεοῖς ἐπὶ τῷ υἱὸν γενέσθαι, ἔφη, Περὶ δὲ τοῦ ποδαπὸς ἐκβῇ, οὐ θύετε. Et ſane adeo cupidæ maſculæ prolis matres, ut an eam editura eſſent, variis ominibus quærerent ſcire, maxime ovo gallinæ incubanti ſubducto, atque eo uſque foto, quoad pullus excluderetur, qui ſi gallus eſſet, maſculæ prolis indicium habebatur. Imitati hoc Græcorum, ut multa alia, Romani. Videmus apud Suetonium, Tiberii cap. XIV. *Prægnans Livia, cum an marem editura eſſet, variis captaret ominibus, ovum incubanti gallinæ ſubductum, nunc ſua, nunc miniſtrarum manu per vices uſque eo fovit, quoad pullus inſigniter criſtatus excluſus eſt.* Sed hæc, fateor, nimis extra ordinem.

331. Δολόγκαν δημόλευστον ὠλένη] Supplicii genus veteribus uſitatiſſimum lapidibus ſontes obruere. Veſtigium ejus etiam apud Parthenium Ερωτ. XXI. de Piſidice, Ἐπεὶ μέν τοι ἐγκρατὴς πόλεως ἐγένετο, νεμεσήσας ἐπὶ τῷ δρασθέντι, ἐκέλευσε τοὺς στρατιώτας καταλεῦσαι τὴν κόρην. Apulejus Mileſ. I. de Meroë, *Publicitus indignatio percrebuit, ſtatutumque eſt, ut in eam die altera ſeveriſſime ſaxorum jaculationibus vindicaretur,* Ælianus Ποικ. Ἱστ. lib. V. cap. XIX. Αἰσχύλος ὁ τραγῳδὸς ἐκρίνετο ἀσεβείας ἐπί τινι δράματι, ἑτοίμων δὲ ὄντων Ἀθηναίων βάλλειν αὐτὸν λίθοις, &c. Polyænus lib. I. Οἱ δὲ πεσόντες Ἑλένην ἰδόντες, πῦρ καὶ λίθους ἐπὶ τὴν θεράπαιναν ἔφερον, καὶ ὡς ἱκανῶς δίκην ἐπὶ Τληπολέμῳ λαβόντες τὴν Ἑλένης θάνατον, ἀπεχώρησαν. Vincentius Bellovacenſis in Speculo Hiſtorieo, *Romæ gladiatorio ludo celebrato, Telemachus monachus increpitans populum attentius ſpectaculis inhiantem, lapidatur à populo.* Quæ habet ſine dubio ex Theodoreti lib. V. cap. XXVI. Hiſt. Eccleſiaſt. & Caſſiod. lib. X. Tripart. cap. II. qui Telemachi hujus meminerunt: id quod indicavit mihi Scriverius meus. Quintilianus Declamat. XII. *Populus quoque impunitum nefas ſine lapidibus præteribit?* Petronius, *Ex his, qui in porticibus ſpatiabantur, lapides in Eumolpum recitantem miſerunt.* Interpres hiſtoriæ Apollonii Tyrii, *Tunc cives rapuerunt Strangulionem & Dionyſiadem, extra civitatem trahentes lapidaverunt.* Apud Sophoclem quoque Ἀντιγόνῃ Creon minatur,

Φόνον προκεῖσθαι δημόλευστον ἐν πόλει,

ſi quis Polynicis cadaver ſepeliviſſet. Philoſtratus Ἡρωϊκοῖς, Περιαχθεὶς δὲ τὼ χεῖρε κατελιθώθη, βαλλόντων αὐτὸν Πελοποννησίων τε, καὶ Ἰθακησίων. Et lib. I. de vita Sophiſtarum in Lolliano, Θορύβου δὲ καθεστηκότος ἐπὶ τὰ ἀρτοπώλια, καὶ τῶν Ἀθηναίων βάλλειν αὐτὸν ὡρμηκότων, Παγκράτης ὁ κύων, &c. Fuit idem mos Hebræis. D. Lucas Actorum cap. VII. de Stephano protomartyre, Καὶ ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως ἐλιθοβόλουν. Et poſtea, Καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον ἐπικαλούμενον, καὶ λέγοντα, Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου. Et in Veteri Teſtamento multa veſtigia.

335. Ὁ δ' ἀμφὶ τύμβῳ τ' Ἀγαμέμνονος] Reprehendit Lycophronem Lamb. Hortenſius, quod Caſſandram inducat vaticinantem, moriturum Priamum ad Jovis Agamemnonis aram, qui à Spartanis colebatur, quod etiam infra eſt videre; cum ad Hercei (quem etiam *Penetralem deum* Latini veteres vocitarunt) peremptum omnes veluti uno ore teſtentur. Tryphiodorus,

Αἰακίδης δὲ γέροντα Νεοπτόλεμος βασιλῆα
Πήμασι κεκμηῶτα παρ' Ἑρκείῳ κτάνε βωμῷ.

Et præter hunc Virgilius, Ovidius, alii. Nos potius condonandam Poetæ auctoritati hanc epithetorum confuſionem cenſemus, qui etiam infra Epeum inſtrumenta ſua, quibus equum Durateum fabricaſſet, Myndiæ Minervæ conſecraſſe ait, cum Græcæ id factum hiſtoriæ tradant. Supra quoque Cyclopum epitheta confuſa monuimus.

337. Ὁ σεῖς καλύπτρας] Capto Ilio, Laomedonteque ſagittis confixo, cum Telamoni ab Hercule ob rem præclare geſtam Heſione donata eſſet, poteſtatem Heſionæ fecit Hercules, quem vellet potiſſimum captivorum abducendi: quæ cum Podarcem fratrem elegiſſet, Herculeſque in ſervitutem redigendum eſſe dictitaret, dempto de capite flammeo aureo, eum redemit. Vide Apollodorum lib. II. De calyptra vero ita Feſtus, *Calyptra, genus veſtimenti, quo capita operiebant.* Jul. Pollux lib. III. cap III. Τὸ δὲ ἐπίβλημα τῆς γυναικός, ἱστός, καὶ καλύπτρα. Etiam Heſychii Gloſſæ καλύπτραν interpretantur κεφαλῆς κάλυμμα. Interpres vetus Juvenalis Sat. II. *Flameum. Veſtis pudori ſimilis, quam & propter pudorem accipiebant.* Hinc videre eſt fuiſſe rubri coloris hoc veſtimenti genus, nam talis vultus pudore ſuffuſorum.

342. Φλέξας τὸ ὠδίνοντα] Gravidum dicit equum, quemadmodum Lucretius eleganter lib. I.

Nec cum Durateus Trojanis Pergama partu
Inflammaſſet equus nocturno Grajugenarum.

Ennius Alexandro,

Nam maxumo ſaltu ſuperavit
Gravidus armatis equus,
Qui ſuo partu ardua perdat
Pergama. ——

Virgilius Æneid. VI.

Cum fatalis equus ſaltu ſuper ardua venit
Pergama, & armatum peditem gravis attulit alvo.

Macrob. Sat. lib. III. cap. XIII. C. *Titius in ſuaſione legis Fanniæ objicit ſeculo ſuo, quod porcum Trojanum menſis inferant, quem illi ideo ſic vocabant, quaſi aliis incluſis animalibus gravidum, ut ille Trojanus equus gravidus armatis fuit.* Simili phraſi dixit etiam Petronius Arbiter de eodem hoc equo, *graves equi receſſus*, &,

—— *gravidis freta pulſa carinis*
Jam peragrabantur, ſi quis ſinus abditus ultra.

Sidonius *gravidas ſpicas*, Epiſt. lib. VIII. *Gravidas tibi ſpiritualium ſenſuum ſpicas doctrinæ ſalubris meſſe parturiant.* Eodem modo infra loquitur Lycophron noſter,

Ὁ δ' ἀντὶ παιδὸς σκορπίον λαιμῷ ποιῶν
Φέρων, κρυφαῖον ὠδῖνος ἐκλαυσε βάρος.

Ibid. Μορμωτὸν λέχος] Legendum μορμὼ τόν. Nam pueri equum μορμώ vocabant. Theocritus Idyllio XV.

—— οὐκ ἀξῶ τύ, τέκνον, μορμώ, δάκνει ἵππος,
Δάκρυ' ὅσσα θέλεις ——

Simili modo eleganter μορμώ vocat Lycophron equum hunc, qui Trojanis magno terrori fuit. Erat autem miræ magnitudinis. Virgilius,

Inſtar montis equum divina Palladis arte
Ædificant, ſectaque intexunt abiete coſtas.

Apud Ariſtophanem Avibus nugaciſſimus nuncius dicit centum ulnarum fuiſſe, additque, ut perſuadeat, ipſum dimenſum. Ita loquitur,

—— ἐναντίω δ' ἅρματε
Ἵππων ὑπόντων μέγεθος ὅσον ὁ Δούριος.
Ὑπὸ τοῦ πλάτους ἂν παρελασάτην. Πει. Ἡράκλεις.
Αγγ. Τὸ δὲ μῆκος ἐστί, καὶ γὰρ ἐμέτρησ' αὐτ' ἐγώ,
Ἑκατοντόργυιον. ——

Quia autem equo capta Troja, quinto quoque anno menſe Octobri Marti immolabatur à Romanis in campo Martio equus October bigarum victricum dexterior, caput panibus redimitum habens, de quo magna erat contentio inter Suburanos & Sacravienſes, ut hi in regiæ pariete, illi ad turrim Mamiliam id figerent. Ejuſdemque cauda, ut ex ea ſanguis in focum diſtillaret, magna celeritate perferebatur in regiam. Meminerunt ejus moris Feſtus, & Propertius.

345. Λάμψει κακὸν φρυκτωρὸν] Veſtigium hic veteris in militia Græcorum moris, quem enarrat Theognidis Scholiaſtes, Ἔθος ἦν ἀπὸ τῶν πύργων καὶ ὀρεινῶν τόπων σημεῖα διὰ πυρὸς τοῖς πολεμοῦσι διδόναι, καὶ αὐτὰ φρυκτωρίας ἐκάλουν, καὶ φρυκτωρεῖν τὸ σημαίνειν ἔφοδον πολεμίων. Homeri Scholiaſtes Iliad. σ'. Ἔθος τοῖς ἀρχαίοις τοὺς πολιορκουμένους τῇ μὲν ἡμέρᾳ καπνὸν ἀπὸ τῶν τειχῶν διεγείρειν, τῇ δὲ νυκτὶ φλόγα, τὴν ἀπὸ τῶν οἰκείων βοήθειαν καὶ συμμαχίαν ἐπικαλουμένους. Æmilius Probus in Eumene, *Dimidium fere ſpatium confecerat, cum ex fumo caſtrorum ejus, ſuſpicio allata eſt ad Eumenem, hoſtem appropinquare.* Apud Polyænum quoque lib. I. Alcibiades συνεσυγκείμενον ὡς αὐτὸς ἀπὸ τῆς ἄκρας νύκτωρ τοῖς ἀνασχήσει τὴν λαμπτῆρα. Et apud Parthenium Polycrita, σημεῖον αὐτοῖς ἀνασχήσειν ἔφη λαμπτῆρα. Syneſius Epiſt. CXXX. Ἀλλὰ σύγγνωθι, τειχήρης γάρ εἰμι, καὶ πολιορκούμενος γράφω, τὰς ὥρας πολλάκις φρυκτοὺς ὁρῶν, καὶ αὐτὸς ἀνάπτων καὶ αὐτὸς αἴρων τοῖς ἄλλοις σημεῖα. Ad hunc morem referenda etiam illa Stephani in Βόσπορος, Καὶ Ἑκάτῃ, φωσφόρῳ οὔσῃ, δᾷδας ἐποίησε νύκτωρ πολίταις φανῆναι, καὶ τὴν πολιορκίαν φυγόντες, Φωσφόριον τὸν τόπον ὠνόμασαν.

346. Τοῖς εἰς στενὸν Λεύκοφρυν ἐκπεπλευκόσιν] Virgilius Æneid. II. ſub initium,

Eſt in conſpectu Tenedos, notiſſima fama
Inſula, dives opum Priami dum regna manebant,
Nunc tantum ſinus, & ſtatio male fida carinis;
Huc ſe provecti deſerto in littore condunt.

347. Καὶ παιδοβρῶτος Πόρκεως] Laocoontem una cum filiis duobus Antiphante, & Thymbræo à ſerpentibus è Tenedo advenientibus devoratum narrat Æneidos Virgilianæ lib. II. Æneas. Petronius in Satyrico, & Calaber Παραλειπομένοις, qui addit eorum nomina fuiſſe Porcen,

&

& Chariboeam. Lycophron ſolius Porcæ heic meminit.

348. Ἐγὼ δὲ τλήμων ἡ γάμους ἀρνουμένη] Infra quoque extrema Caſſandra,

> Πίστιν λόγων γὰρ Λοξίας ἀνείλετο,
> Ψευδηγόροισι φήμασιν ἐγχρίσας ἔπη,
> Καὶ θεσφάτων πρόμαντιν ἀψευδῆ φρένα,
> Λέκτρων στερηθεὶς, ὧν ἐκάλχαινεν τυχεῖν,
> Θήσει δ' ἀληθῆ, &c.

Vide Euripidis Scholia ad Andromachen.

352. Η τὸ Θοραίου] Apollinis Θοραίου ara in Delo fuit, ad quam hoſtiam cædere nefas habebatur. Cenſorinus cap. II. *Id moris inſtitutique majores noſtri tenuerunt, ut cum die natali munus annale Genio ſolverent, manum à cæde ac ſanguine abſtinerent, ne die, qua ipſi lucem accepiſſent, aliis demerent; denique Deli ad Apollinis Genitoris aram, ut Timæus auctor eſt, nemo hoſtiam cædit.* Poſſit etiam legi Θυραίου; nam ita dictus Apollo, quod ejus aræ ante ædium fores (quæ ipſi à veteribus conſecratæ) ſtatuerentur. Macrobius Saturnal. lib. I. cap. IX. *Etenim, ſicut Nigidius quoque refert, apud Græcos Apollo colitur, qui Θυραῖος vocatur: ejuſque aras ante fores ſuas celebrant, ipſum exitus, & introitus demonſtrantes potentem.*

356. Λαφρίας Πυλαίτιδος] Solebant veteres Minervam ante urbis portas pingere, unde eam Πυλαῖτιδα vocarunt. Æſchyli Scholiaſtes ad Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, Ἐξωγράφουν ταύτην (τὴν Ἀθηνᾶν) περὶ τὰς πυλῶν τῆς πόλεως. ὅθεν καὶ ὁ Λυκόφρων Πυλαῖτιδα λέγει, διὰ τὸ ἄνωθεν ἱστᾶσθαι ταύτην περὶ τὰς πυλῶν τῆς πόλεως.

357. Τρήρων βιαίως φάσσα] Vocat Caſſandram columbam, quia vaticinandi perita. Theſſali enim πελειάδα ſua lingua vaticinatricem vocabant. Servius ad Eclogam IX. *In Epiro dicitur nemus fuiſſe, in quo reſponſa dabant columbæ: quod ideo fingitur, quia lingua Theſſala πελειάδες, & columbæ, & vaticinatrices vocantur.* Eſt autem φάσσα avis, quam ruſtici *Tetam* appellitarunt, teſte eodem Servio ad Ecl. I. Emenda obiter Iſidorum Orig. lib. XII. cap. VII. de ave hac loquentem, *Palumbes eo quod ſint fractæ pabulo, quas vulgus tetas vocant.* Nam male hodie, *à pabulo, quas vulgus titos vocant.*

361. Η δ' εἰς τέραμνα δουρατογλύφου στέγης γλήνας ἀναστρέψασα] Fabulantur, dum ab Ajace violaretur Caſſandra, ſimulacrum Minervæ oculos ad templi tectum ſuſtuliſſe. Homeri Schol. Iliad. ν'. Αἴας μετὰ τὴν τῆς Ἰλίου πόρθησιν πολλῶν κακῶν αἴτιος τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο, Κασσάνδραν γὰρ, τὴν Πριάμου, ἱκέτιν οὖσαν Ἀθηνᾶς, ἐν τῷ τῆς θεᾶς ἱερῷ κατῄσχυνεν, ὥστε τὴν θεὰν τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ξοάνου εἰς τὴν ὀροφὴν στρέψαι. Strabo hoc commentum recte improbat lib. VI. Τολμηρὸν μὲν οὖν καὶ τὸ οὕτω μυθεύειν, ὥστε μὴ μόνον κατταμύσαν φανῆναι, καθάπερ καὶ τὸ ἐν Ἰλίῳ ἀποστραφῆναι (malim ἄνω στραφῆναι, ex Lycophrone, & Homeri interprete) κατὰ τὸν τῆς Κασσάνδρας βιασμὸν, ἀλλὰ καὶ καταμύον δεικνύσθαι.

363. Ἐξ οὐρανοῦ πεσοῦσα] Refert Herodianus lib. I. cœlitus deciſſe Palladium in quendam Phrygiæ agrum, cui *Peſſinuntis* ab ejus caſu nomen manſit: ibi enim à principio comparuiſſe. Vide etiam quæ Apollodorus lib. III.

364. Ἀνακτι πίστῳ χρῆμα πημαρέστατον] Ardente apud Ilium Minervæ templo, Ilus accurrens Palladium eripuit, ob quod, cum à viro videri nefas eſſet, viſu privatus fuit, quem tamen poſtea, placato numine, recuperavit. Vide Plutarchum Παραλλήλοις.

367. Χερμάδων δ' ἐρειπίοις] Inviſa magnopere ea mors veteribus, quæ in naufragio oppetebatur, quia inſepulta manebant corpora. Fl. Vegetius de Re militari lib. IV. cap. XLIV. *Alii ferro interimuntur, alii ardere coguntur in fluctibus: inter tanta tamen mortium genera qui acerrimus caſus eſt, abſumenda piſcibus inſepulta ſunt corpora.* Ovidius Triſt. lib. I. Eleg. II.

> *Demite naufragium, mori mihi munus erit.*
> *Eſt aliquid fatoque ſuo, ferroque cadentem*
> *In ſolita moriens ponere corpus humo,*
> *Et mandare ſuis aliqua, & ſperare ſepulcrum,*
> *Et non æquoreis piſcibus eſſe cibum.*

Itaque ne poſt mortem ejecti ſepultura carerent, membro alicui alligabant pretium, quod ſepulturus accipiebat. Planum id ex Syneſii quadam Epiſtola, Καὶ αἱ γυναῖκες αὐτοῖς τι ἐκοσμοῦντο, καὶ τοῖς δεομένοις ἀρτιδίους δίδομεν. πάλαι καθεδεδεγμένον τοῦτο ποιεῖν, νῦν δὲ ἔχει ταῦτα, φέρειν δεῖ τιμὴν ἐνταφίων τοῦ ἐκ ναυαγίου νεκροῦ, ὁ γὰρ περιτυχὼν, καὶ κερδάνας, νόμους Ἀδραστείας αἰδέσεται, μὴ οὐχὶ μικρὸν τι μέρος ἀποδέσασθαι τῷ χαρισαμένῳ πολλαπλάσιον. Interpretes hiſtoriæ Apollonii Tyrii, *Jubet conſecrari, & compaginari tabulas, rimas & foramina bitumine liniri, & facere loculum, & charta plumbea intus poſita obturari juſſit. Perfecto loculo, regalibus ornamentis exornat puellam, & in loculo poſuit, & XX. ſeſtertia auri ad caput ejus poſuit.* Id aurum in hunc uſum fuiſſe appoſitum docent verba ſequentia Epiſtolæ ejus reſignatæ, *Quicunque hunc loculum inveneris, habes XX. ſeſtertia auri, peto; ut X. habeas, X. funeri impendas, hoc enim corpus multas lacrymas reliquit parentibus, & dolores amaros: quod ſi aliud feceris, quam quod dolor expoſcit, ultimum diem incidas, nec ſit qui corpus tuum ſepulturæ commendet.* Itaque, accepto eo pretio, ſepeliebant, aut ſaltem plena manu ter terram injiciebant: ſin feciſſent, impii habebantur. Sophoclis Schol. Ἀντιγόνῃ, Οἱ γὰρ νεκρὸν ὁρῶντες ἄταφον, καὶ μὴ ἐπαμησάμενοι κόνιν, ἐναγεῖς εἶναι ἐδόκουν. Ælianus Ποικ. Ἱστορ lib. V. Νόμος καὶ ὅδε Ἀττικὸς, ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν γῆν. Val. Maximus lib. V. cap. III. *Poſt obitum nullam Atticæ regionis, quæ oſſibus ejus injiceretur, glebam invenit.* Horatius lib. I. Od. XXVIII.

> *At tu, nauta, vagæ ne parce malignus arenæ*
> *Oſſibus & capiti inhumato*
> *Particulam dare.*

Quo loco Aeron, vetus interpres, *In ſacris hoc genus ſepulturæ tradebatur, ut etſi non obrueretur, manu plena ter jacta terra cadaveri pro ſepultura eſſet.* Quintilianus Declamat. V. *Ignotis cadaveribus humum congerimus, & inſepultum quodlibet corpus nulla feſtinatio tam rapida tranſcurrit, ut non quantulocunque veneretur aggeſtu.* Declamat. VI. *Nobis (rerum natura) adverſus exanimes genuit non ſolum miſerationem, quæ cogitationi noſtræ ſubit, ſed etiam religionem. Inde*

ignotis quoque corporibus tranſeuntium viatorum collatitia ſepultura, inde injecta ab alienis humus. Ennius Creſphonte,

Neque terram injicere, neque cruenta
Conveſtire mihi corpora licuit.

Ut indicavit Scriverius. Obſervo autem glebam illam in os mortui injici conſueviſſe. Cicero lib. II. de Legibus, *Priuſquam in os injecta gleba eſt, locus ille, ubi crematum eſt corpus, nihil habet religionis, &c.* Quod etiam ſatis illa Horatii oſtendunt,

At tu, nauta, vagæ ne parce malignus arenæ
Oſſibus & capiti inhumato
Particulam dare. ———

Romani hoc *Juſta facere mortuo* appellabant, quæ facere cogebantur ante novarum frugum guſtationem: ſi quis neglexiſſet, porcam præcidaneam Cereri mactabat. Feſtus lib. XIV. *Præcidanea agna vocabatur, quæ ante alias cædebatur: item porca, quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo juſta non feciſſet, id eſt, glebam non objeciſſet; quod mos erat eis facere prius, quam novas fruges guſtarent.* Varro de Vita pop. Romani lib. III. *Quod humatus non ſit, heredi porca præcidanea ſuſcipienda* (lego *ſuccidenda*) *Telluri, & Cereri, aliter familia pura non eſt.* Sed in Feſti verbis lego eum Scriverio meo, *glebam in os jeciſſent.* Et tum juverint meam de glebæ in os objectione ſententiam. Atque poſt glebæ injectionem mortuus *Humatus*, at ante *Humilis* vocabatur.

369. Κρωσσοῖσι παγχρύσοισι] Urnis antiqui mortuorum cineres includere ſoliti. Homeri Interpres Iliad. quarta, Οἱ ἀρχαῖοι τὰ σώματα οὐκ ἔθαπτον ἐπὶ γῆς, εἰ μὴ πρότερον ἔκαυσαν, οὐδ' οὕτως τὴν τέφραν σὺν τοῖς ὀστέοις ἐχώννυον ἐν ἀγγείῳ τινὶ ἀποθέμενοι. Moſchus Idyllio IV.

Καί κεν ἕνα χρύσειον ἐς ὀστέα κρωσσὸν ἁπάντων
Λέξαντες κατέθαψαν, ὅτι πρῶτον γενόμεσθα.

Peregre autem mortuorum cineres urnis impoſitos domum mittebant. Ammianus lib. XIX. *Poſt incenſum corpus, oſſaque in argenteam urnam conjecta, quæ ad gentem humo mandanda portari ſtatuerat pater, &c.* Ubi legendum *portare*, vel deeſt vox *curare*, aut tale quid. Ovidius Triſtium lib. III. Eleg. III.

Oſſa tamen facito parva referantur in urna;
Sic ego non, etiam mortuus, exul ero.

370. Ἀλλ' ὄνομ' οἰκτρὸν] Mos fuit vetus, Græcis pariter & Romanis uſitatiſſimus, mortuorum oculos ſugillandi, teſte Plutarcho. Propertius,

At mihi non oculos quiſquam inclinavit euntis,
Condita ſunt veſtra lumina noſtra manu.

Statius Thebaid. lib. II.

Procubuere pares fatis, (miſerabile votum
Mortis) & alterna clauſerunt lumina dextra.

Virgilius Æneid. IX.

——— *nec te tua funera mater*
Produxi, preſſive oculos. ———

Valerius Flaccus Argonaut. lib. III.

——— *ſera component lumina dextra.*

Romanis interdiu id facere lege Mœnia interdictum fuit. Varro Geminis, *Lex Mœnia eſt in pietate, ne filii patribus luci claro ſugillent oculos.* Ideoque vulgo infelices appellabantur, quorum oculos propter abſentiam parentes, aut propinqui claudere non potuiſſent. Ea de cauſſa & hoc loco Lycophron Græcorum peregre mortuorum ὄνομ' οἰκτρὸν dixit, eo reſpiciens. Inde & apud Theocritum ille laqueo vitam finiturus,

——— ἢ τλάμονα μή με παρίδῃς.

Et apud Ovidium Metamorph. lib. XIV. de Iphide loquentem,

Atque onus infelix eliſa fauce pependit.

Ibid. Καὶ κενεῖον] Florentinus I. C. Inſtitut. lib. VII. *Monumentum generaliter res eſt memoriæ cauſſa in poſterum prodita, in qua ſi corpus, vel reliquiæ inferantur, fiet Sepulcrum; ſi vero nihil eorum inferatur, erit Monumentum memoriæ cauſſa factum, quod Græci κενοτάφιον appellant.* Argivorum bello Trojano occiſorum cenotaphium memorat Pauſanias Κορινθιακοῖς, Τῶν δὲ ἀνδριάντων οὐ πόῤῥω δείκνυται Δαναοῦ μνῆμα, καὶ Ἀργείων τάφος κενὸς, ὁπόσους ἐν τῇ Ἰλίῳ καὶ ὀπίσω κομιζομένους ἐπέλαβεν ἡ τελευτή. Solebant vero olim cenotaphia in mortuorum honorem erigi, ad quæ memoriam eorum recolebant. Agathias,

Ναὶ λίτομαι, παροδῖτα, φίλῳ κατάλεξον ἀκοίτῃ,
Εὖτ' ἂν ἐμεῖο λεύσσεις πατρίδα Θεσσαλίην,
Κάτθανε τὴ παράκοιτις, ἔχει δέ μιν ἐν χθονὶ τύμβος,
Αἶ, αἶ, Βοσπορίης ἐγγύθεν ἠιόνος,
Ἀλλά μοι αὐτόθι τεῦχε κενήριον ἐγγύθι σεῖο,
Ὄφρ' ἀναμιμνήσκῃ τῆς ποτε κουριδίης.

Callimachus Epigrammate XXII.

——— οὐδ' ἀλί πη φέρεται νέκυς, ἀντὶ δ' ἐκείνου
Οὔνομα καὶ κενὸν σῆμα παρερχόμεθα.

Virgilius *tumulum inanem* dixit, Æneidos libro tertio,

Solennes tum forte dapes, & triſtia dona
Libabat cineri Andromache, maneſque vocabat.
Hectoreum ad tumulum, viridi quem ceſpite manem,
Et geminas cauſſam lacrymis ſacraverat aras.

Valerius Flaccus lib. V.

Tu quoque nunc tumulo nequidquam condita inani,
Annue, Diva maris. ———

Suetonius in Vitis Cæſarum lib. V. cap. I. *honorarium tumulum* appellat. *Ceterum exercitus honorarium ei tumulum excitavit, circa quem deinceps ſtato die quotannis miles decurreret, Galliarumque civitates publice ſupplicarent.* Ex eodem hoc ritu capies Auſonium in Epitaphiis Profeſſ. Burdigalenſium Titulo XVII. Æmilii Magni Arborii,

Illic dives opum, doctoque ibi Cæſare honorus
Occumbis patribus, Magne, ſuperſtitibus;
In patriam ſed te ſedem, ac monumenta tuorum
Principis Auguſti reſtituit pietas.
Hinc renovat cauſſam lacrymis, & flebile munus
Annuus ingrata relligione dies.

Xenophon Expeditionis Cyri lib. VI. Ἐνίους δὲ τοὺς ἐκ τῆς ὁδοῦ συνεκόμισαν, ἔθαψαν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἐδύναντο κάλλιστα. οὓς δὲ μὴ εὕρισκον, κενοτάφιον αὐτοῖς ἐποίησαν μέγα, καὶ πυρὰν μεγάλην, καὶ στεφάνους ἐπέθεσαν. Papinius Thebaid. lib. XII.

Quin

Quin fugitis, dum tuta via eſt, Lernamque reverſæ
Nomina, quod ſupereſt, vacuis datis orba ſepulcris,
Abſenteſque animas ad inania buſta vocatis?

Quem locum indicavit mihi juvenis doctus, Petrus Scriverius, amicus meus. Ovidius Metamorph. XI.

Et ſæpe in tumulis ſine corpore nomina legi.

Pythagorici vero iis, qui à philoſophia deſciviſſent, cenotaphia extruebant; quippe eos pro mortuis habebant. Teſtes Origenes, Clemens, alii. Vide nobiliſſimi, & doctiſſimi viri, Theodori Canteri Varias.

Ibid. Καὶ κενεῖον χωμάς] Notus omnibus mos ſepulcrorum inſcribendorum. Artemidorus lib. v. cap. LXXV. Επιγράφειν ἐδόκει ὄνομα ἐπὶ τῆς ἀποθανούσης πυγχάνειν. Theocritus in Epigrammatis,

Ο μικρὸς τίλ' ἔτευξε τῷ Θρέϊκι
Μίδιος τὸ μνᾶμ' ἐπὶ τᾷ ὁδῷ, κἠπέγραψε Κλείτας.

Ovidius Triſt. lib. III. cap. III.

Quoſque legat verſus oculo properante viator,
Grandibus in tumuli marmore cæde notis.

Juvenalis,

—— titulo res digna ſepulcri.

Seneca,

Inſcriptus Doſenni monumento titulus:
Hos reſiſte, & Sophiam Doſenni lege.

Quem locum ſuggeſſit Scriverius meus. Hinc intelligendus Laberius apud Macrobium,

Ut hedera ſerpens vires arboreas necat,
Ita me vetuſtas amplexu annorum necat,
Sepulcris ſimilis nil niſi nomen retineo.

Et Cicero lib. de Senectute, *Nec ſepulcra legens vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam.* Solebant vero ſcribere non ſolum ſepulti nomen, verum etiam è qua patria, & qua familia eſſet oriundus. Hieronymus in vita Paulæ,

Scipio quam genuit, Paulæ fudere parentes,
Gracchorum ſoboles, Agamemnonis inclyta proles,
Hoc jacet in tumulo: Paulam dixere priores:
Euſtochii genitrix: Romani prima Senatus
Pauperiem Chriſti, & Bethlemitica rura ſecuta.

Callimachus Epigrammate XX.

Τιμονόη, τίς δ' ἐσσί; μὰ δαίμονας, οὔ σ' ἂν ἐπέγνων,
Εἰ μὴ Τιμοθέου πατρὸς ἐπῆν ὄνομα
Στήλῃ, καὶ Μήθυμνα, τεὴ πόλις. ——

Diogenes Laertius lib. I. Σόλωνι, Ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς τάφους (ἔδειξε) πρὸς ἕω βλέποντας, καὶ ἀπὸ τῶν δήμων τοὺς χρηματισμοὺς ἐγκεχαραγμένους. Theophraſtus lib. ΗΘ. Χαρακτ. capite περὶ Πειεργίας, Καὶ γυναικὸς δὲ τελευτησάσης, ἐπιγράψαι ἐπὶ τὸ μνῆμα τοῦ τε ἀνδρὸς αὐτῆς, καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τῆς μητρὸς. καὶ αὐτῆς τῆς γυναικὸς τοὔνομα, καὶ ποδαπή ἐστι. καὶ προσεπιγράψαι, ὅτι οὗτοι πάντες χρηστοὶ ἦσαν. Romani hanc ſepulcrorum inſcriptionem *memoriam*, ſive *monumentum* dixerunt. Servius, *Apparatus mortuorum, funus dici ſolet: exſtructio lignorum, rogus: ſubjectio ignis, pyra: crematio cadaveris, buſtum: locus, uſtrina: operis conſtructio, ſepulcrum: inſcriptum nomen, memoriaque, monumentum.* Lego minuta immutatione, *i. n. memoria, atque monumentum,* quam emendationem meam firmant illa Iſidori Orig. lib. XV. cap. XI. ubi de ſepulcrorum inſcriptione, *Monumenta itaque, & memoriæ pro mentis admonitione dictæ.* Neque aliud *memoria*, quam ſepulcri inſcriptio, in illis Ciceronis verbis, *Nec ſepulcra legens vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam.* Vetus Inſcriptio,

SERVILIUS. TROILUS.
SE. VIVO. CONFARAVIT.
MEMORIAM. SIBI. ET. SUIS.

Item alia,

C. CALPURNIUS. PHILOKYRIUS. U. C.
ET. SEPTIMIA. AMMIAS. CONJUX.
CONPARAVERUNT. SIBI. MEMORIAS. II.

Et apud Auſonium *monumenta*, in Epigr.

——— monumenta fatiſcunt,
Mors etiam ſaxis, nominibuſque venit.

380. Ὡς καταιβάτης σκηπτὸς κατ' ὄρφνην γίνεται δηλούμενον] Fulminum Jovis tria genera ponuntur. Hoc tertii generis cenſendum. Feſtus, *Manubiæ Jovis tres dicuntur eſſe, quarum unæ ſunt minimæ, quæ moneant, placidæque ſint. Alteræ, quæ majores ſint, ac veniant cum fragore, diſcutiantque, aut divellant, quæ à Jove ſint, & conſilio Deorum mitti exiſtimentur. Tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniant: &, quamquam nullum ſine igne fulgur eſt, hæ propriam differentiam habeant, quod aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant, quæ ſtatum mutent Deorum conſilio ſuperorum.* Sciendum etiam nocturna fulgura (quale hoc, de quo Lycophron) Plutoni, diurna autem (*Dia* appellitabant, & eſt in Gloſſario *Dium*, ἀστραπή. & *Diumius*, Ζεὺς καταιβάτης) Jovi tributa fuiſſe. Feſtus, *Dium fulgur, appellabant diurnum, quod putabant Jovis, ut nocturnum Summani.* Auguſt. de Civitate Dei lib. IX. cap. XXIII. *Romani veteres neſcio quem Summanum, cui nocturna fulmina tribuebant, coluerunt magis quam Jovem, ad quem diurna fulmina pertineant.* Plinius Hiſt. Nat. lib. II. cap. LII. *Thuſcorum literæ novem deos emittere fulmina exiſtimant, eaque eſſe undecim generum, Jovem enim trina jaculari: Romani duo tantum ex iis ſervavere, diurna attribuentes Jovi, nocturna Summano.* Et *Provorſum fulgur* dicebatur, quod incertum erat noctu, an interdiu factum eſſet, quapropter Jovi Fulguritori, & Summano ſacrificabant. Jaculabantur vero etiam alii dii fulmina, ſed tantum alba, aut nigra, ſolus Jupiter rubra. Lyricorum Princeps Horatius lib. I. cap. II.

——— & rubenti
Dextera ſacras jaculatus arces,
Terruit urbem.

Quo loco vetus ejus interpres Acron, *Omnes manubiæ albæ, & nigræ eſſe dicuntur. Jovis rubeæ & ſanguineæ.* Claudianus lib. II. de Raptu Proſerpinæ,

Miſſaque pene foret, ni Juppiter æthere ſummo
Pacificas rubri miſiſſet fulminis alas.

Hæc intelligit Arnobius lib. III. *Deos novem Manilius, quibus ſolis Jupiter poteſtatem jaciendi ſui permiſerit fulminis.* Quia autem Jupiter eos fulmine interficeret, quorum impietatem damnaret, inde factum, ut Græci veteres damnatos κεραυνοῦσθαι dicerent. Artemidorus lib.

lib. II. cap. III. Καὶ γὰρ τοὺς καταδικασθέντας κεραυνῶσθαι φαμεν. Hinc capiendus Juvenalis Sat. VIII.

——— quam fulmine juſto
Et Capito, & Numitor ruerint, damnante Senatu,
Piratæ Cilicum. ———

Nam *fulmine juſto ruere* Græca phraſi dixit, pro damnari. Ab eodem fonte derivatum illud Statii Sylv. V. in Protreptico ad Criſpinum,

——— nuper cum forte ſodalis
Immeritæ falſo palleret crimine famæ,
Erigeretque forum, ſuccinctaque judice multo
Surgeret, & caſtum vibraret Julia fulmen.

Fulmen Juliæ legis nihil aliud quam damnatio. Qua vero de cauſſa Jovi fulmen tributum ſit, docet Plinius lib. II. cap. XX. *Latet pleroſque, magna cœli affectatione compertum principibus doctrinæ viris, ſuperiorum trium ſiderum ignes eſſe, qui decidui ad terras fulminum nomen habeant, ſed maxime ex iis medio loco ſiti, fortaſſis quia contagium nimii humoris ex ſuperiori circulo, atque ardoris ex ſubjecto per hunc modum egerat, ideoque dictum Jovem fulmina jaculari.* Dicit vero Lycophron καταιβάτης σκηπτός, ſicuti poſtea ἀστέρας ὑμνείδας. Proprie quoque vocabulo σκηπτὸς uſus. Ariſtoteles lib. de Mundo, Τῶν δὲ κεραυνῶν, οἱ μὲν αἰθαλώδεις, ψολόεντες λέγονται. οἱ δὲ ταχέως διᾴττοντες, ἀργῆτες. ἑλικίαι δὲ, οἱ γραμμοειδῶς φερόμενοι. σκηπτοὶ δὲ, ὅσοι κατασκήπτουσιν εἴς τι.

385. Λαμπτῆρα φαίνῃ] Attingit hiſtoriam Nauplii, qui indigne ferens filii Palamedis necem, Ulyſſis & Diomedis dolis circumventi, plurimorum ex Græcis Principibus uxores in adulterium pellexit: nec eo contentus, redeunte à Troja victrice claſſe, ſæva jactatos tempeſtate, ut in ſcopulos pertraheret, in Caphareo promontorio, & Opheltis rupibus ignes accendit: eo naufragi curſum dirigentes, portum rati, quicquid ſupererat navium confregerunt. Val. Flaccus lib. I.

——— & face ſæva
In tua mox Danaos acturus ſaxa, Caphareu,
Nauplius. ———

Euripides quoque Helena,

Πολλοὺς δὲ πυρσεύσας,
Φλογερὸν σέλας ἀμφὶ ῥυτὰν
Εὔβοιαν εἷλ' Ἀχαιῶν
Μονόκωπος ἀνὴρ, πέτραις
Καφηρείαις ἐμβαλὼν,
Αἰγαίαις τ' ἐνάλοις ἀκταῖς,
Δόλιον ἀστέρα λάμψας.

Vide etiam Q. Calabrum Παραλειπ. ξ'. Ammianum Marcellinum lib. XXII.

390. Γυραῖον δ' ἐν πίστρῃσι τηρουμένον πληρᾶ. Ajax ob Caſſandræ ſtuprum Minervam ſibi infenſam habens, cum naufragium paſſus eſſet, & in Gyradas petras enataſſet, ſe etiam invitis diis evaſiſſe jactabat, ob quod à Neptuno de ſaxo præcipitatus in mari periit. Philoſtratus Ἡρωϊκοῖς ait, eum male ſibi ab Agamemnone, qui Caſſandram eripuerat, metuentem, noctu, tempeſtate exiſtente, cymba aufugiſſe, atque dum ad Tenum, & Andrum curſum dirigeret, juxta Gyradas petras periiſſe. Vide etiam Hygini Mythologicon.

392. Τριωνύχῳ δορὶ] Tridente puta, quem Neptuno aſſignavit antiquitas propter triplicem aquarum naturam, liquidam, fœcundam, & potabilem: vel, ut aliis placet, propter tria aquarum genera, marinam, fluviatilem, & ſtagnantem. Vide Fulgentium Mytholog. lib. I. Æſchyli Scholiaſtes Προμ. Δεσμ. Τρίαιναν δὲ λέγουσι φορεῖν τὸν Ποσειδῶνα, ὃ διὰ τὸ τρίτον στοιχεῖον εἶναι αὐτόν, ἢ διὰ τὸ εἰς τρία διαιροῦσθαι τὸ ὕδωρ, εἰς ποτάμιον, εἰς θαλάσσιον, καὶ εἰς λιμναῖον.

393. Λατρεὺς] Mercenarium vocat Neptunum, ob navatam Laomedonti in exſtruendis Trojæ mœnibus operam, quod notum nimis. Cyprianus de Idol. Vanitate, *Laomedonti muros Neptunus inſtituit, nec mercedem operis infelix ſtructor accepit.*

397. Ἀκτὶς Σειρίου κηταινοῦ] Sirius ſtella erat in ore Canis, qua oriente, Romæ quotannis per publicos ſacerdotes ſacrum Canarium fiebat, Junius Philargyrius Georg. IV. *Oriente (Sirio) maximi calores, & ex his graves morbi: ideoque Romæ omnibus annis ſacrum Canarium fit per publicos ſacerdotes.* Feſtus, *Rutilæ canes, id eſt, non procul à rubro colore, immolantur, ut ait Ateius Capito, Canario ſacrificio pro frugibus deprecandæ ſævitiæ cauſa ſideris Caniculæ.* Fiebat id prope portam Catulariam, ut eſt apud eundem Feſtum, *Catularia porta.* Porro Sirii apud Poetas frequens paſſim eſt mentio, tum pro ſtella ipſa, tum pro ſole quoque. Heſychius, Σείριος, ὁ ἥλιος, καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἀστήρ. Utroque modo exponi poteſt apud Virgilium,

——— tum ſteriles exurere Sirius agros.

Apollonii Scholiaſtes lib. II. etiam omnes ſtellas eo nomine nuncupari poſſe auctor eſt, Ὁμοίως δὲ (inquit) καὶ πάντα τὰ ἄστρα Σείρια λέγονται, οἱονεὶ τείροντά τινα ὄντα, ὃ διὰ τὸ τείρειν, τὸ δαμάζειν, ἢ ὅτι τέρατα εἰσὶ καὶ σημεῖα τῶν πλοϊζομένων. A Lycophrone hoc loco pro ſole ponitur.

400. Δίσκου μείζονι πέτρῳ] Diſcus erat βαρὺς λίθος, ὃν ἐξερρίπτουν οἱ γυμναζόμενοι, ut aiunt Gloſſæ Græcorum. Erat vero ex ære. Vide Artemid. lib. I. cap. XLIX. Σόλος autem ferreus. Vide Scholiaſten Homeri Iliad. β'. Diſci jactus in quinquertio nimis notus. Lycophron κατακεχυμένον pro lapide uſurpavit. Emenda obiter Suidam, Δίσκος, ὁ σόλος. male enim hodie ὁ σόλος legitur.

402. Τρέμων] Ineptias Scholiaſtæ! Ecquis hic novus Tremon? aut apud quem ſcriptorem ejus nomen? Meritiſſimo reprehendit doctiſſimus Canterus, cujus explicationi fulcrum firmiſſimum è Pauſania, qui in Atticis audiviſſe ſe memorat quendam, Ὅς τὴν πέτραν τὴν πρὸς αἰγιαλὸν ἔφασκεν ἀποκλύσαι τὴν θάλασσαν. καὶ τὴν ἔσοδον πρὸς μνῆμα οὐ χαλεπὴν ποιῆσαι. lege, πρὸς τὸ μνῆμά οἱ χαλεπὴν ᾖ.

Ibid. Ῥόχθον Αἰγαίας ἁλὸς] Ægæi maris etyma varia varii tradunt. Plutarchus in Theſeo, & Hyginus Fab. XLIII. ab Ægeo Theſei patre nomen inditum tradunt. Feſtus, *Ægæum mare appellatur, quod crebræ in eo ſint inſulæ, ut procul aſpicientibus ſpecies caprarum videantur, ſive quod in eo Ægæa, Amazonum regina, perierit, ſive quod*

in eo Ægeus, Theſei pater, ſe præcipitaverit. Artemidorus, Ἄκρα τίς ἐστιν Αἰολίδος, ἣν Αἶγα οἱ ἐπιχώριοι ὀνομάζουσιν. ἀφ' ἧς καὶ τὸ πέλαγος τῆς τοιαύτης ὀνομασίας προσείληφεν. Alii à fluctuum, quos αἶγας vocant Græci, magnitudine. Solinus cap. XVII. ab Antandro, capræ ſpeciem referente. Alii ab Ægæone, qui & Briareus dictus, qui victum à Neptuno ſe ægre ferens, in mare illud ſe præcipitavit. Vide Strabonem, & Conſtantinum περὶ Θεμάτων.

415. Οἵ τ' ἐπὶ ξένοις ξένοι] Sive ξένον hoſtilem, ſive peregrinam accipias, eodem res recidit: nam Lacedæmonii Barbaros vocabant ξένους. Herodotus Οὐρανίᾳ, Οἱ ἔφοροι εἶπαν ἐφ' ὅρκῳ καὶ δὴ δοκέειν εἶναι ἐν Ὀρεστείῳ στείχοντας ἐπὶ τοὺς ξείνους. ξείνους γὰρ ἐκάλεον τοὺς βαρβάρους. Sic Latini peregrinos, & hoſpites *Hoſtes* appellabant. D. Ambroſius Offic. lib. I. cap. XXIX. *Denique etiam adverſarios molli Veteres appellatione nominabant, ut peregrinos vocarent. Hoſtes enim antiquo ritu peregrini dicebantur.*

417. Τὸν μὲν γὰρ] Phœnicem dicit, quem προτέθεφων vocat, quod Achillis nutritius fuerit, ut ipſe narrat apud Homerum Iliad. ι'. non κ'. quod ait Canterus, memoria lapſus.

423. Ὅτ' εἰς νόθον στρέψαντος εὐνάδα λέχος] Cum Amyntor Clytiam pellicem uxori. Hippodamiæ præferret, Hippodamia ægre ferens Phœnici filio perſuaſit, ut cum pellice patris rem haberet, qui, cum matris rogationi auſcultaſſet, in patris odium incurrit, qui eum viſu privavit, quem à Chirone poſtea recepit, qua de cauſſa ad Peleum profugit, à quo Dolopum regionem & Achillem accepit educandum. Vide Homerum Iliad. ι'. ejuſque Interpretem, & Apollodorum lib. III.

429. Τὸν ἀνθάμιλλον] Mopſum, eum quo certabat, & à quo victus. Contigit hoc certamen in finibus Ioniæ, in Grynæo nemore, ſi Servio fides habenda, cujus talia verba ad Eclogam VI. *Grynæum nemus eſt in finibus Joniis, Apollini conſecratum, in quo aliquando Calchas, & Mopſus dicuntur de peritia divinandi inter ſe habuiſſe certamen, & cum de pomorum* (Lycophron groſſos tradit) *cujuſdam arboris numero contenderent, ſtetit gloria Mopſo, cujus rei dolore Calchas interiit.* Vide Strab. lib XIII. Seneca Mopſum inferiorem factum vult in Medea,

Omnibus verax, ſibi falſus uni
Concidit Mopſus, caruitque Thebis
Ille, qui vere cecinit futura.

430. Ἰαύσει τὸν μεμορμένον πότμον] Uſitatum Veteribus, maxime Hebræis, κατ' εὐφημισμὸν mortem ſomni benigniore vocabulo appellare. Nonnus in Paraphraſi,

Ὕπνον ἀνεγχάζουν καὶ ἀμεμφέα Λάζαρος εὕδει.

Callimachus Epigrammate XIV.

Τῇδε Σάων, ὁ Δίκωνος, Ἀκάνθιος, ἱερὸν ὕπνον
Κοιμᾶται. ———

Et Epigrammate XXI.

——— ὁ δ' ἀπέδειξεν
Ἔνθαδε τὸν πάσαις ὕπνον ὀφειλόμενον.

Et Idyllio tertio Moſchus,

Ἄμμες δ' οἱ μεγάλοι, καὶ καρτεροί, ἢ σοφοὶ ἄνδρες,
Ὁππότε πρῶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ
Εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν ἀτέρμονα νήγρετον ὕπνον.

Orpheus Argonaut.

Εὕδεις, Ἀγνιάδη, γλυκερῷ βεβολημένος ὕπνῳ.

Et poſtea,

Ὕπνῳ ὑπὸ γλυκερῷ θανάτῳ μάρψαντι τελευτᾷ.

Sic Æſchylo Εὐμενίσι mortui εὕδοντες dicuntur, & infra Lycophron ſepulcrum ὑπνατήριον vocat. Id inde profectum, quia dormientibus mortui ſimiles, unde & Mortis fratrem Somnum nuncuparunt. Athenagoras περὶ Ἀναστάσεως Νεκρῶν, Παρ' ἣν αἰτίαν, οἶμαι, τινὲς ἀδελφὸν τοῦ Θανάτου τὸν Ὕπνον ὀνομάζουσιν, οὐχ ὡς ἐκ τῶν αὐτῶν πατέρων φύντας (quod Heſiodus in Theogonia) γενεαλογοῦντες, ἀλλ' ὡς τῶν ὁμοίων παθῶν τοῖς τε θανοῦσι καὶ ὑπνοῦσιν ἐγγινομένων, ἕνεκά γε τῆς ἠρεμίας, καὶ τοῦ μηδενὸς ἐπαισθάνεσθαι τῶν παρόντων, ἢ γινομένων, μᾶλλον δὲ μηδὲ τοῦ εἶναι, καὶ τῆς ἰδίας ζωῆς.

Ibid. Τὸν μεμορμένον πότμον] Mortis tres gradus, Fatum, Caſus, Genitura. Epicurei hominem caſu mori dicebant, Stoici fato, Pythagorei genitura. Vide Acronem, Horatii interpretem. Mortis autem duo genera, Naturalis, & Violenta. Ariſtoteles περὶ Ἀναπνοῆς, Θάνατος δ' ἐστὶν ὁ μὲν βίαιος, ὁ δὲ κατὰ φύσιν. βίαιος, μὲν ὅταν ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν ᾖ, κατὰ φύσιν δὲ, ὅταν ἐν αὐτῷ. Plato Timaio, Θάνατος ὁ μὲν κατὰ νόσους καὶ τραύματα γιγνόμενος ἀλγεινὸς καὶ βίαιος, ὁ δὲ μετὰ γήρως ἰὼν ἐπὶ τέλος κατὰ φύσιν, ἀπονώτατος τῶν θανάτων. Demoſthenes in Oratione περὶ Στεφάνου naturalem mortem dixit τὸν τῆς εἱμαρμένης, καὶ αὐτόματον θάνατον. Ita etiam Philoſtratus de vita Sophiſt. lib. I. Scopeliano, Τοιαυτὶ λέγων, ὦ δέσποτα, βούλεταί σε ὁ υἱὸς ἤδη τεθνάναι, οὐδὲ τὸν αὐτόματον καὶ μετ' οὐ πολὺ θάνατον ἐνδιδοὺς τῷ σῷ γήρᾳ, ἀλλ' αὐτουργῶν μὲν τὴν ἐπιβουλὴν, μισθούμενος δὲ καὶ τὰς ἐμὰς χεῖρας. Violentam autem τὸν ἐξ ἀναγκαίας τύχης vocat Sophocles Ἠλέκτρᾳ. Plinius lib. I. Epiſt. XII. vocat mortem, *quæ non ex natura, nec fatalis.* Apulejus Mileſ. I. *tumultuarium genus mortis.* Arnobius lib. I. *Vinculis corporis non naturali diſſolutione digreſſus eſt, ſea vi illata diſceſſit.* Qui vero violenta morte occidiſſent, (ut hoc obiter dicamus) eum iis haſtas efferre moris erat. Vide Etymologici Auctorem. Harpocration, Ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῆς ἐκφορᾶς, καὶ προσαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι, Δημοσθένης κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ταῦτά φησιν ἐπὶ τοῦ βιαίως ἀποθανόντος, Ἴστρος δ' ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν Ἀτθίδων περὶ Προκρίδος καὶ Κεφάλου εἰπὼν, γράφει ταυτί. τινὲς δὲ ἐπὶ τοῦ τάφου δόρυ καταπεπηχέναι φασί, σύμβολόν τι, ὥσπερ καταλειπόμενον τι, καὶ τὸ πάθος σημαίνοντα, διὰ τὸ νόμιμον εἶναι τοῖς προσήκουσι, τοῦτον τὸν τρόπον μετέρχεσθαι τοὺς φονέας. Unde intelligendus Virgilius Æneid. XI. in funere Pallantis,

——— guttiſque humectant grandibus ora,
Haſtam alii, galeamque ferunt. ———

Vertebant autem haſtas, inde ait,

——— *& verſis Arcades armis.*

Servius, *Lugentum more, mucronem haſtæ, non cuſpidem, contra terram tenentes.* Statius Thebaid. VI.

Tunc ſeptem numero turmas (centenus ubique
Surgit eques) verſis ducunt inſignibus ipſi
Grajugenæ reges. ———

Qui vero ſibimet manus intuliſſent, ii ſepeliebantur,

liebantur, ſiquidem igne cremari nefas. Teſtis Philoſtratus Ἡρωϊκοῖς, Ἔθαψαν δὲ αὐτὸν (Αἴαντα) κατορύξαντες εἰς τὴν γῆν τὸ σῶμα, ἐξηγουμένου Κάλχαντος, ὡς οὐχ ὅσιοι πυρὶ θάπτεσθαι, οἱ ἑαυτοὺς ἀποκτείναντες. Apud Statium quoque lib. III. Thebaidos rex Thebanorum Mæonem, qui ſeipſum occiderat,

—— vetat igne rapi, pacemque ſepulcri
Impius ignaris nequidquam Manibus arcet.

Fatalem autem mortem Apollini, & Dianæ imputabant. Strabo lib. XIV. Καὶ ὁ Ἥλιος δὲ, καὶ ἡ Σελήνη, πόθεν δὲ, καὶ τοὺς αὐτομάτους θανάτους τούτοις ἀνάπτουσι τοῖς θεοῖς. Sed ad penſum redeo. Hoc loco apud Lycophronem τὸν μεμορμένον πότμον, non debes interpretari τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ αὐτόματον, ſed mortem ab oraculo prædictam.

431. Τὸν δ' αὖ τέταρτον ἐγγόνων Ἐριχθίου] Idomeneum intelligit, qui à Jove quartus. Nam Jovis Minos, ejus Deucalion, ejus Idomeneus. Hic, capta Troja, cum in Cretam rediiſſet, regno à Leuco ejectus, Colophonem venit, ubi tranſacta vita, in Cercapho monte ſepultus eſt. Vide Didymum ad Od. μ'.

440. Δισσαὶ κύνες] Vates hi duo canes appellantur eleganter, nomine ex Ægyptiorum myſteriis deſumpto, qui vatem deſignantes canem effingebant. Horus lib. I. Ἱερογραμματέα δὲ πάλιν, ἢ προφήτην, ἢ ἐνταφιαστὴν, ἢ σπλῆνα, ἢ ὄσφρησιν, ἢ γέλωτα, ἢ πταρμὸν, ἢ ἀρχὴν, ἢ δικαστὴν βουλόμενοι γράφειν, κύνα ζωγραφοῦσιν. ἱερογραμματέα μὲν, ἐπειδήπερ ὁ βουλόμενος ἱερογραμματεὺς τέλειος γενέσθαι χρὴ πολλὰ μελετᾶν, ὑλακτεῖν τε συνεχῶς, καὶ ἀπαγριοῦσθαι, μηδενὶ χαριζόμενον, ὥσπερ οἱ κύνες. προφήτην δὲ, ἐπειδὴ ὁ κύων ἀτενίζει παρὰ τὰ ἄλλα τῶν ζώων εἰς τὰ τῶν θεῶν εἴδωλα, καθάπερ προφήτης. Ab Eſaia canes appellantur vates ad populi peccata conniventes. Apollinis autem canes vocat, quia ille μαντικῆς præſul, quod vel pueris notum.

444. Ἀγῶν ἱεῖον] Mortui à Veteribus ſacri appellati ſunt, & æſtimati. Et Plutarchus in vita Numæ Pompilii mortuos vocat ἱερούς. Plinius ille Naturæ myſtes, lib. II. de terra loquens, *Sequitur terra, cui uni rerum naturæ partium eximia propter merita cognomen indidimus maternæ venerationis. Sic hominum illa, ut cælum Dei, quæ nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelque editos ſuſtinet ſemper; noviſſime complexa gremio jam à reliqua natura abdicatos, tum maxime, ut mater, operiens nullo magis ſacramento, quam quo nos ſacros facit, etiam monumenta, ac titulos gerens, nomenque prorogans noſtrum, & memoriam extendens contra brevitatem ævi.* Rationem hujus rei haurio ex Macrob. Sat. lib. III. cap. VII. *Quicquid deſtinatum eſt diis, ſacrum vocatur. pervenire autem ad deos non poteſt anima, niſi libera ab onere corporis fuerit, quod niſi morte fieri non poteſt. ita ergo opportune ſacratum Haleſum facit, quia erat oppetiturus.* Ac proinde etiam ſacra ipſa ſepulcra, unde ἁγνὰ ἱεῖα Lycophron hoc loco dicit, Catullus quoque,

Laſerpiciferis jacet Cyrenis,
Oraculum Jovis inter æſtuoſi
Et Batti veteris ſacrum ſepulcrum.

Cicero Phil. IX. *Sepulcrorum ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quod nulla vi moveri, neque deleri poteſt, atque ut cætera extinguuntur, ſic ſepulcra fiunt ſanctiora vetuſtate.* Quintilianus Declamat. X. de Sepulcro loquens, *Sacratos morte lapides, etiam cineres, & oſſa religioſe quieſcentia fracta ſparſiſſet urna.* Feſtus non ſacra, ſed religioſa eſſe vult, *Religioſum, ac ſacrum eſt, ut templa omnia, atque ædes, quæ etiam ſacratæ dicuntur: at quod per ſe religioſum eſt, non utique ſacrum eſt, ut ſepulcra, quod ea non ſacra, ſed religioſa ſunt.* Incipiebat autem illa ſepulcrorum ſanctitas ſtatim à glebæ injectione. Cic. lib. II. de Legibus, *Priuſquam in os injecta gleba eſt, locus ille, ubi crematum eſt corpus, nihil habet religionis. injecta gleba, tum & ille humatus eſt, & ſepulcrum vocatur, ac tunc denique multa religioſa jura complectitur.*

447. Οἳ πέντε δὲ Σφήκειαν] Ita dicta Cyprus ab incolis, qui Σφῆκες nuncupabantur. Nonnus Dionyſ. XIII. Σφήκειαν νῆσον dixit per Appoſitionem. Vide Euſtathium ad Dionyſii Περιήγησιν, & Heſychium. Κεραστὶς vero, ſive Κεραστὰς dicta quondam Cyprus ab incolis urbis Amathuntis, quos, quia advenas immolabant, Venus in boves, qui à magnitudine cornuum Ceraſtæ a Salaminus nominantur, tranſmutavit. Ovidius Metamorph. lib. X.

Atque illos gemino quondam quibus aſpera cornu
Frons erat, unde etiam nomen traxere Ceraſtæ.

Stephanus aliter, Ἡ Κύπρος ἐκαλεῖτο καὶ Κεραστὶς, ἀπὸ τοῦ πολλὰ ἄκρα ἔχειν. Quem ſequuti Joach. Vadianus, & Gemma. Κέρατα enim etiam promontoria à Græcis nuncupantur.

450. Ὁ μὲν πατρὸς μομφαῖσιν ἠλαστρημένος] Teucer, capto Ilio, domum reverſus, a patre Telamone, quod fratris Ajacis mortem non ultus eſſet, (Lycophron ait perſuadere patri non potuiſſe Ajacem ſibi manus intuliſſe violentas) ejectus eſt. itaque cum in Cyprum appuliſſet, Salamina condidit. Vellejus Paterculus lib. I. *Teucer non receptus à patre Telamone, ob ſegnitiem non vindicatæ fratris injuriæ, Cyprum appulſus, cognominem patriæ ſuæ Salamina conſtituit.* Vide etiam Nonnum Dionyſ. XIII. & Horatium lib. I. Od. VII. Solebant autem Græci filios ſuos ob delictum aliquod abdicare, atque è conſpectu removere, & tum dicebantur filii ἐκπίπτειν τοῦ γένους, quum autem cum patre in gratiam redirent, ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸ γένος. Qui mos neque Romanis ignotus fuit. Qua de re vide quæ erudititſſimus vir, Iſ. Caſaubonus ad Diog. Laertium. Atque hæc erat abdicatio criminis imperfecti, ſiquidem duæ abdicationum ſpecies. Quintilianus lib. VII. cap. IV. *Abdicationum formæ ſunt duæ; altera criminis perfecti, ut ſi abdicetur raptor, adulter. Altera imperfecti, velut pendentis, & adhuc in conditione poſiti: quales ſunt in quibus abdicatur filius, qui non pareat patri,* &c.

452. Ὡς πατρὶν φονὸς πῶλος] Vocat Ajacem πάτρειον πῶλον, quia eſſlictim amaretur à patre. Alias πῶλοι vocantur pueri effœminati, (qui *Catamiti* Latinis) & meretrices. Heſychius, Πῶλος, ἑταίρα. πώλους γὰρ αὐτὰς ἔλεγον, οἷον Ἀφροδίτης πώλους.

λουν. ἢ τὰς νέους, καὶ τὰς νέας καὶ παρθένους. Vide alios Grammaticos. Similis notionis apud Romanos *Pullus*. Feſtus, *Antiqui puerum, quem quis amabat, pullum ejus dicebant.*

453. Νόθον φίτυμα] Apud Veteres ſpurii pari cum legitimis in honore habebantur. Docet id, præter Euſtathium, Scholiaſtes incertus Iliad. VIII. his verbis, Ἡμεῖς δὲ φαμεν (exponit cur Teucer nothus vocetur) τοῦτο μὴ εἶναι πρὸς αἰσχύνην, διὰ τὸ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἔθος κρατοῦν. ἐτίμων γὰρ τοὺς νόθους ἴσους τοῖς γνησίοις. Declarant id etiam Servii verba hæc Æneid. III. *Conſuetudinis regiæ fuit, ut legitimam uxorem non habentes, aliquam licet captivam, tamen pro legitima haberent, adeo ut liberi ex ipſa nati ſuccederent.* Sciendum vero hunc honorem ſolis regum, & principum virorum ſpuriis contigiſſe: nam privatorum hominum neque pari in honore, neque paternarum facultatum hæredes fuere: ſed, acceptis mille drachmis, contenti eſſe jubebantur, eaque pecunia νοθεῖον dicebatur. Harpocration, Νοθεῖα, τὰ τοῖς νόθοις ἐκ τῶν πατρῴων διδόμενα οὕτω καλεῖται, ἦν δὲ μέχρι χιλίων δραχμῶν. Ariſtophanes Avibus,

Τί δ' ἂν ὁ πατὴρ ἐμοὶ διδῷ τὰ χρήματα
Τὰ νόθῳ ἀποθνήσκων; ὁ νόμος αὐτὸν οὐκ ἐᾷ.

Sunt autem generationis ſpecies quatuor. Homeri Interpres Iliad. IV. Παιδοποιΐαι τετραχῶς λέγονται, ὁ μὲν γὰρ γνήσιος, ὁ δὲ νόθος καλεῖται, ὁ δὲ σκότιος, καὶ ἄλλος παρθένιος. γνήσιος μὲν οὖν καλεῖται, ὁ ἐκ νομίμων γάμων. νόθος δὲ, ὁ ἐκ παλλακίδος. σκότιος, ὁ τὸν πατέρα ἀγνοῶν. παρθένιος δὲ, ὁ ἐκ παρθένου ἔτι νομιζομένης γενόμενος. Qui γνήσιοι Græcis, ii *Legitimi* Romanis dicebantur. Νόθος qui ſit, docet Beda ad Samuelem lib. III. cap. II. *Neſciis intimandum, quia ſpurius eſt, qui patre ignobili, ſed nobili eſt matre generatus: ſicut è contra nobili patre, ſed matre procreatus ignobili, nothus conſuete vocatur.* Latini exprimere non poſſunt, ait Quintilianus lib. III. cap. VI. his verbis, Νόθον, *qui non ſit legitimus, Græci vocant. Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam teſtatur, non habemus, ideoque utimur peregrino.* Iſidorus Orig. lib. IX. *Nothus dicitur, qui de patre nobili, & matre ignobili gignitur, ſicut ex concubina. Eſt autem hoc nomen Græcum, & in Latinitate deficit.* Qui σκότιος apud Græcos, is *Favonius* apud Romanos, & *Spurius* à ſpurio, quod virginalis ſcrobis, ut cum Arnobio dicam, vocabulum. Παρθένιοι quomodo Latine dicantur, doceant alii, ego neſcio.

454. Τὸ λύσσαν ἐν ποίμναισιν] Sophocles Ajace,

Ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν
Λείας ἁπάσας, καὶ κατηναρισμένας
Ἐκ χειρὸς, αὐτοῖς ποιμνίων ἐπιστάταις.

Et poſtea,

Τὰς ζῶντας αὖ δεσμοῖσι συνδήσας βοῶν,
Ποίμνας τε πάσας, εἰς δόμους κομίζεται,
Ὡς ἄνδρας, οὐχ ὡς εὔκερων ἄγραν ἔχων.

Homerus Iliad. λ'.

Ληΐδα δ' ἐκ πεδίου συνελάσσαμεν ἤλιθα πολλὴν,
Πεντήκοντα βοῶν ἀγέλας, τόσα πώεα οἰῶν,
Τόσσα συῶν συβόσια, τόσ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν.

Alludit Apulejus Mileſ. III. *Audacter mucrone diſtricto in inſani modum Ajacis armatus, non, ut ille, vivis pecoribus infeſtus, tot laniavit armenta, ſed longe fortius,* &c. Qualis hic Ajacis fuerit furor, docet Cornelius Celſus lib. VI. cap. XVIII. *Quidam imaginibus, non mente falluntur, qualem inſanientem Ajacem, vel Oreſtem Poetarum fabulæ ferunt.*

455. Ον χάροπος ἀμυντοῦ δορὰ] Homeri Scholiaſtes Iliad. ψ'. Ἱστορεῖται ὅτι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἔτυχεν Ἡρακλῆς τῇ νήσῳ Σαλαμῖνι κατά τινα χρείαν προσπλεύσας, Τελαμῶνι δὲ ἄρτι γενέσθαι τὸν παῖδα Αἴαντα. ὅθεν ἐλθὼν ὁ Ἡρακλῆς, καὶ ἀναλαβὼν τὸν παῖδα, περιέβαλε λεοντῇ, ἐφ' ᾧ εὔξατο αὐτὸν γενέσθαι ἄτρωτον. ὁ δὲ ηὐξήθη, καὶ τὸ πᾶν τοῦ σώματος ἐγένετο ἄτρωτον, πλὴν τοῦ αὐχένος, τοῦτο γὰρ ἔδοξεν τότε κατὰ τύχην τὸ μέρος μὴ περιβεβλῆσθαι τῇ λεοντῇ. Paullo aliter Pindarus Iſthmion. Od. VI. Vide etiam Philoſtratum Ἡρωϊκοῖς, & Apollodorum lib. III. Sciendum vero antiquitus heroas pellibus amiciri conſueviſſe. Apollonii Scholiaſtes lib. I. Συνήθες τοῖς ἥρωσι τὸ δερματοφορεῖν. Inde apud Theocritum Διοσκούροις,

Αὐτὰρ ὑπὲρ νώτοιο καὶ αὐχένος ᾐωρεῖτο
Ἄκρων δέρμα λέοντος ἀπημμένον ἐκ ποδεώνων.

Virgilius Æneid. V.

—— *occurrit Aceſtes*
Horridus in jaculis, & pelle Libyſtidos urſæ.

Et IV.

Dat Niſo Mneſtheus pellem, horrentiſque leonis
Exuvias ——

Ea de cauſſa apud Romanos in pelle lanata novam nuptam conſidere moris erat. Vide Feſtum.

456. Χαλκῷ τορητὸν] Æris uſus vetuſtus admodum, quippe qui diu ante ferrum inventum extiterit. Heſiodus lib. I.

Χαλκῷ δ' εἰργάζοντο, μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.

Quo loco Interpres, Χαλκοῖς τὸ παλαιὸν καὶ ὅπλοις, καὶ ξίφεσι, καὶ γεωργικοῖς ἐργαλείοις ἐχρῶντο, βαφῇ τινὶ ταῦτα στομοῦντες. Apollonii Scholiaſtes lib. I. Ἀπολλώνιος φησὶν ἐν πρώτῳ τῶν Ὑπομνημάτων, τὸν σίδηρον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων χαλκὸν λέγεσθαι, ἀγνοῶν ὅτι μηδέπω εὑρηθέντος σιδήρου, χαλκῷ ἐχρῶντο. Auguſtinus de Civitate Dei lib. VII. cap. XIV. *Eam (terram) antiqui colebant ære, antequam ferrum inventum eſſet.*

464. Δυσμενεστάτου ξένου δώρῳ] Ajax apud Sophoclem,

Δῶρον μὲν ἀνδρὸς Ἕκτορος, ξένων ἐμοὶ
Μάλιστα μισηθέντος, ἐχθίστου θ' ὁρᾶν.

Vide Homerum Iliad. η'. Huc pertinet Epigramma,

Ἕκτωρ Αἴαντι ξίφος ὤπασεν, Ἕκτορι δ' Αἴας
Ζωστῆρ', ἀμφοτέρων ἡ χάρις εἰς θάνατον.

Ubi malim legere ἐς θάνατον, pro ἐν Dorice. Occidit autem ſeipſum Ajax,

Χόλῳ βαρυνθεὶς τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων,

ut ait Sophocles, cui adſtipulantur Homerus & Ovidius. Suidas tamen tradit, orta de Palladio contentione, Ajacem noctu fuiſſe interfectum, Ulyſſis, ut putabant, dolo.

470. Ἐν ζώστρῳ δημοτῶν καθεὶς] Mos Veteribus concionem ad populum habentes ſtare. Homeri Scholiaſtes Iliad. α'. Τὸ παλαιὸν, κἂν βασιλεὺς ᾖ, κἂν ἄλλος οἷος δήποτε τύχῃ, ἐδημηγόρει ὀρθὸς

Digitized by Google

θεν ἱστάμενος. Et apud Ovidium Metamorph. lib. XII.

Surgit ad hos clypei dominus ſeptemplicis Ajax.

Nonnus Διονυσιακῶν λζ'.

Ὀρθωθεὶς δ' ἀγόρευσε, πολύσκαρθμος ἄνδρας ἐπείγων,
Ἀνδρῶν οἰκτιστήρων ἀέθλια ταῦτα γενέσθω.

Eodem modo heic Phœnodamas.

4VI. Δόρπον ὄπτησιν κατὰ ςείχας] Δόρπον Veteres Græci vocabant, quod poſteriores δεῖπνον, ut apud Romanos *Veſperna*, quæ poſtea *Cæna* nuncupata. Ter autem cibum ſumebant. Prima ejus ſumptio ἄριστον dicebatur, altera δεῖπνον, ultima δόρπον. Didymus ad Odyſſ. β'. Τροφὰς δὲ τρεῖς (οἱ παλαιοὶ) ἐλάμβανον. καὶ τὴν μὲν πρώτην ἐκάλουν ἄριστον, ἣν ἐλάμβανον πρωΐας χωρὶς ἔτι σκοτίας οὔσης. καὶ ὠνομάσθη ἄριστον, ἢ παρὰ τὸ λαμβάνοντας αὐτοὺς εἰς τὸ ἀριστᾶν προέρχεσθαι. ἢ ἀπὸ τῆς ἀριστερᾶς ταύτην πρώτην τὴν τροφὴν, ὡς ἐπὶ τὸ ἄρισθαι ὀνομασμένης τῆς λέξεως. τὴν δευτέραν, δεῖπνον, μεθ' ὃ ἔδει πονεῖν, ὅπερ ἐστὶν ἐνεργεῖν, λαμβάνοντες γὰρ ταύτην τὴν τροφὴν πάλιν περὶ τὰ πολεμικὰ ἔργα ἐπόνουν. τὸ δὲ τρίτον, δόρπον, τὸ καθ' ἡμᾶς λεγόμενον δεῖπνον, καὶ ἐστὶ κατὰ τὸ ἔσχατον ἑσπέριον, ὅταν εἰς τὸ ἑσπέριον πορευόμεθα. Athenæus quatuor refert, ἀκράτισμα, ſive διανηστισμὸν, δεῖπνον, ἑσπέρισμα (quæ *Merenda* Romanis) ſive δειλινὸν, & δόρπον. Sciendum vero antiquiſſimos Græcos cœnare duntaxat conſueviſſe, ut & frugaliores Romani. Iſidorus Origin. lib. xx. cap. II. *Eſt autem cœna veſpertinus cibus, quam antiqui Veſpernam dicebant: in uſu enim non erant prandia.* Ita omnino iſte locus legendus: nam quod in veteribus, & nuperrime editis libris legitur, *quam antiqui veſpertinam dicebant*, vitioſum eſſe, vel puer animadvertat. Salvian. lib. I. *Numquid parcam illam tunc, agreſtemque vitam cum gemitu, & dolore tolerabant? cum viles ac ruſticos cibos ante ipſos, quibus exercebantur, focos ſumerent. eoſque ipſos capere, niſi ad veſperam non liceret.* Macrobius Saturnal. lib. I. cap. v. *Sed vultiſne diem ſequentem, quem plerique omnes abaco, & latrunculis conterunt, nos iſtis ſobriis fabulis à primo lucis in cœnæ tempus, ipſam quoque cœnam non obrutam poculis, non laſcivientem ferculis, ſed quæſtionibus doctis pudicam, & mutuis ex lecto relationibus exigamus?* Niſi mavelis ibi cœnæ vocabulum priſca ſignificatione pro prandio accipere.

480. Χρεμίων αὐτόδετος] Αὐτόδετοι dicebantur, qui de ſuo cœnabant. Romani *Sodales* appellarunt, teſte Feſto, eujus ea verba, *Sodales quidam dictos putant, quod una ſederent, eſſentque alii, quod ex ſuo dapibus veſci ſoliti ſint.* Ubi lego, *ederent eſſentque*, aut *eſſent*, pro eo quod *ederent* dixit. Et ſane in primore ſignificatione iſta uſurpavit Apulejus Mileſ. x. *Hic eſt, qui ſodalem convivamque poſſidet luctantem aſinum, ſaltantem aſinum, voces humanas intelligentem, ſenſum nutibus exprimentem.* Conviviorum autem apud Veteres tria erant genera, ἔρανος, γάμος, εἰλαπίνη. Euſtathius Odyſſ. α'. Ἰστέον δὲ ὅτι κατὰ τρεῖς μάλιστα τὰς τρόπους συνῄεσαν ἂν πολλὰ (lego παλαιοὶ) ἐπὶ εὐωχίᾳ. ἤγουν ἐν εἰλαπίνῃ, ἐν γάμῳ, καὶ ἐν ἐράνῳ. καὶ ὁ μὲν ἔρανος κόσμιον, καὶ οὐδὲ πολυτελὲς, ἀλλὰ καὶ φειδωλὸν ἐστιν ὡς τὰ πολλὰ οἱ ἐρανισταὶ, ὡς ἂν ἴδιον ἐσθίοντες ἕκαστος. ἔστι δὲ ἔρανος, ὁ ἀπὸ κοινῆς συμβολῆς, ἤγουν κατασβολῆς, καὶ δαπάνης, πολλῶν τινῶν εὐωχία, &c. ὁ δὲ γάμος, δῆλον ὅτι ἐμέλλον ἐπὶ συνάλλαξιν ἐπὶ νυμφίων συναρμογῇ. ὁ δὲ εἰλαπίνη, εὐωχία ἐστὶ καὶ αὐτὴ πολυτελὴς, ἐν ᾗ κατὰ ἴλας, ὡς οἱ παλαιοὶ γράφουσι, ἢ ὁμοῦ εἱλούμενοι πολλοὶ ἔπινον, χαίροντες δηλαδὴ τῆς δαπανηλίτητος. Porro ἔρανος, alias vocabatur ἀπὸ συνειδὴς δεῖπνον. Item καταβόλιον. Johan. Tzetzes ad Heſiodi lib II. Καλοῦμεν καταβόλια, ὅταν κοινῶς εἰδότες δαπάνην συμποσιάζωσιν. Huic reſpondet Romanorum *Sportula*, quam inſtituit Nero publicarum cœnarum loco. Eleganter de illa Juvenalis Sat. III.

Nonne vides, quanto celebretur ſportula fumo?
Centum convivæ, ſequitur ſua quemque culina;
Corbulo vix ferret tot vaſa ingentia, tot res
Impoſitas capiti, quas recto vertice portat
Servulus infelix, & curſu ventilat ignem.

Εἰλαπίνην Heſiodus lib. II. πολύξεινον δαῖτα vocat,

Μηδὲ πολυξείνου δαιτὸς δυσπέμφελος εἶναι,
Ἐκ κοινοῦ πλείστη δὲ χάρις, δαπάνη τ' ὀλιγίστη.

Ea Romanis *Recta cœna*, aut ἁπλῶς *Recta* fuit appellata, atque à liberalioribus divitibus ſalutatoribus data. Martialis lib. VIII. ad Domitianum Cæſarem,

Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt.

Suetonius in Auguſto cap. LXXIV. *Convivabatur & aſſidue, nec unquam niſi recta, non ſine magno ordinum hominumque delectu* Has ſuſtulit Nero, Domitianus revocavit, teſte Tranquillo. Generale horum omnium nomen erat σύνδειπνον, Latine *Convivium*, vocabulo aptiore. Cic. de Senect. *Bene enim majores noſtri accubitionem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, Convivium nominârunt, melius quam Græci, qui hoc idem tum Compotationem, tum Concœnationem vocant.* Ita enim emendandum eum locum in Variis meis brevi docebo, ſi vivo, & valeo. Qui in eo erant, *Concœnæ* dicebantur. Latinæ Gloſſæ, *Concœnæ*, Συνδειπνοι. Græcæ, Σύνδειπνος, *Conviva, Concœna*.

482. Τῶν πρόσθε μήνης] Arcades vetuſtiſſimam ſe totius Græciæ gentem credi voluerunt, (quare *antiquos* hos Manilius, Seneca *veteres* vocat) atque adeo regionem ipſam ante lunam fuiſſe. Ovidius,

Orta prior luna, de ſe ſi creditur ipſi,
A magno tellus Arcade nomen habet.

Statius Papinius,

Arcades —— aſtris lunaque priores.

Rei ejus hanc tradunt cauſſam nonnulli, quod prius annum habuerint, quam is in Græcia ad lunæ curſum conſtitueretur. Lucianus in Comment. de Aſtrologia, & Scholiaſtes Apollonii lib. IV. dicunt primum deprehenſum lunæ curſum in Arcadia ab Arcade Endymione: Cenſorinus de Die natali cap. XIX. *In Achaia Arcades trimeſtrem annum primo habuiſſe dicuntur. & ob id Προσέληνοι appellati, non, ut quidam putant, quod ante ſint nati, quam lunæ aſtrum in cœlo eſſet, ſed quod prius habuerint annum, quam is in Græcia ad lunæ curſum conſtitueretur.* Figmenti ejus auctor Hippias quidam Rheginus exiſtimatur. Varias variorum hac de re opi-

niones

niones habes apud Ariſtophanis Scholiaſten ad Nubes.

483. Σποδῷ κατ' ἄκρον χεῖμα θαλψάντων πυρὸς] Glandibus Veteres veſci ſolitos notiſſimum eſt: Lucretius lib. v. de primis Hominibus agens,

Glandiferas inter curabant corpora quercus
Plerumque. ———

Et ibidem,

Sic odium cœpit glandis. ———

Horatius lib. I. Satira III.

Cum prorepſerunt primis animalia terris;
Mutum & turpe pecus, glandem atque cubilia propter
Unguibus & pugnis, dein fuſtibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ poſt fabricaverat uſus.

Maximus Tyrius περὶ Ερωτος, Ηνω ὄντα, κατὰ τὸν Επικούρου (φασὶ) βίον, αἱ τροφαὶ τοῖς ἀνθρώποις φηγοὶ καὶ ὄχναι. Jul. Pollux lib. I. cap. XII. Πρὸ πυρῶν τοὺς ἀνθρώπους ἔθρεψεν ἡ βάλανος. Macrobius in Somn. Scip. lib. II. cap. X. *Cumque rudes primum homines, & incuria ſilveſtri non multum à ferarum aſperitate diſſimiles meminerit, vel fabuletur antiquitas, tradatque nec hunc eis, quo nunc utimur, victum fuiſſe, ſed glande prius, & baccis alitos, ſero ſperaſſe de ſulcis alimoniam.* Vide Platon. in Polit. Ælianum Ποικ. Ιστορ. lib. III. & Vitruvium, ubi priſcorum hominum cibos agreſtes memorat. Atque inde βαλανισὰς vocabant eos, qui glandes colligebant mercede conducti. Auctor Proverbiorum, βαλάνοις ἔζων τὸ πρὶν οἱ ἄνθρωποι, καὶ βαλανισὰς ἐκάλουν τοὺς ἐπὶ μισθῷ τὸν καρπὸν τοῦτον συλλέγοντας. Et Athenis in nuptiis moris erat puerum patrimum matrimum ſpinas cum glandibus, & caniſtrum panibus refertum ferre, clamareque, ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. Eadem de cauſſa coronæ civicæ apud Romanos fronde querna dabantur. Agellius lib. v. cap. VI. *Civica corona appellatur, quam civis civi, à quo ſervatus eſt in prœlio, teſtem vitæ ſalutiſque perceptæ dat: ea fit è fronde querna, quoniam cibus victuſque antiquiſſimus quernus capi ſolitus ſit.* Cum vero ait Lycophron σποδῷ πυρὸς θαλψάντων, obſervandum eſt glandes prius ab illis aſſari ſolitas, quam ederentur. Etymologici Auctor, Οἱ ἀρχαῖοι βαλάνους εἶχον ἔθος ἀποπνίγειν. Inde eſt, quod ait Arnobius lib. II. *Aut de milio ſit (cibus) aut ſit panis ex farre, aut (ut ſecula imitemur antiqua) ex cinere caldo glandes.* Similiter poſtea, repertis frugibus, panes coquebant in cinere prius, inde in furno, teſte Varrone lib. I. de Vita Pop. Romani. Primitivi autem panes ex hordeo conficiebant. Docet id Artemidorus lib. I. cap. LXXI. Αρτοι κρίθινοι πᾶσιν ἀγαθοί, πρώτην γὰρ τροφὴν ταύτην ἂν ἀνθρώποις δεδόσθαι παρὰ θεῶν λόγος ἔχει. Plinius lib. XVIII. cap. VII. *Antiquiſſimum in cibis hordeum, ſicut Athenienſium ritu, Menandro auctore, apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur.* Et poſtea, *Panem ex hordeo antiquis uſitatum vita damnavit, quadrupedumque tradiait refectibus.* Lucanus in Panegyrico ad Piſonem,

——— *nam quid memorare neceſſe eſt,*
Ut domus à Calpo nomen Calpurnia ducat,
Claraque Piſonis tulerit cognomina prima,
Fumida calloſa cum pinſeret hordea dextra?

Manſere tamen hordeacei panes in uſu pauperum, & frugaliorum. Seneca Ep. XVIII. *Non enim injucunda res eſt aqua & polenta, aut fruſtum hordeacei panis.* Sulpitius Severus Dial. I. de Virtutibus Monachorum Orientalium in quadam incognita inſula in deliciis fuiſſe memorat, *Incolæ lacte vivunt, qui ſollertiores ſunt, vel, ut ita dicam, ditiores, hordeaceo pane utuntur.* Itaque ſordidus habitus Romæ hic panis, & quibuſdam in pœnam ad edendum datus. Suetonius Auguſto cap. XXIV. *Cohortes, ſi quæ ceſſiſſent loco, decimatas hordeo pavit.* Ita capio iſta verba.

487. Βοῶνος ἐντόμαισι θρυλλίξας νῆμας] Ovidius Metamorph. lib. VIII.

Occupat audentem, quaque eſt via proxima leto,
Summa ferus geminos direxit ad inguina dentes.

Philoſtratus junior in Imaginibus, Εμπεπτωκὼς γὰρ ὁ σῦς Αγκαίῳ τέτρωκε κατὰ τὸν μηρὸν, κεῖται ὁ νεανίας, ἀθρόον ἐκ ῥέον τὸ αἷμα, καὶ εἰς πολὺ ἀνερρωγὸς τοῦ μηροῦ. Quem locum depravatum ita putabam reſtituendum, Κεῖται ὁ νεανίας, ἀθρόον ἐκχέων τὸ αἷμα, καὶ εἰς πολὺ ἀνερρωγὼς τὸν μηρόν. Conſentit Pherecydes lib. IX. citante Apollonii Interprete.

489. Ος πολλὰ χείλους] Vetus illud & notiſſimum proverbium,

Πολλὰ μεταξὺ πίπτει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

(nam πίπτει ibi legendum, non πέλει monuit olim doctiſſimus Henricus Stephanus) quod ita verſum jam omnium fere in ore eſt,

Multa cadunt inter calicem ſupremaque labra.

De hoc proverbio, ejuſque origine Didymus ad Odyſſ. XXII. ex Ariſtotele differit in hunc modum, Λέγει δὲ Αριστοτέλης περὶ τῆς παροιμίας ταύτης. Αγκαῖος, ὁ Ποσειδῶνος καὶ Αστυπαλαίας, Σάμιος ὢν τὸ γένος, ἔχων οἰκέτην ἀπὸ Κρήτης, ἐκέλευσεν αὐτῷ ποτὲ τρυγᾷν ἀμπελῶνα. εἰπόντος δ' αὐτοῦ, ὡς οὐ δυνήσεται πιεῖν ἔτι ἐκ τούτων αἱ ἄμπελοι τύχωσιν, αὐτὸς δὲ Αγκαῖος καταπειρώμενος τὸν θεράποντα ἔλαβε τὴν κύλικα, καὶ προσιόντος λέξαντος δὲ ἐκείνου,

Πολὺ μεταξὺ πίπτει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

Αρτι συνέβη χρῆμα σῦς μεγάλη ἐπιβαροῦσα τοῖς τοῦ Αγκαίου χωρίοις. ἀφέμενος δὲ αὐτὴν ἀπὸ τῶν χειλῶν τὴν κύλικα καταθεὶς καὶ δραμὼν ὡς ἐπὶ τὸ ἄγριον ἦν, συμβαλόντα δὲ τῷ κάπρῳ τελευτῆσαι, ἔνθα φασὶ κατανοῆσαι τὴν παροιμίαν. Ita enim emendo. Vide etiam Apollonii Scholiaſten lib. I. & laborioſiſſimas illas maximi Eraſmi Chiliades. Feſtus aliam originem affert. Hinc ſumptum illud M. Catonis, in Oratione de Ædilibus vitio creatis, *Inter os & offam*: de quo conſule Agellium lib. XIII. cap. XVI. Hoc uſus etiam Cicero in Epiſtola quadam ad Atticum.

490. Κωλύουσι Μοῖρα, παμμήτωρ βροτῶν] Parcas humanæ vitæ præſidere credidit antiquitas, fauſtaque infauſtaque omnia ab illis immitti. Heſiodus in Theogonia,

——— αἵ τε βροτοῖσι
Γεινομένοισι διδοῦσιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε,
Αἵ τ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε παραιβασίας ἐφέπουσαι.

493. Πλήξας ἀφίκτοις ἄκρον ἰσχνοῦ σφυρὸν] Hæc

quomodo cum ſuperioribus cohæreant, non video. Ὀρχησαὶ vero dicuntur, qui in prælio morientes præcipite caſu in terram provolvuntur, &, ut ait Virgilius lib. II.

——— ſaltu terram ſuper ægra dedere
Corpora. ———

Eodem modo hic ὀρχηςὴς vocatur Ancæus.

494. Μάρμαρον ἐκ κοίλων πέτρας] Theſeum intelligit, qui enſem, & calceos ſub ingenti abditos ſaxo abſtulit, qua de re infra dicendum. Hujus filius Acamas.

495. Τὸ πρίν εἰς λέχος] Fertur Laodice, quum ob Helenam repetendam Diomedes & Acamas veniſſent, magno Acamantis flagraſſe amore, ejuſque concubitum magnopere expetiviſſe, quo tandem, opera Philobiæ, Perſei uxoris, regiam eſſe pellicem perſuadentis, potita eſt, atque ex eo gravida facta Munitum peperit. Vide Parthenium Erot. XVI.

496. Ἰδαία πόλις] Hoc loquendi genus Poetis admodum familiare. Sic infra dicit χῶρον Σκυθῶν. Æſchylus Περσ. Δεσμ. Σκυθῶν οἶμον. Perſis, Ἑλλάδα αἶαν. Horatius *Adrium mare.* Sophocles Ajace, Ἰδαία χθών. Sic apud Theognidem ἀγρὸν καὶ κῶμον pro eo, quod eſt ἀγροικῶν. Sic *ſexum marem* pro maſculino Arnob. lib. IV. Tertullianus de Pallio cap. III. *Audaciam Græciam* ſimiliter, ubi fruſtra mutarunt viri docti. Tibullus, *Campania terra.* Propertius, *Heroas manus, Horatia pila, Auguſta navis.* Prudentius, *Lucinas horas.* Martialis, *Lybiam palæſtram.* Apulejus Mileſ. I. *Theſſalia civitas.* Cato, *Italiam terram*; apud Macrob. lib. VI. cap. VII. Venantius in Phœnice, *Oceanas aquas.* Vellejus lib. I. *Græciam juventutem.* Similia obſervavit apud Theocritum If. Caſaubonus, immortale literarum decus. Olim autem Troja Ἰδαία vocabatur. Sophoclis Scholiaſtes, Ἰδαία τὸ πάλαι ἡ Τροία ἐκαλεῖτο ἀπὸ τῆς Ἴδης, τοῦ ὄρους.

499. Οἱ δέ ποτ' ἀγρώσσοντα] Studioſa admodum venationis fuit antiquitas, ita ut dedecus fere fuerit principi viro venationis non eſſe ſtudioſum. Jul. Pollux lib. V. Τιμητέον μὲν ἡρωϊκὸν, καὶ βασιλικὸν, καὶ πρὸς τοὺς πολεμίους ἅμα καὶ ἰσχυρὰν ἀσκεῖ, καὶ ἐστὶν εἰρηναῖς τι χρησίμως ἅμα, καὶ πολεμικῆς τόλμης μελέτημα, πρὸς ἀνδρείαν φέρον, &c. Xenophon Cyrop. lib. I. Ἀληθέστατα δοκεῖ αὐτῷ ἡ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι, & quæ ibi multa ſequuntur. Vide ejuſdem Κυνηγετικόν. Philo περὶ βίου Μωσ. Η μὲν γὰρ ἀγίων θήρα στρατηγικῶν κατ' ἐχθρῶν ἐστὶ γύμνασμα. Hinc eſt quod Darius ſepulcro ſuo inſcribi mandaverit, φίλος ἦν τοῖς φίλοις, ἱππεὺς τε, καὶ τοξότης ἄριστος ἐγενόμην, κυνηγῶν ἐκράτουν, πάντα ποιεῖν ἐδυνάμην.

Ibid. Κρατέρας ἔχις κτανεῖ] A Thracia vipera interfectum Munitum canit Lycophron, quia apud Olynthum Thraciæ id acciderit. Parthenius loco ſupra citato, Χρόνῳ δὲ ὕστερον γίνεται τῷ Ἀκάμαντι υἱὸς ὁ Μούνιτος, ὃν ὑπ' Αἴθρας τραφέντα (ſic emendo) μετὰ Τροίας ἅλωσιν διεκόμισεν ἐπ' οἴκου. καὶ αὐτὸν θηρεύοντα ἐν Ὀλύνθῳ τῆς Θρᾴκης ὄφις ἀνεῖλεν. Ubi notandus Jani Cornarii error, qui *ſub dio* vertit, cum *ab Æthra* vertendum eſſet. Sed fefellit Medicum doctum loci depravatio non animadverſa, & hiſtoriæ ignorantia. Hoc ideo dicere volui, ut ἀπειρόκαλοι illi Græcarum literarum contemptores videant, quantum ejuſmodi Interpretibus, quos ipſis Auctoribus præferunt, credere debeant. Sed per me quidem hominibus iſtis licet repertis frugibus βαλανοφαγεῖν.

502. Τῶ δνόφῳ τεθραμμένον] Videtur alludere ad priſcam conſuetudinem. Olim enim pueri in ſpecubus, qui tenebroſi, educabantur. Didymus Odyſſ. VIII. Οἱ παλαιοὶ ὑπεδέχοντο τοὺς ἀπὸ ἑαυτῶν ἐκ δρυῶν καὶ πετρῶν γεγονότας. διὰ τὸ τοὺς παλαιοὺς εἰς τὰ κοῖλα καὶ σπήλαια ἐντιθέναι τὰ παιδία. Quod etiam docet ad Homeri Iliada Scholiaſtes incertus. Doctiſſimus G. Canterus σκότῳ interpretatur. Malim ſimpliciter τῷ δνόφῳ τεθραμμένον, id eſt, κρύφα. Ita Oreſtis κρυφίου ἰδεῖν dixit Sophocles Ἠλέκτρᾳ, qui occulte eſſet educatus.

503. Η, μήτη ζυγὸν δούλειον ἀμφέρουσα] De Æthræ captivitate ita Apollonii Scholiaſtes lib. I. Ἐπιστρατεύσαντες γὰρ οἱ Τυνδαρίδαι οἱ Διόσκουροι διὰ τὴν ἁρπαγὴν, Θησέως ὄντος ἐν ᾅδου, καὶ πορθήσαντες Ἀφίδνας αἰχμάλωτον Αἴθραν, τὴν Θησέως μητέρα. Turbet forte hoc loco quempiam Lycophron, quod dicat Æthram in ſervitutem redactam, cum Græci nulli ſervi eſſent. Πάλαι γὰρ (ſic lego, non πάλιν) οὐκ ἐξῆν Ἕλληνα εἶναι δοῦλον, ἀλλὰ βαρβάρους ἰσχυρόν, ut notat ad Orat. κατὰ Μειδίου Ulpianus. Imo ne verberare qnidem fas: inde Athenienſes etiam ſervos publicos in militiam mittebant, belli impenſas conſcripturos, ut poſſent ex iis veritatem verberibus extundere. Idem Ulpianus ad Olynth. II. Δοῦλοι ὄντες δημόσιοι οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ αἰχμαλώτων παίοντες, καὶ ἐδίδασκον τούτους γράμματα, καὶ ἐξέπεμπον αὐτοὺς ἐν τοῖς πολέμοις μετὰ τῶν στρατηγῶν, ἵνα ὑπογράφωσι τὰ ἀναλισκόμενα. ἐκ ἀγαπᾶν δὲ τοῦτο ἐποίουν, ἀλλ' ἵνα διὰ τὴν ἐπιεικῆ πόλιν τούτους ὡς δούλους, ἔχοιεν μαστίζοντες τὰ ἀληθές. αἰσχρὸν γὰρ ἐνομίζετο παρ' Ἀθηναίοις ἐλεύθερον τύπτειν. Hoc quamvis ita ſit, jure tamen belli ſervos facere licebat.

506. Σὺν ὀρφάνω σπίλῳ] Pilea Veteres Dioſcuris affinxere. Philo περὶ Δεκαλ. Εἶτ' ἀντὶ ἐν διάστημα σκιὰν ἄλλοτε ἀλλοίαν ἐνδέχεται, τίνα μὴ λεγειαὶ ᾧ ἐζωτικὸν ἀμφότερα ὅλιγ ρίων, ἀμφισφαιρίδιος εἰς Ηρακλέα. πάντη δὲ πίλους ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς, ὁποῖα ἀσκοῖτο εἰς Διοσκόρους. Catullus,

Salax taberna, voſque contubernales,
A pileatis nona fratribus pila.

Apulejus Mileſ. X. *Junonem quidem Caſtor & Pollux, quorum capita caſſides æratæ ſtellarum apicibus inſignes contegebant.* Ea dimidiati ovi forma fuiſſe patet ex hoc Lycophronis loco. Cur autem iis attributa, docet Feſtus, *Pilea Caſtori, & Polluci dederunt antiqui, qui Lacones fuerunt, quibus pileatis pugnare mos eſt.* Neque vero placet Mureti commentum. Caſtoris pileum erat circumdatum ſtrophio, inde Tuſculani, quod in pulvinari imponebant, *Caſtoris Stroppum* appellabant. Videre id ipſum eſt ex Feſti verbis in *Stroppus.* Reſpexit autem hunc Lycophronis locum Euſtathius ad Dionyſium, Λέγει δὲ τούτον, τὸ τοιοῦτον, οὕτω Λυκόφρων σπίλον, τὸ σφαιροειδές.

508.

508. Τὰ δ' ἄλλα θριπόβρωτος] Vertendum erat hoc modo,

Reliquas porro ædes vermiculatum intactum
Sigillum ſervabit. ———

Et rectius multo magnus ille Scaliger,

Intacta vermiculata claxendix domos
Servabit alias. ———

Olim autem ædes, ſcrinia, & quæcunque claudebantur, obſignari moris erat, quod etiam heic eſt videre. Ariſtoteles περὶ Θαυμ. Ακουσμ. Καὶ τῆς οἰκίας κατασφραγίζεσθαι τὰς θύρας, καὶ ἐπειδὰν μέλλωσιν ἀνοίγειν, ἐπιδείξαντες τοῖς πολίταις καὶ τοῖς ξένοις τὰς σφραγῖδας, οὕτως ἀνοίγειν. Ariſtophanes Θεσμοφ.

Εἶτα δ' ὅτι τοῦτο ταῖς γυναικωνίτισι
Σφραγῖδας ἐπιβάλλουσιν ἤδη καὶ μοχλοὺς,
Τηροῦντες ἡμᾶς. ———

Theophraſtus in Eth. Charact. cap. περὶ Απιστίας, Καὶ τὴν γυναῖκα τὴν αὐτοῦ ἐρωτᾷν κατακείμενος, εἰ κέκλεικε τὴν κιβωτὸν, καὶ εἰ σεσήμανται τὸ κυλικοῦχον. Plautus in Caſina,

Obſignate cellas, referte annulum ad me.

Huc pertinent illa Theodoreti de Provid. Dei, Orat. v. Καὶ τὸν μόλιβδον ἐντείνουσι τὰ τάμεια, ὥσπερ τινὶ θησαυρῷ, σήμαντρα καὶ σφραγῖδας ἐπιβάλλουσι. Et illa Apuleii in Apologia, *Quanquam ipſe aperiret (utpote promus librorum, qui illic erant conditi) pene quotidie, & clauderet: ſæpe nobiſcum, multo ſæpius ſolus intraret, linteum in menſa poſitum cerneret, ſine ullo ſigillo, ſine vinculo.* Et poſtea, *Quod conditum cumque, quod obſignatum, quod incluſum domi adſervatur, id omne argumento Magicum dicetur.* Cornel. Tacitus Annal. lib. II. *Irridebantur & Græci comites, ac viliſſima utenſilium annulo clauſa.* Menander,

Οἷς δὲ μοχλοῖς καὶ διὰ σφραγισμάτων
Σώζει δάμαρτα, &c.

Vocat vero Lycophron θριπόβρωτον σφραγῖδα, quia antiquitus, ante inventum annuli ſignatorii uſum, lignis à vermibus exeſis res quaſvis ſignare conſueverunt. Heſychius, Οἱ Λάκωνες σφραγίσιν ἐχρῶντο ξύλοις ὑπὸ θριπῶν βιβρωμένοις κατασημαινομένοις, ὁπότε βούλοιντο. Φιλοστέφανος δέ φησι πρῶτον Ηρακλέα χρήσασθαι. Inde ea ſignacula θριπήδεστα, atque θριπήδεστα nuncupata fuerunt. Etymologici Auctor, Θριπήδεστα, τὰ ὑπὸ τῶν θριπῶν διαβιβρωμένα ξύλα, οἷς ἀντὶ σφραγῖδος ἐχρῶντο. Euſtathius Odyſſ. α'. Θριπήδεστα, ξυλάρια τὰ ὑπὸ θριπῶν βιβρωμένα, οἷς ἐχρῶντο οἱ σφόδρα οἰκονομικοὶ ἀντὶ γλυπτῶν σφραγίδων. Suidas, Θριπήδεστα, ξύλα ἀπὸ (lego ὑπὸ) θριπῶν βιβρωμένα, οἷς ἐσφράγιζον. Licet hanc conſuetudinem etiam obſervare apud Ariſtophanem Θεσμοφ. ubi mulier quædam ita loquitur,

Νῦν δ' οὗτος αὐτοὺς φιλότερος Εὐριπίδης
Εδίδαξε θριπήδεστ' ἔχειν σφραγίδια
Εξαψαμένους. ———

Syneſius in Epiſtola ad Olympium, Τεκμαίρομαι δὲ τὴν ἐπιστολὴν εἶναι παμπάλαιον, τῷ τε θριπηδέστατον γεγονέναι, καὶ τῷ συγκεχύσθαι τὰ πλείονα τῶν γραμμάτων. Ea ſignacula θριπήδεστα, & θριπηδέστατα appellata, ut dixi. Hyperides in Orat. adverſus Demadem vocat Græciam θριπηδέστατον, id eſt, vaſtatam. Signatoriorum autem annulorum formam magnitudine minutiſſimi digiti expreſſit ad Taciti Annales vir clariſſimus J. Lipſius, quem pete.

511. Τοῖς ἡμιθνήτοις] Cur ἡμιθνήτους Dioſcuros vocet, notum eſt. Vide Didymum ad Odyſſ. λ'. Virgilius Æneid. VI.

Sic fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque reditque viam toties. ———

Hinc & Homero ἑτερήμεροι, Pindaro παρ' ἆμαρ vivere dicuntur.

Ibid. Δυσλόχοις Λαπερσίοις] Λᾶας, (ait Homeri Scholiaſtes Iliad. β'.) πόλις Λακωνικῆς, ἣν οἱ Διόσκουροι πορθήσαντες, Λαπέρσαι ἐκλήθησαν. Stephanus, Λᾶς, πόλις Λακωνικὴ, Λυκόφρων, Καὶ Λᾶν περσαντες. ταύτην ἑλόντες οἱ Διόσκουροι, Λαπέρσαι ἐκλήθησαν. Strabo lib. VIII. Τὴν δὲ Λᾶν οἱ Διόσκουροι ποτὲ ἐκ πολιορκίας ἑλεῖν ἱστοροῦνται, ἀφ' οὗ δὴ Λαπέρσαι προσηγορεύθησαν. Sophocles,

Νὴ τὼ Λαπέρσα, νὴ τὸν Εὐρώταν τρίτον,
Νὴ τοὺς ἐν Αργει, καὶ κατὰ Σπάρτην θεούς.

513. Δυσαρπάγῳ κρεκὶ] Quamvis non inepte omnino legatur δυσαρπάγῳ, magis tamen δυσαρπάγῳ placet. Horatianus Nereus,

—— mala ducis avi domum,
Quam multo repetet Græcia milite,
Conjurata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus.

Eſt vero κρὲξ avis marina Ibidi ſimilis, infauſta nuptiis putata.

519. Καὶ τριγέννητος θεὰ] Syncopen in hac voce eſſe monui ſupra. Hujus autem epitheti variæ traduntur cauſſæ. Ego unam apponam, n. quod nata ſit tertia menſis die, quæ τριτομηνὶς dicta. Harpocration, Τὴν τρίτην τοῦ μηνὸς τριτομηνίδα ἐκάλουν, δοκεῖ γὰρ γενέσθαι τότε ἡ Αθηνᾶ. Ιστρος δὲ καὶ Τριτογένειαν αὐτὴν φησὶ διὰ τοῦτο λέγεσθαι. Poſtea Lycophron Hectorem vocat δυσμενῶν μοχλὸν. Similiter Herculem ἄκμονα Callimachus Hym. III.

——— τοῖος γὰρ ἀεὶ Τιρυνθίος ἄκμων
Εστηκε πρὸ πυλάων. ———

531. Εὐθεσμος κεκμηκότι] Mortuos κατ' εὐφημισμὸν Græci veteres κεκμηκότας dicebant. Phurnutus de Nat. Deorum, Τινὲς δὲ τὸν ποιητὴν Ακμονος αὐτὸν εἶναί φασιν υἱὸν, τὸ ἄκμητον (ita legendum alias in Variis, Deo volente, docebimus) τῆς περιφορᾶς αἰνιττόμενοι, ἢ ὑπολαβόντες ὅτι ἄφθαρτος ἐστι, τοῦτο παρεστῆσαι διὰ τῆς ἐτυμολογίας, κεκμηκότας γὰρ λέγομεν τοὺς τετελευτηκότας. Etymologicographus, Καμόντας τοὺς τετελευτηκότας ἔλεγον. Et alii Grammatici paſſim. Homerus Iliad. III.

——— καὶ οἳ ὑπένερθε καμόντας
Ανθρώπους τίνυσθον. ———

Theocritus Idyllio XVII.

——— καὶ ἐγγὺς ἀεὶ πορθμῆα καμόντων.

532. Γραικῶν ἄκρον] Græci denominati à Granico fluvio, ut placet Conſtantino lib. περὶ Θεμάτων, his verbis, Τὰ δὲ πρὸς θάλασσαν καὶ τὴν Κύζικον κατοικοῦσι Φρύγες τε, καὶ Γραικοὶ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Γρανικοῦ τὴν ὀνομασίαν πλουτήσαντες. & infra themate XVII. Καὶ μέχρι τοῦ ποταμοῦ, τοῦ λεγομένου Γρανικοῦ, πάντες Γραικοὶ ὀνομάζονται. Fuit ea priſca gentis appellatio, recentiores autem Ελληνες nuncupari maluerunt. Falſum autem, quod aiunt Heſychius & Etymologici Auctor, Ραικοι, Ρωμαῖοι δὲ τὸ γ' προσθέντες Γραικούς φασι. Ineptit ſimiliter Conſtantinus loco citato: nam primum dicti ſunt Γραιοὶ, (id eſt, antiqui) καὶ αὐτόχθονες, deinde παραγωγικῶς, Γραικοὶ, quod veriſſimum eſt, ut, Αχαιοὶ, Αχαϊκοί. Μυσοὶ,

Μυσαϊκοί. Βαρδαῖοι, Βαρδαϊκοί. Σελλαῖος, Σελλαϊκός. Ariſtoteles Meteorologicôn lib. I. cap. XIV. Sellos olim Græcos, poſtea Hellenes appellatos tradit. Vide Stephanum.

543. Ἐν λέσχαις] Λέσχαι pro confabulationibus hoc loco. Heſychius, Λέσχη, ὁμιλία, καὶ φλυαρία, καὶ ὁ δημόσιος τόπος, ἐν ᾧ διέτριβον οἱ πτωχοί, καὶ διελέγοντο ἀλλήλοις. σημαίνει δὲ καὶ τὰ κατὰ δειπνητήρια, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς λόγους, καὶ τοὺς ἀλεεινοὺς τόπους λέσχας καλοῦσι. Cicero ad Atticum lib. XII. Epiſtola I. *Novi nihil: quid ergo opus erat epiſtola? quid cum coram ſumus, & garrimus quicquid in buccam? Eſt profecto quiddam* λέσχη, *quæ habet, etiamſi nihil ſubeſt, collocutione ipſa ſuavitatem.* Euripides Ἱππολύτῳ,

—— εἰσὶ δ' ἡδοναὶ πολλαὶ βίου,
Μακραί τε λέσχαι, καὶ σχολὴ τερπνὸν κακόν.

Callimachus Epigrammate XI.

—— ἐμνήσθην δ' ὁσσάκις ἀμφότεροι
Ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν. ——

Sophocles Ἀντιγόνῃ nuncupat λέσχην conventum à rege indictum. Erant vero λέσχαι duplices; pauperum, & divitum. Pauperum, in omnibus fabrorum officinis, ad quas hyeme maxime ad calfaciendum conveniebant, & confabulabantur. Inde Homerus,

Οὐδ' ἐθέλεις εὕδειν χαλκήϊον ἐς δόμον ἐλθών.

Antiphon in Orat. ad Nicoclem, Λέσχας ἔλεγον δημοσίους τινὰς τόπους, ἐν οἷς σχολὴν ἄγοντες ἐκαθέζοντο πολλοί. Heſiodus lib. II.

Πὰρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον, καὶ ἐπαλέα λέσχην
Ὥρῃ χειμερίῃ ὁπότε κρύος ἀνέρας ἔργον (lego ἔργων)
Ἰσχάνει. ——

Scholiaſtes, Τὸ παλαιὸν τὰ χαλκεῖα, καὶ πάντα τὰ ἐργαστήρια τὰ πῦρ ἔχοντα ἄθυρα ἦν, ἃ καὶ λέσχας ἐκάλουν, ὅτι οἱ πένητες εἰσερχόμενοι, καὶ μᾶλλον ἐν χειμῶνι, ἐν τῷ θερμαίνεσθαι λέσχας καὶ φλυαρίας λόγων συνέπλεκον. At divitum λέσχαι aliæ erant, nimirum in partibus ædium ſecretioribus: de iis Etymol. Auctor, Τὸ παλαιὸν ἔθος ἦν, καὶ τῷ χειμῶνι τόπον εἶχον ἀποκεχωρισμένον, ἐν ᾧ πυρκαϊὰς ποιοῦντες, ἐν αὐτῷ καθεζόμενοι διημέρευον ἀδολεσχοῦντες καὶ φλυαροῦντες. Olim tamen λέσχαι proprie dicebantur loca aprica, in quæ commentandi cauſſa conveniebant Philoſophi. Hierocles lib. I. Philoſophicorum ait, λέσχας dictas cathedras, & conventicula, in quibus de Sapientia diſputationes habebantur. Vide quæ vir doctiſſimus Bon. Vulcanius ad Callimachum. Erant vero eæ leſchæ Apollini conſecratæ. Harpocration, Κλεάνθης ἐν τῷ περὶ θεῶν, ἀπονενεμῆσθαι τῷ Ἀπόλλωνι τὰς λέσχας φησίν, ἐξέδραις δὲ ὁμοίας γίνεσθαι αὐταῖς. καὶ παρ' ἐνίοις τὸν θεὸν λέσχην ὄνομα ἐπικαλεῖσθαι. Scribo Λεσχηνόριον ἐπικαλεῖσθαι. Phurnutus de Nat. Deorum, Καὶ λεσχηνόριον δὲ αὐτὸν (Ἀπόλλωνα) προσηγόρευσαν, διὰ τὸ τὰς ἡμέρας ταῖς λέσχαις καὶ τῷ ὁμιλεῖν ἀλλήλοις συνέχεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, τὰς νύκτας δὲ καθ' ἑαυτοὺς ἀναπαύεσθαι. Reſtitues etiam hanc vocem Suidæ, apud quem male Λεσχηνόειον. Quales vero in Græcia λέσχαι, tales Romæ *Tabernæ*, quæ ad pilas ſitæ. Catullus,

Salax taberna, voſque contubernales,
A pileatis nona fratribus pila.

Horatius,

Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos.

558. Πλαγὰς ἀδελφοῖν κριὸς ἐγκαψεῖ] Κριὸν non arietem, ſed heroem, ſive principem interpretare: nam Græci veteres τὸ κρίνειν imperare dicebant. Artemidorus lib. II. cap. XII. Ἔτι δὲ καὶ κριὸς περὶ δεσπότην ἐπὶ λογίζεται, καὶ περὶ ἄρχοντα, καὶ περὶ βασιλέα. κρίνειν γὰρ τὸ ἄρχειν ἔλεγον οἱ παλαιοί. Apomaſar quoque Ἀποτελεσμάτων cap. XC. & LXXXIII. arietem, principem eodem, quo Artemidorus, modo ſignificare dicit. Sed per convitium Lycophron Idam, qui nimis imprudenter, & temerarie ſepulcrum Apharei violaverat, nomine ab Ægyptiorum Theologia petito, qui regem, aut principem ſtultitiam imprudentiamque peroſum deſignare volentes, elephantum pingunt cum ariete Horus lib. II. Ἄνθρωπον βασιλέα φεύγοντα μωρίαν καὶ ἀφροσύνην βουλόμενοι σημῆναι, ἐλέφαντα καὶ κριὸν ζωγραφοῦσιν, ἐκεῖνος γὰρ θεωρῶν τὸν κριὸν φεύγει.

559. Ἄγαλμα πίλας τοῦ Ἀμυκλαίου τάφου] Eleganter cippum vocat ἄγαλμα τάφου, ſic Pindarus Nemeonic. Od. X. ἄγαλμ' Ἀΐδα, hoc modo,

Ἔνθεν ἁρπάξαντες ἄγαλ-
μ' Ἀΐδα, ξεστὸν πέτρον,
Ἔμβαλον στέρνῳ Πολυδεύ-
κεος. ——

De cippis autem ſepulcralibus notum, notatumque viris doctis. Proferam unicum Iſidori locum Orig. lib. XV. cap. XI. *Apud majores Potentes aut ſub montibus, aut in montibus ſepeliebantur. Inde tractum eſt, ut ſuper cadavera aut pyramides fierent, aut ingentes columnæ collocarentur.* Obſervo etiam in honoratiorum cippis effigies mortuorum ſculptas fuiſſe, idque ex Feſto, *Statua eſt ludii ejus, qui quondam fulmine ictus in circo ſepultus eſt in Janiculo. cujus oſſa poſtea ex prodigiis, oraculorumque reſponſis Senatus decreto intra urbem relata in Volcanali, quod ſupra Comitium, obruta ſunt, ſuperque ea columna cum ipſius effigie poſita eſt.* In quibus autem iſtæ effigies non eſſent, *Pagæ* nominabantur. Iſidorus in Gloſſis, *Pagæ, memoriæ ſine idolis.* Sed vide quæ ad ipſum illum locum notavi.

560. Ὁμοῦ δὲ χαλκὸς καὶ κεραύνιοι βολαὶ ταύρους κατεξανοῦσι] Caſtoris & Pollucis hiſtoria, quam hic attingit Lycophron, petenda ex Pindaro, & Theocrito. Johannes Tzetzes Chiliad. I. Hiſt. XLVIII.

Πρὸς Ἀφαρέως γεγόνασι παῖδες, Λυγκεὺς, Ἴδας,
Περὶ Λευκίππου θυγατρῶν, Φοίβης καὶ Ἰλαείρας,
Μάχην συνάψαι καρτερὰν, τινὲς αὐτοὺς ἂν χρῶσι.
Περὶ δὲ Ταΰγετον γέγονε τὰ τῆς μάχης,
Λυγκεὺς δ' ὀξυωπέστατος πάντων τελῶν ἀνθρώπων,
Ἰδὼν κοιλάδι τῆς δρυὸς Κάστορα, Πολυδεύκην,
Κάστορα κτείνει τῷ δορὶ, καὶ τοῦτον Πολυδεύκης,
Τὸν Πολυδεύκην Ἴδας δὲ, καὶ κεραυνὸς τὸν Ἴδαν.

Quo loco ridiculum ſe præbet Paulus Laciſius, dum vocem κεραυνὸς, quæ fulmen exponenda erat, proprium nomen eſſe arbitratur. O cor Zenodoti!

561. Σὺν αὐλῶν ἐνὶ] Attingit Idæ cum Apolline contentionem, ortam de Marpiſſa, Eveni filia. Idas namque, impetratis à Neptuno patre equis velociſſimis, eum Marpiſſam rapuiſſet,

ſet, Apollini obvius factus eſt, qui cum eripere eam vellet, ad manus deventum eſt, ſed Jupiter miſiſſe fertur Mercurium, qui juſſit Marpiſſam, utrum vellet, eligere, quæ, metuens ut ſenio confecta ab Apolline repudiaretur, Idam elegit. Vide Homeri Commentatorem, & Apollod. lib. I.

562. Τιλφέσιος] Telphuſius dictus Apollo à Telphuſa, Arcadiæ urbe. Mavult Canterus Τιλφέσιος. Poteſt etiam legi Δελφέσιος, nam ita dictus,

Οὕνεκα Δελφέσιος ἱερῆς ἔγχυι ζέεϑρα,

ut ait Homerus in Hymnis, qui videndus.

563. Ραβδώσας κέρας] Cornu dicit, quia ea olim arcuum materies. Alioquin κέρας οἱ παλαιοὶ καὶ τὴν τρίχωσιν ἐκάλουν, ut docent Gloſſæ Græcorum. Ea apud Veteres ex ſetis equinis. Heſychius, ἱπ-πείαν, τὴν ἵππον. ὅπου δὲ τὴν τόξων νευρὰν, τὴν ἐξ ἱπ-πείων τριχῶν. Accius,

Reciproca tendens nervo equino concita
Tela. ——— ———

577. Αἱ δὲ Πεζόλαιος ἐξεπαίδευον] Ovidius Metamorph. lib. XIII.

——— *dedit altera Liber*
Fœmineæ Stirpi voto majora fideque
Munera, nam tactu natarum cuncta mearum
In ſegetem, laticemque meri, baccamque Minervæ
Transformabantur. ———

Diſſentit autem a Lycophrone in eo, quod dicat vi à Græcis raptas.

578. Μυλαρίτις χελῶς] Antiquitus nullus molarum uſus fuit, ſed fruges torrebant, atque in pilam conjectas pinſebant, id quod molendi genus erat. Servius ad Virgil. Æneid. lib. I. *Quia apud majores noſtros molarum non erat uſus, frumenta torrebant, & ea in pilas miſſa pinſebant. Unde & Pinſores dicti, qui nunc Piſtores vocantur.* Poſtea molarum uſus inventus à Mylante quodam. Stephanus, Μυλαντία, ἄκρα ἐν Καμίρῳ τῆς Ῥόδου. Μυλάντιοι ϑεοὶ * ἀπὸ Μύλαντος ἀμφότερα, τῆς καὶ πρῶτος εὑρόντος ἐν τῷ βίῳ τὴν μύλων χρῆσιν. quam lacunam ſic ſuppleo, Μυλάντιοι, ϑεοὶ ἐπιμύλιοι, ἀπὸ, &c. Præterea lego, Μυλαντία, ἄκρα ἐν Καμίρῳ τῆς Ῥόδου.

579. Ερπιν τι ζέζειν, ἠδ᾽ ἀλοιφαῖον λίπος] Αλοιφαῖον λίπος oleum intelligit. Oleo enim ungebantur luctatores, balneatores, & virgines. Ungebant etiam pedes, antequam calceos induerent, & qui è bello reverſi erant. Dicitur porro ζέζειν ἀλοιφαῖον λίπος, ut proprie *Facere* de oleo Latini veteres. Hinc *Factus*, oleum uno tempore factum, cumque alii CLX. modiorum, alii CXX. faciebant. Varro de R. R. lib. I. cap. XXIV. *Factum dicunt, quod uno tempore conficiunt; quem alii* CLX. *aiunt eſſe modiorum, alii ita minus magnum, ut ad* CXX. *deſcendat*,

580. Οἰνοτρόπους φάβας] Heſychii verba oppidò huic loco conveniunt; Οἰνοτρόποι, αἱ Ανίου ϑυγατέρες, lego αἱ Ανίου. Simili modo emendo Stephanum, Ανδρος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἐκλήϑη ἀπὸ Ανδρου τοῦ Εὐρυμάχου, ὃ τοῦ Ανίου ἀδελφοῦ, τοῦ πατρὸς τῶν Οἰνοτρόπων. Nam male ibi bis ἀνανίου repetitur. Φάβας autem, ſive columbas (male *aves* vertit Canterus) cur vocet, docet Ovidius Metamorph. lib. XIII.

Illæ tollentes etiamnum libera cælo
Brachia, Bacche pater, fer opem, dixere, tulitque
Muneris auctor opem, (ſi miro perdere more
Ferre vocatur opem) nec qua ratione figuram
Perdiderint, potui ſcire, aut nunc dicere poſſum.
Summa mali nota eſt, pennas ſumpſere, tuæque
Conjugis in volucres niveas abiere columbas.

592. Ο δ᾽ Αργυρίππαν] Diomedes Ætolia profugus in Apuliam devenit, ubi Argyrippam condidit. Virgilius Æneid. XI.

Ille urbem Argyripam, patriæ cognomine gentis,
Victor Gargani condebat Iapygis arvis.

Ovidius Metamorph. lib. XIV.

At Venulus fruſtra profugus Diomedis ad urbem
Venerat: ille quidem ſub Iapyge maxima Dauno
Mœnia condiderat, dotaliaque arva tenebat.

Servius Æneid. VIII. *Diomedes, poſtquam repperit ira Veneris à ſe vulneratæ uxorem Ægialiam apud Argos turpiter vivere, noluit reverti, ſed tenuit partes Apuliæ, & edomita omni Gargani montis multitudine, in eodem tractu civitates plurimas condidit.* Adi Geographos.

593. Παρ᾽ Αὐσονίτην φυλαμόν] In Stephano eſt πυραμίον, lego πυραμοῦν, victoriam autem interpretor, ut ſit tropus. Solebant enim Veteres victoriæ præmium hoc placentæ genus dare. Artemidorus lib. I. cap. LXXIV. Ην ὁ πυραμοῦς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐπινίκιος. Et quidem non omnis victoriæ (nam nimis late Artemidori verba patent) ſed tantum in compotationibus ubi certabant inter ſe inſomnia. Ariſtophanis Scholiaſtes Equitibus, Εἰώϑεσαν δὲ ἐν τοῖς συμποσίοις ἁμιλλᾶσϑαι περὶ ἀγρυπνίας, καὶ ὁ διαγρυπνήσας μέχρι τῆς ἕω, ἐλάμβανε τὸν πυραμοῦντα. Simili notione etiam apud Ariſtophanem eſt Equitibus,

Ην δ᾽ ἀναιδείᾳ παρέλϑῃς, ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς.

Et in Theſmophoria celebrantibus,

Τὸ φρύγμα καμπύλον, καὶ σφόδρ᾽ ἐκ τῆς σοῦ πέλεται,
Τοῦ γὰρ τεχνάζειν ἡμέτερος (lego ὑμέτερος) ὁ πυραμοῦς.

Victoria autem eſt, quam, cum in Italiam veniſſet, Dauno ſuppetias ferens, reportavit. Itaque ſenſus hujus loci; Alius præter victoriam ex Italia reportatam, etiam Argyrippam, Dauniorum poſſeſſionem, extruet. Neque eſt quod quenquam turbet μεταχηματιςμὸς, qui familiaris Poetis. Porro πυραμοῦν dixit per ἀποκοπὴν, pro πυραμοῦντα. Ita Homerus κρῖ, pro κρῖμα. δῶ, pro δῶμα. μάψ, pro μαψιδίως. Αλκιμος, pro Αλκιμέδων. Heſiodus βρῖ & βριϑὺ, pro βριαρὸν. Sophocles, & Ion ζεῦ, pro ζεύδων. Epicharmus λῖ, pro λίαν. Συρακὼ, pro Συρακούσας. Empedocles ὄψ, pro ὄψις. Antimachus ἄλφι, pro ἄλφιτον. Euphorion ἴλ, pro ἴλεος. Philetas ἱερ, pro ἱερὸν. Aratus πολὺ, pro πολύλλα. Simmias Δαυλὶ, pro Δαυλίων. Apud Romanos quoque in Saliaribus carminibus erat *par*, pro *parte*. *po*, pro *populo*.

597. Κύκνοισιν ἐνδαλϑέντας] In albas aves mutatos Diomedis ſocios indicat, cum ait eos cycnis ſimiles. Ovidius Metamorph. XIV.

Si volucrum quæ ſit dubiarum forma requiris,
Ut non cycnorum, ſic albis proxima cycnis.

Iſidorus Orig. lib. XII. cap. VII. *Diomedeas aves à ſociis Diomedis appellatas, quos ferunt fabulæ in eaſdem*

Digitized by Google

eaſdem volucres fuiſſe converſos, forma fulicæ ſimiles, magnitudine cycnorum, colore candida, duris & grandibus roſtris. Ex quibus verbis facile videre, cur alii in cycnos, alii in fulicas verſos tradunt. Fallitur vero doctiſſimus G. Canterus, qui putat Lycophronem dicere eos in cycnos eſſe mutatos, cum κύκνειον ἰνδαλθέντας dicat. Diomedeæ aves ſunt, quæ Græce ἐρωδιοὶ, Latine *Ardeæ* vocantur, Gallice *Herons*. Ita quidam. Sed deſcriptio Pliniana, & reliqua, quæ ipſis à Plinio attribuuntur, repugnant. Sane Stephanus, & alii ἐρωδιὸς vocant.

599. Φερώνυμον νᾶσον] Diomedeam puta, de qua ita in Περιηγήσει ſua Dionyſius,

Ἀλλ' ὁπότ' Ἀδριάδος σκαιὸν πόρον Ἀμφινέοιτο
Εἰσελάσεις ἐπὶ τοὺς Ἰηπυγίην ἐπὶ γαῖαν,
Δήεις ἰφθίμοι Διομήδεος αἰπεινὴν νῆσον,
Ἔνθ' ἥρως ἀφίκανε, χαλεψαμένης Ἀφροδίτης,
Ὁππότε τειλλίζων μετεκίαθεν ἔθνος Ἰβήρων,
Ἧς ἀλόχου βουλῇσι κεχαρμένος Αἰγιαλείας.

600. Θεατρομόρφῳ] Sic dixit quoque Virgilius Æneid. v.

Hoc pius Æneas miſſo certamine tendit
Gramineum in campum, quem collibus undique curvis
Cingebant ſilvæ, mediaque in valle theatri
Circus erat. ———

Plinius lib. v. Epiſt. vi. *Regionis forma pulcerrima, imaginare amphitheatrum aliquod immenſum, & quale ſola rerum natura poſſit effingere.* Lib. vi. Epiſt. xxxi. *Villa pulcerrima cingitur viridiſſimis agris, imminet littori, cujus in ſinu quam maximus porticus, velut amphitheatrum.* Calpurn. in Bucolico,

Qualiter hæc patulum vallis contendit in orbem,
Et ſinuata latus reſupinis undique ſilvis,
Inter continuos curvatur concava montes:
Sic tibi planitiem curvæ ſinus ambit arenæ.

Juſtinus lib. xxiv. in deſcriptione Parnaſſi, *Media ſaxi rupes in formam theatri receſſit.* Martianus Capella lib. vi. *Si à primis* (lego *Pœninis*) *Alpibus dextrum latus, & prolixi montis brachium contempleris, prominentias utrinque componens, theatrum quoddam ſpectare videaris undarum. Lunata quippe, & quodam hemicyclio in promontorium memoratum circumfertur Italia.* Et in Theſſaliæ deſcriptione, *Hi omnes montes in theatrali more curvantur.*

601. Ἀγχιπλασιάσαντες ἐκπίδιοις τομαῖς σποράδα καλιάς] De avium Diomedearum nidificatione ita Plinius, *Scrobes excavare roſtro,* (*tradunt*) *inde crate conſternere, & operire terra, quæ egeſta ſunt, in his fœtificari. Fores binas omnium ſcrobibus, Orientem ſpectare quibus exeant in paſcua, Occidentem quibus redeant.* Ejus ſimia Solinus cap. viii. *Cum fœtuum adeſt tempus, roſtro ſcrobes excavant, deinde ſurculis inverſum ſuperpoſitis imitantur texta cratium, & ſic contegunt ſubtercavata: & ne operimenta deſint, ſi forte lignorum caſas venti auferrent, hanc ſtruem comprimunt* (*V.C. premunt*) *terra, quam egeſſerant, cum puteos excavarent: ſic nidos moliuntur bifori acceſſu, nec fortuito, adeo ut ad plagas cœli metentur exitus, vel ingreſſus. Aditus, qui dimittit ad paſtum, ad Ortum deſtinatur, qui excipit revertentes, Occaſum verſus eſt: ut lux & morantes excitet, & receptui non denegetur.*

605. Πάντα φυγόντες κύρβαντον ὄχλον] Solinus loco citato, *Judicant inter advenas; ſi Græcus eſt, propius accedunt, & quantum intelligi datur, velut civi blandius adulantur: ſi quis erit gentis alterius, involant, & impugnant.* Plinius, *Advenas barbaros clangore infeſtant, Græcis tantum adulantur miro diſcrimine, veluti generi Diomedis hoc tribuentes.* Iſidorus Orig. lib. xii. cap. vii. *Judicant inter ſuos, & advenas. Nam ſi Græcus eſt, propius accedunt, & blandiuntur; ſi alienigena, morſu impugnant, & vulnerant, lacrymoſis quaſi vocibus dolentes vel ſuam mutationem, vel regis interitum.* Ariſtoteles περὶ Θαυμασίων Ἀκουσμάτων, Ἐν δὲ τῇ Διομηδείᾳ νήσῳ, ἣ κεῖται ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, φασὶν ἱερὸν εἶναι τοῦ Διομήδους θαυμαστόν τι, καὶ ἅγιον. περὶ δὲ τὸ ἱερὸν κύκλῳ περικαθῆσθαι ὄρνιθας μεγάλους τοῖς μεγέθεσι, καὶ ῥύγχη ἔχοντας μεγάλα καὶ σκληρά. τούτους λέγουσιν, ἐὰν μὲν Ἕλληνες ἀποβαίνωσιν εἰς τὸν τόπον, ἡσυχίαν ἔχειν· ἐὰν δὲ τῶν βαρβάρων τινὲς τῶν περιοίκων, ἀνίπτασθαι, καὶ αἰωρουμένους καταράσσειν αὐτοὺς εἰς τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ τοῖς ῥύγχεσι τιτρώσκοντας ἀποκτείνειν. μυθεύεται δὲ τούτους γενέσθαι ἐκ τῶν ἑταίρων τῶν Διομήδους, ναυαγησάντων μὲν αὐτῶν περὶ τὴν νῆσον, τοῦ δὲ Διομήδους δολοφονηθέντος ὑπὸ τοῦ Αἰνέου, τοῦ τότε βασιλέως τῶν τόπων ἐκείνων γενομένου. Lego δ. ὑπὸ τοῦ Δαύνου. Paullo aliter Stephanus in Διομήδεια, Καὶ νῆσος, inquit, ἡ Διομήδεια, ἐν ᾗ οἱ ἐρωδιοὶ χειροήθεις σεσαρωντύμενοι, καὶ κόλπους δύοντες, ὥς φασιν ὄτι (emendo ὅτι) τοὺς ἑταίρους Διομήδους ἐκεῖ εἰς ὄρνιθας μετασχηματισθῆναι. Antoninus Liberalis lib. Μεταμορφ. ſolam Illyricam gentem iis odio eſſe tradit. Vide Auguſtinum de Civ. Dei lib. xviii. cap. xvi. & xviii.

610. Τερζωνίας δ' οὔτασμα] Diomedes, cum ſibi à Minerva conceſſum eſſet, ut Venerem ſolam ex Diis omnibus, ſi ſe bello inferret, intrepide aggrederetur, cum animadverteret Æneæ opitulantem, avide illam perſequutus eſt, nec ante deſtitit, quam vulneraret. Vide Homerum Iliad. ε'. Allegorice ita explicat Heraclides, Διομήδης Ἀθηνᾶν ἔχων σύμμαχον, τουτέστι τὴν φρόνησιν, ἐπεξέσιν Ἀφροδίτῃ, τὴν ἀφροσύνην, οὐ μὰ Δία, οὐ θεάν τινα, πλὴν δὲ τῶν μαχομένων βαρβάρων ἀλογιστίαν. αὐτὸς γὰρ ὡς ἄριστος ἑλλαδῶς πολεμικῆς μαθήσεως, καὶ τοῦτο μὲν ἐν Θήβαις, τοῦτο δὲ ἐν Ἰλίῳ δυνάστης χεῖρον ἐμφρόνως τοῦ μάχεσθαι προϊστάμενος, ἐξ εὐμαροῦς διώκει τοὺς βαρβάρους. οἱ δ' ἀπαίδευτοι, καὶ λογισμῶν ὀλίγα κοινωνοῦντες ὑπ' αὐτοῦ διώκονται, καθάπερ οἷς πολυπήμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ, πολλῶν ἐν φρενὶ νομένων, ἀλληγορικῶς Ὅμηρος τὴν βαρβαρικὴν ἀφροσύνην ὑπὸ Διομήδους τετρῶσθαι παρεστήσατο.

615. Κολοσσοβάμων δ' ἐν πτυχαῖσιν Αὐσόνων] Diomedes cum Draconem, qui totam Apuliam vaſtabat, interfeciſſet, ſtatuæ ei honoris & gratitudinis ergo publice ſunt erectæ, quod ipſum hoc loco tangit Lycophron. Fruſtra vero eſt doctiſſimus Villiomarus, qui lib. iv. cap. xxi. Animadverſ. in Locos controv. Titii, hunc locum plane ἀπροσδιονύσως interpretatur. Sed audiamus, & expendamus ejus verba, quæ ita habent, *Diomedes, cum primum navem in littus Italiæ appulit, egeſtis ex nave lapidibus ingentibus, quos pro ſaburra in eam congeſſerat, ſtruicem*

ſtruicem ex illis in littore conſtituit, ſuper qua ſtruice ſeſe collocavit, tanquam loco munito, dum conſiderat, an pacata eſſet ora ea, ad quam appulerat: quia ergo ſuper ea ſtruice, tanquam coloſſus quidam, aut ſtatua ſuper baſi, inſiſtebat, propterea κολοσσοβάμων *vocatur Lycophroni.* Ingenioſe ſat, ſi ſat vere. Ego refuto, &, ſpero, docti omnes mecum. Ait Diomedem, cum jam appuliſſet in Italiam, in egeſtis lapidibus, quos pro ſaburra in navem congeſſerat, ſediſſe, ut conſideraret, ſi dis placet, an pacata ea ora foret. Velim ſane doceat vir ille doctiſſimus apud quemnam auctorem hoc ſcriptum invenerit, mihi quidem tale quidquam legere nondum contigit. Deinde dicit exemptam navi à Diomede ſaburram, & in ſtruicem congeſtam, non alia de cauſſa, quam ut ſuper eam ſederet, quod tamen falſum, ne dicam ridiculum. Nam eximebant nautæ ſaburram navibus ſuis, cum appuliſſent, ut eas iſto pacto leviores factas ad littus facilius ex aquis pertrahere poſſent.

618. Ἑρματίτην νεὼς πέτρον] Solebant olim nautæ, qui mos etiamnum, ſaburram in naves firmamenti gratia recipere. Græci eam ἕρμα vocant. Heſychius, Ἕρμα, τὸ τῆς νεὼς ἔρεισμα σκεῖζον. Feſtus, *Herma à Græcis ponitur pro firmamento. Unde etiam Mercurii nomen, inventoris, ut putabant, firmæ orationis, dictum.* Etiam κεφαλὶς dicebatur, & κέφαλον, teſte Heſychio. Lycophron ἑρματίτην πέτρον vocat, quia erant ut plurimum lapides. Aliquando tamen etiam ſaccos habebant ſabulo repletos, quibus in aquam demiſſis, naves à vi ventorum impetuque fluctuum defendebant. Alias ἕρμα eſt lignum id teres, quod navibus in littore ſtantibus ſupponitur, cujus uſum invenit Lynceus, teſte Philoſtrato Εἰκόνων lib. II. Et ſcopulus ſub fluctibus occultus ut videri non queat. Anacreon de illis,

> Ἀσήμων ὑπὲρ ἑρμάτων
> Φορεῦμαι. ———

619. Κεῖνον δ' Ἀλαίνε] Nam Alænus ei tantum ſpolia, Dauno, ob amorem Evippes filiæ, regionem adjudicavit. Ita Scholiaſtes. Feſtus tamen dicit etiam in Apulia eſſe campos, qui ipſi forte obvenerint. Hæc ejus verba, *Diomedis campi in Apulia appellantur, qui ei in diviſione regni, quam cum Dauno fecit, ceſſerunt,* Sane & Arnobius horum camporum meminit lib. IV. *Ubi quæſo jamdudum Pellonia hæc fuit, cum apud furculas Caudinas decus publicum ſubjugatum eſt? cum apud Thraſymenum lacum ſanguinei cucurrère torrentes? cum Diomedis campi Romanis cadaveribus aggerati ſunt?*

624. Βοῶν αὔλακας τεμών] Veteres bubus araſſe nemini non notum. Unde & à veteribus Latinis *Aramenta* dicti ſunt. Multa ejus rei veſtigia apud Poetas paſſim, maxime apud Heſiodum. Inde Virgilius dixit,

> ——— *ſata læta, boumque labores.*

Huc pertinet Athenienſium lex, quæ jubebat βοῦν ἀρότην καὶ ὑπὸ ζυγῷ πονοῦντα ἐν ἀρότῳ, ἢ καὶ ἐν τῇ ἁμάξῃ, μὴ θύειν, ὅτι καὶ οὗτος ἂν γεωργὸς, καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνὸς, ut ait Ælianus lib. V. Ποικ. ἱστ. Cujus rei meminit & Varro de R. R. lib. II. cap. V. Theodoretus de Provident. Dei Orat. V. Ταῦρον ἰσχὺϊ καὶ κέρασιν ὡπλισμένον ἄγειν, καὶ δουλείαν ἀναγκάζειν, καὶ πόνοις ἐπιτηδείων ὑποβάλλειν, ἄρουραν τέμνειν, ἅμαξαν σύρειν, &c. Ennodius in Panegyrico, *Tunc arma Cereris, & ſolventia frumentum bobus ſaxa trahebantur.* Hinc & ab Arato, & aliis, βόες ἀροτῆρες dicuntur. Demetrius Triclinius ad Sophoclis Antigonem, Οὐ μόνον βουσὶν, ἀλλὰ καὶ ἵπποις, καὶ ἐν ἑτέροις τόποις ἀροῦσιν, ὥσπερ καὶ ἀλοῶσιν. Ex quibus verbis etiam vetus boum ad molam uſus apparet, quem videre quoque eſt ex Arnobio lib. II. *Et aſellus, & bos æque, uſis atque aſſiduitate cogente,* (malim *docente*) *diſcit arare ac molere.* Homerus Iliad. ύ.

> Ὡς δ' ὅτε τὶς ζεύξῃ βόας ἄρσενας εὐρυμετώπους
> Τριβέμεναι κρῖ λευκὸν ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ,
> Ῥίμφα δὲ λεπτ' ἐγένοντο βοῶν ὑπὸ ποσσ' ἐριμύκων.

Gregorius lib. περὶ Παρθενίας cap. III. Νυνὶ δὲ τρόπον τινα ματαία καὶ ἀνόνητος ἡ γνῶσις τῆς τῆς παρθενίας καλῶν, ὡς πρὸ βοῦ τὰ γεννήματα, τοῦ μετὰ κημοῦ ἐπιπεριφερομένου τὴν ἅλωνα. Inde eſt apud D. Paulum Ep. I. ad Timotheum cap. V. Βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις.

634. Σισυρνοδῦται] Grammatici σισύρας & σισύρνας confundunt. Ariſtophanis Scholiaſtes Veſpis, Σισύρα καλεῖται παρὰ μέν τισιν, ὁ βαίτη, ἔστι δὲ περιβόλαιον ἐκ δερμάτων συνερραμμένον αἰγείων, ἐχόντων τὰ ἔρια· οἱ δὲ ἀκριβέστεροί φασι χλαῖναν παλαιὰν εἶναι ἁπλοΐδα, τὴν αὐτὴν δὲ καὶ σισύραν καλοῦσι, καὶ σισύρναν. Jul Pollux, Σισύρα, περίβλημα ἐκ διφθέρας. Ammianus Marcellinus lib. XVI. *Julianus vero abſque inſtrumento, quoties voluit, evigilavit: & nocte dimidiata ſemper exſurgens, non è plumis, vel ſtragulis ſericis ambiguo nitore fulgentibus, ſed ex tapete, & ſiſyra, quam vulgaris ſimplicitas ſuſurnam* (ſcribo *ſiſurnam*) *appellat.* Heſychius exiſtimat differre; Διαφέρει δὲ, inquit, καὶ σισύρνα σισύρας, σισύρνα μὲν γὰρ χιτῶνος εἶδος· σισύρα δὲ, διφθέρα εἰς ἀμπεχόνην καὶ στρωμνὴν ἐπιτηδείως ἔχουσα, καθάπερ τὰ κώδια, καὶ αἱ μηλωταί. Vide Suidam, & Etymologicum. Vocat autem eos Lycophron καρκίνους, id eſt, duros, immites, & feroces: nam καρκινοῦσθαι dicuntur fruges cum radices agunt, & indureſcunt. Vide Heſychium, & Erotianum.

635. Ἄχλαινον ἀμφινέμουσι] Χλαῖνα, ait Heſychius, eſt χλαμὺς, ἢ ἱμάτιον χειμερινόν. Unde facile colligere laneum fuiſſe indumentum; nam hyeme lanea, æſtate linea induebant. Artemidorus lib. II. cap. III. Θέρους μὲν γὰρ ὄντος, ὀθόνιά τε, καὶ τρίβωνα ἱμάτια δοκεῖν φορεῖν ἀγαθὸν ἂν εἴη, καὶ ὑγιείας σύμβολον· χειμῶνος δὲ ἔρεια ἱμάτια, καὶ ταῦτα καινά. Alias vocant χλαίνας, omnia denſa veſtimenta. Heſiodi Scholiaſtes, Χλαῖνα δὲ, καὶ χλανίσκιον, τὸ νῦν καλούμενον σφικτέριον, καὶ πᾶν παχὺ ἱμάτιον. Ea notione apud Theocritum eſt Idyll. XVIII. Ζανός τοι θυγάτηρ ὑπὸ τὰν μίαν ἵκετο χλαῖναν. Vide Jul. Poll. lib. VII. cap. XVII. & lib. X cap. XXVII. Itaque ἄχλαινον βίον, puta nudam & moleſtam vitam. Sin vero χλαῖναν pallium interpretabere, accipies de vita inculta, & ornatus omnis experte. Nam inopes, & qui ſine arte aliqua vitam tolerabant, tunicis induti erant, divites autem palliis, quotieſcunque opus eſſet

Digitized by Google

ὠχημωνεῖν, uti Romani togis, quas deinde domum reverſi ad cippum ſuſpendebant. Emendabis vero Etymologicum in quo legitur,

Αχλαινον ἀμαρτήσασιν ἤλυτοι βίον.

Ibid. Νήλιπον βίον] Magnopere ea in re curioſi Athenienſes, vide Εἰκόνας Philoſtrati. Etiam Romani, ut alias fuſius dicemus, Deo volente. Ἀνυποδησία vero paupertatis indicium habebatur. Horatius lib. I. Epiſt. XIX. vel (ſi Acronem ſequimur) XX.

Quid ſi quis vultu torvo ferus, & pede nudo,
Exiguæque togæ ſimulet textore Catonem,
Virtutemne repræſentet moreſque Catonis?

Capella lib. VI. *Plerumque tamen adhæſit, arriſitque pauperibus, magiſque illis, quos aut pedibus nudos, aut intonſo crine hiſpidos, aut ſordenti conſpexit pallio ſemitectos.* Terentius Phorm. Act. I. Sc. I.

Nihil aderat adjumenti ad pulcritudinem,
Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrenda

Inde invehitur in eorum circa calceamenta delitias Tertullianus de Pallio, *Calceos nihil dicimus proprium togæ tormentum, immundiſſimam pedum tutelam, verum & falſam: quam enim expediat in algore & ardore rigere nudipedem, quam in calceo uncipedem.* Apud Judæos qui nuptias recuſabant, diſcalceati ire debebant. Vide Cyprianum lib. II. adverſus Judæos. Apud Romanos tamen etiam ipſi Senatores pedibus nudis incedebant, prius quam calceis nigris uterentur, ut docet vetus Interpres Juvenalis Sat. VI.

637. Τὴν ἐκηβόλον τέχνην] Lego ἑκηβόλου. Nam ſagittatiorum Apollo præſes. Homeri Schol. ad Iliad. α΄. Τέσσαρες τέχναι ἀνατίθενται τῷ Ἀπόλλωνι, μουσικὴ, τοξικὴ, ἰατρικὴ, μαντική.

638. Ἀδορπα πωλύουσι νηπίους γόνους] Flavius Vegetius de Re militari lib. I. cap. XVI. *Fundarum autem uſum primi Balearium inſularum habitatores, & inveniſſe, & ita perite exercuiſſe dicuntur, ut matres parvulos filios nullum cibum contingere ſinerent, niſi quem ex funda deſtinato lapide percuſſiſſent.* Vide Diodorum Siculum lib. VI. & Strabonem lib. III.

653. Ἀρπυιογαμίων ἀηδόνων] Sirenas puta. Eaſdem innuit Symmachus lib. I. Epiſt. XLI. dicens, *Non illius cœli aut ſoli illecebram retinax advenarum lotos æquaverit, & ſuada Circes pocula, & triclinium ſemivolucrum puellarum.*

655. Ἀιδης πανδοκεύς] Πανδοκεὺς dicitur Orcus, quia mortis

Omne capax citat urna nomen,

ut ait Horatius. Inde etiam παγκοίτας θάλαμον dixit eundem Sophocles Ἀντιγόνῃ.

658. Δελφινόσημον] Habebat Ulyſſes delphinum clypeo inciſum. Cauſſam refert ex Plutarcho G. Canterus. Solebant alioquin aquilæ antiquitus heroum clypeis inſculpi. Inde Ariſtophanes Βατράχοις,

——— ἐπ᾽ ἀσπίδων ἐπόντας
Γρυπαιέτους χαλκηλάτους. ———

Scholiaſtes eruditiſſimus, εἰώθασι γὰρ ζωγραφεῖν εἰς τὰς ἀσπίδας αὐτούς. Euripides Μελεάγρῳ,

Τελαμὼν δὲ χρυσοῦν αἰετὸν πέλτης ἔπι
Πρόβλημα θηρὸς, &c.

Philoſtratus ſenior Εἰκόνων lib. II. Καὶ τὸ σημεῖον τὸ βασίλειον, ὁ χρυσοῦς ἐπὶ τῆς πέλτης αἰετός. Xenophon Expedit. Cyri lib. I. Καὶ τὸ βασίλειον σημεῖον ὁρᾶν ἔφασαν, αἰετόν τινα χρυσοῦν ἐπὶ πέλτης. Obſerva apud Perſas regum inſigne fuiſſe. Nam cæteri duces & milites Solis effigiem in clypeis ſuis geſtabant. Tertullianus Apologetici cap. XVI. *Alii plane humanius & veriſimilius Solem credunt deum noſtrum. Ad Perſas ſi forte deputabimur (licet Solem non in linteo depictum adoremus) habentes ipſum ubique in ſuo clypeo.*

659. Τοῦ μονογλήνου γίγας] Leonem unoculum, Cyclopem Polyphemum vocat, qui unicum tantum oculum,

Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis inſtar,

habuit, quo ab Ulyſſe privatus fuit. Vide, præter Homerum, & Auctorem Moralis Interpretationis Errorum Ulyſſis, Virgilium Æneidos extremo tertio.

662. Λείψανον τοξευμάτων] Sagittarum reliquias Læſtrygonas heic dicit. Simili phraſi eleganter Virgilius Æneid. I. Trojanos *reliquias Danaûm* nuncupavit.

674. Ἐγκυκῶσαν ἀλφίτῳ θρόνα] Cyprii vocant θρόνα veſtes floridas, Theſsali animalia maculoſa, Ætoli, quos ſequitur heic Lycophron, venena. Theocriti Schol. Idyll. II. Θρόνα Θεσσαλοὶ μὲν τὰ πεποικιλμένα ζῶα, Κύπριοι δὲ τὰ ἀνθινὰ ἱμάτια, Αἰτωλοὶ δὲ φάρμακα, ὥς φησι Κλείταρχος. Homerus pro roſis uſurpavit. Vide Grammaticos.

670. Ἀλλά νιν βλάψας Μῶλυ σώσει] Μῶλυ Cappadocum vox eſt, & herbam eam ſignificat, quam Syri *Baſaſa*, Arabes *Harmala*, Græci ἄγριον πήγανον, Latini *Rutam agreſtem* appellant. Hanc Didymus ad Od. κ΄. Ariſtophanis Scholiaſtes Πλούτῳ. & Plinius lib. XXV. cap. III. adverſus veneficia prodeſse tradunt, qua de cauſsa etiam adverſus Circes veneficia profutura ab Mercurio data Ulyſſi. Homericus Ulyſses in Odyſſea,

Ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης
Ἐκ γαίης ἐρύσας, καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν·
Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος,
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοὶ, χαλεπὸν δέ τ᾽ ὀρύσσειν
Ἀνδράσι γε θνητοῖσι, θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.

Apud Ovidium Met. XIV. Achæmenides,

Pacifer huic dederat florem Cyllenius album,
Moly vocant ſuperi, nigra radice tenetur,
Tutus eo, monitiſque ſimul cæleſtibus, intrat
Ille domum Circes. ———

Pullulaſse traditur ex ſanguine Picolai gigantis, quem Apollo Circes inſulam evertere molientem è medio ſuſtulit.

681. Ἥξει δ᾽ ἐρεμνὸν εἰς ἀλίπεδον φθιτῶν] Veteres eos, qui diutius peregrinabantur, ad inferos deſcendiſse dictitabant. Artemidorus lib. II. cap. LX. Οἱ παλαιοὶ τοὺς μακρὰν ἀποδημίαν ἀποδημήσαντας, εἰς ᾅδου πορεύεσθαι ἔλεγον. Neque aliter intelligendus Ulyſſis hic deſcenſus, & Æneæ, qui deſcribitur à Virgilio Æneid VI. Inde etiam eoſdem reverſos ab inferis rediiſse dicebant, quod obſervare eſt apud eundem Ar-

: temidorum,

Digitized by Google

temidorum, & Apulejum Mileſ. XI. Ægyptii ejuſmodi homines deſignantes, phœnicem pingebant. Horus lib. I. Καὶ τὸν χρονίως δὲ ἀπὸ ξένης ἐπιδημοῦντα δηλοῦντες, πάλιν φοίνικα, τὸ ὄρνεον, ζωγραφοῦσιν, ἔρχεται γὰρ εἰς Αἴγυπτον, ὅταν ὁ χρόνος τῆς μοιρέας αὐτὸν καταλαμβάνειν μέλλῃ, διὰ πεντακοσίων ἐτῶν παραγίνεται. Ariſto Chius dicebat Ulyſſem in hoc ad inferos deſcenſu mortuos quidem fere omnes vidiſſe, Proſerpinam autem ipſam videre minime potuiſſe. Diog. Laertius lib. II. in vita Ariſtippi, Τὸ δ' ὅμοιον καὶ Ἀρίστων, τὸν γὰρ Ὀδυσσέα καταβάντα εἰς ᾅδου, τοὺς μὲν νεκροὺς πάντας σχεδὸν ἑορακέναι καὶ συντετυχηκέναι, τὴν δὲ βασίλισσαν αὐτὴν μὴ τεθεᾶσθαι.

682. Καὶ νεκρόμαντιν] Tireſiam vocat νεκρόμαντιν, quod, ut eſt apud Homerum Odyſſ. κ'.

——— τοῦ τε φρένες ἔμπεδοί εἰσι,
Τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
Οἴῳ πεπνῦσθαι, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

Callimachus quoque hymno εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος Minervam ita loquentem facit,

Καὶ μόνος, εὖτε θάνῃ, πεπνυμένος ἐν νεκύεσσι
Φοιτασεῖ, μεγάλῳ τίμιος Ἀγεσίλᾳ.

Sophocles Oedipode Tyranno,

——— οἶδα γὰρ
Τὸν θεῖον ἤδη μάντιν ὧδ' ἄγουσιν, ᾧ
Τἀληθὲς ἐμπέφυκεν ἀνθρώπων μόνῳ.

Hinc Pindarus Iſthmion. Ode VII. Τειρεσίαο πυκινὰς βουλὰς vocat. Meminit ejuſdem rei Plato in Menone, Cicero lib. I. de Divinatione, & Ælianus Hiſt. Animal. lib. II.

Ibid. Πέμπτελον] Senem vocat Tireſiam, quia ſeptem ætates vixerit: à quo, & cur hoc ei conceſſum fuerit, tradit Phlegon, lib. περὶ Θαυμ. καὶ Μακροβ. his verbis, Διὸς ἐρίσαντος Ἥρᾳ, καὶ φαμένου ἐν ταῖς συνουσίαις πλεονεκτεῖν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀνδρὸς τῆς τῶν Ἀφροδισίων ἡδονῆς, καὶ τῆς Ἥρας φασκούσης τὰ ἐναντία, δόξαι αὐτοῖς μεταπεμψαμένοις ἐρέσθαι τὸν Τειρεσίαν, διὰ τὸ τῶν τρόπων ἀμφοτέρων πεπειρᾶσθαι· τοῦ δὲ ἐρωτωμένου ἀποφήνασθαι, διότι μοιρῶν οὐσῶν δέκα, τὸν ἄνδρα τέρπεσθαι τὴν μίαν, τὴν δὲ γυναῖκα τὰς ἐννέα. τὴν δὲ Ἥραν ὀργισθεῖσαν κατανύξαι αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ποιῆσαι τυφλόν· τὸν δὲ Δία δωρήσασθαι αὐτῷ τὴν μαντείαν, καὶ βιοῦν ἐπὶ γενεὰς ἑπτά. Hactenus ille. Hyginus in Mythologico Fab. LXXV. *Cum ſecundum Jovem judicaſſet, Juno irata manu averſa eum excæcavit, at Jovis ob id fecit, ut ſeptem ætates viveret.* Agatharchides variat parum, Οὐδ' Εὐριπίδου κατηγορῶ, τοῦ μὲν Ἀρχελάῳ περιτεθεικότος τὰς Τημένου πράξεις, τὸν δὲ Τειρεσίαν βεβιωκότα παρεισάγοντος πέντε γενεῶν πλέον. Hinc Lucilio *grandævus* κατ' ἐξοχὴν dictus,

Ante fores autem, & triclinî limina quidam
Perditu' Tireſias tuſſi grandævu' gemebat.

Verſus ſunt apud Terentii Interpretem Eunuchi Act. II. Sc. III. Statio *longævus* lib. II.

Tunc ſenior, quæ juſſus agit, non falſa videri
Noctis imago queat, longævi vatis opacos
Tireſiæ vultus, vocemque, & vellera nota
Induitur. ———

683. Ἀνδρῶν γυναικῶν τ' εἰδότα] Tireſias, cum in Cithærone monte duos ſerpentes coëuntes vidiſſet, & fœmellam interfeciſſet, in mulierem converſus eſt; & poſtea marem, atque ita priſtinum ſexum recuperavit. Vide Antoninum Lib. Μεταμορφ. Apollodorum lib. III. Didymum ad Odyſſ. κ'. Fulgentium Mythol. lib. II. Ovidium Met. III. Juſtinum Mart. in Reſp. ad Quæſt. Orthod. Phlegontem, & Hyginum locis citatis. Meminit quoque Auſonius,

Cunea convertit proles Saturnia, Conſus,
Ambiguoque fuit corpore Tireſias.

Quare vero de eo hæc commenti ſint, docet Lucianus in Comment. de Aſtrologia, Λέγουσι δὲ Τειρεσίην, ἄνδρα Βοιώτιον, τοῦ τε κλέος μαντοσύνης πέρι πολλὸν ἀείρεται, οὗτος Τειρεσίην ἐν Ἕλλησιν εἰπεῖν, ὅτι τῶν πλανωμένων ἀστέρων οἱ μὲν θηλέες, οἱ μὲν ἄρσενες ἐόντες, οὐκ ἴσα ἐπιτελέουσι, τοῦ καί μιν διφυέα γενέσθαι, καὶ ἀμφίβιον Τειρεσίην μυθολογέουσι, ἄλλοτε μὲν θῆλυν, ἄλλοτε δὲ ἄρσενα.

684. Ψυχαῖσι θερμὸν αἷμα προσφέρας βόθρῳ] Ex veteri ritu hæc dixit. Manibus enim in effoſſa terra ſacra fiebant. Feſtus, *Antiqui Diis ſuperis in ædificiis à terra exaltatis ſacra faciebant, diis terreſtribus in terra, diis infernalibus in effoſſa terra.* Porphyrius lib. de Nympharum antro, Τοῖς μὲν Ὀλυμπίοις θεοῖς ναούς τε, καὶ ἕδη, καὶ βωμοὺς ἱδρύσαντο, χθονίοις δὲ, καὶ ἥρωσιν ἐσχάρας, ὑποχθονίοις δὲ βόθρους, καὶ μέγαρα. Euripidis Scholiaſtes Phœniſſis, Ἐσχάρα, κυρίως μὲν ὁ ἐπὶ τῆς γῆς βόθρος, ἔνθα σφαγιάζουσι τοῖς κάτω ἐρχομένοις. Βωμὸς δὲ, ἐν ᾧ θύουσι τοῖς ἐπουρανίοις θεοῖς. Servius Eclog. *Novimus aras & diis eſſe ſuperis, & inferis conſecratas: Altaria vero eſſe ſuperorum tantum Deorum, quæ ab altitudine conſtat eſſe nominata.* Orpheus Argonaut.

——— ἰδ' ἔντομα πορσαίνοντες
Παμμέλαν' ἐν βόθροις κατέκλασθον. ———

Huc pertinent illa Apuleji Mileſ. I. *Sic hæc devotionibus ſepulcralibus in ſcrobem procuratis,* &c. Ovidius Metamorph. lib. VII.

Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus,
Sacra facit, cultroſque in guttura velleris atri
Conjicit, & patulas perfundit ſanguine foſſas.

Tangit vero hoc Ulyſſis ſacrificium etiam Apulejus in Apolog. *Nec Proteus faciem, nec Ulyſſes ſcrobem, nec Æolus follem, nec Helena craterem, nec Circe poculum, nec Venus cingulum.* Et Juſtinus Martyr Apolog. II. Καὶ ὁ παρ' Ὁμήρῳ βόθρος, καὶ ἡ κάθοδος Ὀδυσσέως εἰς τὴν τούτων ἐπίσκεψιν. Pleniſſime vero Poeta Odyſſ. XI. Ulyſſem Alcinoo narrantem inducens,

—— ἐγὼ δ' ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ,
Βόθρον ὄρυξα, ὅσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα·
Ἀμφ' αὐτὸν δὲ χοὴν χεόμην πᾶσι νεκύεσσι,
Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ,
Τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι· ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνον·
Πολλὰ δὲ γουνούμην νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα,
Ἐλθὼν εἰς Ἰθάκην, στεῖραν βοῦν, ἥτις ἀρίστη,
Ῥέξειν ἐν μεγάροισι, πυρήν τ' ἐμπλησέμεν ἐσθλῶν.
Τειρεσίῃ δ' ἀπάνευθεν ὄϊν ἱερευσέμεν οἴῳ
Παμμέλαν', ὃς μήλοισι μεταπρέπει ἡμετέροισι.
Τοὺς δ' ἐπεὶ εὐχωλῇσι λιτῇσί τε ἔθνεα νεκρῶν
Ἐλλισάμην· τὰ δὲ μῆλα λαβὼν, ἀπεδειροτόμησα
Εἰς βόθρον· ῥέε δ' αἷμα κελαινεφὲς, αἱ δ' ἀγέροντο
Ψυχαὶ ὑπ' ἐξ Ἐρέβευς νεκύων κατατεθνειώτων.

Theodoretus Θεραπευτ. Serm. VIII. Ὅτι δὲ καὶ χοὰς τοῖς τεθνεῶσι προσφέρειν, ἴστε μὲν καὶ ὑμεῖς, οἱ νύκτωρ ταῦτα παρὰ τοὺς νόμους τολμῶντες. μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, τὸν Λαέρτου δεικνὺς κατά γε τὰς ὑποθημοσύνας τῆς Κίρκης, καὶ τὸν βόθρον ὀρύξαντα, καὶ τὰς χοὰς ἐπιτετελεκότα, καὶ ταῦτά γε διηγούμενον τῷ Ἀλκίνῳ.

688. Θῖν γιγάντων νῆσον] Auctor moralis Interpretationis Errorum Ulyſſis refert Ulyſſem ab inferis recedentem, Æ͡æam, in qua diem ortumque ſolis habitare finxerunt, remeaſſe, non Siciliam, ut Lycophron.

691. Ἐν ᾗ Πιθήκων] Pithecuſas innuit. Traduntur Candulus, (emendabis obiter Harpocrationem, apud quem male Ἀνδοῦλον legitur) & Atlas, duo fratres, omnium ſcelerum inventores, & capita extitiſſe, (unde & Cercopes dicti) qui advenas decipere ſummo ſtudio conati ſunt, cumque aliquando in Jovem idem tentaſſent, in ſimias, quæ πίθηκοι Græcis, mutati ſunt, atque inſulæ Pithecuſarum à ſe nomen dederunt. Ovid.

Inarimen, Prochytenque legit, ſterilique locatas
Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas.
Quippe Deûm Genitor fraudem, & perjuria quondam
Cercopum exoſus, gentiſque admiſſa doloſæ,
In deforme viros animal mutavit, ut iidem
Diſſimiles homini poſſent, ſimileſque videri.

Alia eſt opinio Plinii.

698. Ὀβριμοῦς τ' ἄλσος] Quod Proſerpina Ὀβριμὼ vocetur, docet Heſiodi Scholiaſtes.

700. Πολυδέγμων λόφος] Vide Notas G. Cant. Eadem de cauſſa Perſ. Sat. I.

——— coſtam longo ſubduximus Apennino.

Et Virgilius Æneid. XII. *Pater Apenninus.*

704. Λίμνην τ' Ἄορνον] Averni graveolentia, & etymon nota ex Lucretio, Strabone, Ariſtotele, & Plinio. Dicit autem ἀμφιτορνωτὴν βρόχῳ, propter formæ rotunditatem. Ariſtoteles περὶ Θαυμ. Περὶ δὲ Κύμην, τὴν περὶ Ἰταλίαν, λίμνη ἐστὶν ἡ προσαγορευομένη Ἄορνος, αὕτη μὲν, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἔχουσά τι θαυμαστόν· περικεῖσθαι γὰρ λέγουσι περὶ αὐτὴν λόφους κύκλῳ τὸ ὕψος οὐκ ἔλαττον τριῶν σταδίων, καὶ αὐτὴν τῷ σχήματι κυκλοτερῆ. Eodem modo Theognis,

Ἀθανάτων κάλλιστον ἐπὶ βροχοειδέϊ λίμνῃ.

Nam ita malim legere, quam ut vulgo,

——— τροχοειδέϊ λίμνῃ.

705. Ἔνθα Τερμιοῦς ὁρκωμότου] Heſiodus in Theogonia de Styge,

Αὐτὴν μὲν γὰρ ἔθηκε θεῶν μέγαν ἔμμεναι ὅρκον.

Seneca Hercule furente,

A fonte diſcors manat hinc imo latex
Ater, quieto ſimilis, hunc jurant dii,
Tacente ſacram devehens fluvio Styga.

Homerus,

Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος
Ὅρκος, δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.

Apollonius lib. II.

Ὡς φαμένη, λοιβὴν Στυγὸς ὤμοσεν, ἥ τε θεοῖσι
Ῥιγίστη πάντεσσιν, ὀπιδνοτάτη τε τέτυκται.

Ovid. Metamorph. lib. I.

Pone metus, inquit, nunquam tibi cauſſa doloris
Hæc erit, & Stygias jubet hoc audire paludes.

Virgilius Æneid. IX.

Dixerat, idque ratum Stygii per flumina Fratris,
Per pice torrentes atraque voragine ripas
Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

Et XII.

Adjuro Stygii caput implacabile fontis,
Una ſuperſtitio ſuperis quæ reddita cunctis.

Apulejus Mileſ. VI. *Diis etiam, ipſique Jovi formidabiles aquas iſtas Stygias vel fando comperiſti? quodque vos dejeratis per numina Deorum, Deos per Stygis majeſtatem ſolere?* Servius Æneid X. *Quod cum Sol juraſſet per Stygem paludem ſe eſſe facturum, petit ille, ut ejus currus agitaret.* Fabulantur autem Poetæ Jovem pugnaturum cum Titanibus, aureis calicibus ex aqua ejus aliquid hauſiſſe, atque hoc beneficium repoſuiſse, ut per eam Dii omnes jurarent. Heſiodus loco citato tradit, eam cum filiis ſuis ei opem in hoc prælio tuliſse, eaque de cauſsa factum, ut per eam Dii jurent. Si quis pejeraſſet, magno ſupplicio afficiebatur, quod deſcribitur his verbis ab Heſiodo,

Ὅς κεν τὴν ἐπίορκον ἀπολλείψας ἐπομόσσῃ
Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,
Κεῖται νήϋτμος τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτόν.

Et quæ ſequuntur. Servius ad Æneid. VI. *Fertur namque ab Orpheo, quod Dii pejerantes per Stygiam paludem, novem millibus annorum puniuntur in Tartaro.* Hoc intelligit Minutius Octavio, *Ideo apud eos etiam ipſe rex Jupiter per torrentes ripas, & atram voraginem jurat religioſe: deſtinatam enim ſibi cum ſuis cultoribus pœnam præſcius perhorreſcit: nec tormentis aut modus ullus, aut terminus.*

711. Κόρσῃ κίονος προσηρμόσας] Mos Veteribus, cum militia ſe abdicarent, arma ſua in deorum templis ſuſpendere, addita inſcriptione. Ariſtophanis Interpres ad Equites, Ἔθος ἦν τοῖς ἀπὸ τοῦ πολέμου ὅπλα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνατιθέναι. Propertius lib. II. Eleg. XXV.

Et vetus in templo bellica parma vacat.

Nemeſianus Ecloga I.

Nunc album caput, & Veneres tepuere ſub annis,
Jam mea ruricolæ dependet fiſtula Fauno.

Virgilius Æneid. lib. I.

——— genti nomen dedit, armaque fixit
Troia. ———

Et lib. III.

Ære cavo clypeum, magni geſtamen Abantis,
Poſtibus adverſis figo, & rem carmine ſigno:
Æneas hæc de Danais victoribus arma.

Ovidius Metamorph. lib. XV.

Cognovi clypeum, lævæ geſtamina noſtræ,
Nuper Abanteis templo Junonis in Argis.

Horatius lib. I. Epiſt. I.

——— Vejanius, armis
Herculis ad poſtem fixis, latet abditus agro.

717. Τὸν μὲν Φαλήρου τύρσις] Neapolim intelligit, quæ & Græca urbs, teſte Tacito Annal. lib. V. quam prius Parthenopen, ob inventum ibi Parthenopes ſepulcrum, Cumani conditores dixerunt: hujus incolæ Parthenopæ ſolennia ſacrificia peragebant.

719. Οὗ σῆμα δωμήσαντες] Ædis Parthenopæ dicatæ meminit etiam Dionyſius in ſua Περιηγήσει, his verſibus,

Τῇ δ' ἐπὶ Καμπανῶν λιπαρὸν πέδον, ἧχι μέλαθρον
Ἁγνῆς Παρθενόπης, ποντοπόρον βόσκε ... ἀμάλλαις,
Παρθενόπης, ἣν πόντος ἑοῖς ὑπεδέξατο κόλποις.

Poſſit etiam ſimulacrum exponi. Suidas, Νεάπολις, πόλις Ἰταλικὴ διάσημος, ἐν ᾗ Παρθενόπης ἵδρυται

Σειρῆνος

Σειρῆνος ἄγαλμα. Inde apud Stephanum ſcribo, Νεάπολις, πόλις Ἰταλίας διάσημος, ἐν ᾗ Παρθενόπη ἵδρυται, μία τῶν Σειρήνων. Quem vide etiam in Σειρηνοῦσαι Ariſtoteles περὶ Θαυμ. Φασὶ τὰς Σειρηνούσας νήσους κεῖσθαι μὲν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ περὶ τὸν πορθμὸν ἐπ' αὐτῆς τῆς ἄκρας, ὃς κεῖται πρὸ τοῦ προπεπτωκότος τόπου, καὶ διαχωρίζοντος τοὺς κόλπους, τόν τε περιέχοντα τὴν Κύμην, καὶ τὸν διειληφότα τὴν καλουμένην Ποσειδωνίαν, ἐν ᾧ καὶ νεὼς αὐτῶν ἵδρυται, καὶ τιμῶνται καθ' ὑπερβολὴν ὑπὸ τῶν περιοίκων θυσίαις ἐπιμελῶς· ὧν καὶ τὰ ὀνόματα μνημονεύοντες, καλοῦσι τὴν μὲν, Παρθενόπην, τὴν δὲ, Λευκωσίαν, τὴν δὲ τρίτην, Λίγειαν. Ad Ligeam quod attinet, de ea emendabis Solinum obiter cap. VIII. *Inſula Ligea appellata ab ejecto ibi corpore Sirenis ita nominatæ.* Nam male antea *abjecto* ſcribebatur.

730. Βούκερως] Fluvios *Cornigeros.* & *bicornes* paſſim Poetæ nominant, ob ubertatem, & rerum omnium abundantiam, commoditatemque, quas vicinis regionibus ſubminiſtrant; qua forma Acheloum, atque alios fluvios fingere ſolent Romani, apud quos etiam fuit uſitatiſſimum cornu, omnium fructuum copia, & ubertate conſpicuum, adjungere Ælianus Ποικ. Ἱστ. lib. II. cap. XXXIII. Τὴν τῶν ποταμῶν φύσιν καὶ τὰ ῥεῖθρα αὐτῶν ὁρῶμεν· ὅμως δὲ οἱ τιμῶντες αὐτοὺς, καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν ἐργαζόμενοι, οἱ μὲν ἀνδρομόρφους αὐτοὺς ἱδρύσαντο, οἱ δὲ βοῶν εἶδος αὐτοῖς περιέθηκαν. Cauſſam varie tradunt. Feſtus, *Taurorum ſpecie ſimulacra fluminum, id eſt, cum cornibus; quod ſunt atrocia, ut tauri.* Aeron ad Horat. lib. IV. Od. XIV. *Omnium famoſorum fluminum vultus cum cornibus finguntur, propter impetus, & mugitus aquarum.* Tzetzes ad Heſiodi Ἀσπίδα in ea verba, Ταύρεος Ἐννοσίγαιος, ita notat, Ἤγουν διὰ τὸν τῶν κυμάτων ἦχον, ὡς ταῦροι γὰρ μυκῶνται· ἢ ὅτι ταυρόμορφος ἐστιν· ἢ ὅτι ταύρειος Ποσειδῶν ἐν πόλει Βοιωτίας, διὰ τὸ ταύρους θύεσθαι αὐτῷ, καὶ μάλιστα ἐν Ὀγχηστῷ, διὰ τοῦτο καὶ ταυροκράνους τοὺς ποταμούς. Phurnutus, τοὺς ποταμοὺς κερασφόρους, καὶ ταυρωποὺς ἀναπλάττουσιν, ὡσανεὶ βίαιόν τι τῆς φορᾶς αὐτῶν, καὶ μυκητικὸν ἐχόντων. Sophoclis Interpres Trachiniis, Οἱ ποταμοὶ ταυρόκρανοι διετυποῦντο, ἢ ὅτι μυκηθμῷ εἰσι παραπλήσιοι περὶ τὰς ἐκβολὰς, ἢ ὅτι σχίζουσι τὴν γῆν, ὡς οἱ βόες· ἢ διὰ τὸ τὰς νομὰς παρὰ τοὺς ποταμοὺς εἶναι. Addo etiam forte à magnitudine id natum, nam Græci veteres omnia prægrandia & violenta ταύρους vocabant. Stephanus in Ταῦρος, Ταύρους οἱ παλαιοὶ πάντα ὅσα μεγάλα καὶ βίαια ἐπωνόμαζον.

738, Βύκτας δ' ἐν ἀσκῷ] Ferunt Ulyſſem errabundum ad Æolidem inſulam appuliſſe, atque ab Æolo accepiſſe excoriati bovis pellem, in qua omnes, præter Favonium, venti incluſi erant, quorum adminiculo, exactis novem diebus, tam prope patriam advectus fuit, ut eam in conſpectu haberet, igneſque vicinos conſpiceret. Vide Homerum Od. κ'. Auctorem moralis Interpretationis Errorum Ulyſſis, & Hygini Odyſſeam. Huc alluſiſſe videtur Ovidius de Ponto lib. I. Eleg. IV.

Non dubia eſt Ithaci prudentia, ſed tamen optat,
Fumum de patriis poſſe videre focis.

739. Παλιντριβὴς τῆς πομπαῖς ἀλώμενος] Ulyſses fractus labore & vigiliis, ut qui continuis novem diebus ac noctibus ſolus navis gubernaculum direxiſſet, cum obdormiviſſet, ſocii aurum, argentumve quodpiam in illo utre concluſum arbitrantes, eum ſolverunt, quo facto, venti ſimul omnes eruperunt, eoſque in mare dejecerunt. Ulyſſes autem animi dubius, etiam ſemet in mare præcipitare volens, mutata tandem ſententia, ad Æolum remeavit. Vide Ovidium Metamorph. lib. XIV. Tangit Apulejus in Apolog. *Olim Ulyxis ſocii theſaurum reperiſſe arbitrati ſunt, cum utrem ventoſiſſimum manticularentur.*

741. Κηὺξ ἱεροῦ περισπαδούμενος κλάδῳ] Larum vocat Ulyſſem, quod è naufragio ſoſpes evaſerit, ſolet enim iſta avis mergere ſe in mari, & non ſuffocari.

754. Ἀσῷ συνοίκου Θρακίας Ἀνθηδόνος] Anthedonis civem dicit Glaucum, Polybi F. qui, guſtata ſedo, cujus attactu piſces, quos ceperat, in mare redivivos reſiliiſſe conſpexerat, in mare ſe præcipitavit, vel, ut alii volunt, in balænam mutatus eſt. Philoſtratus ſenior Εἰκόνων lib. II. Οἰκοῦσι δὲ (ὁ Γλαῦκος) ὡς ποτέ λέγεται τὴν ἀρχαίαν Ἀνθηδόνα, καὶ πόας μὲν τινος ἐπὶ τῆς θαλάττης (lego ἐπιθαλαττίας) γεύσασθαι, κύματος δὲ ὑποδραμόντος αὐτὸν, εἰς τὰ τῶν ἰχθύων ἀπενεχθῆναι ἤθη. Videndi Athenæus, & Strabo. Nonnus Dionyſ. XXXV. immortalitatem aſſumpſiſſe canit. Eum ſequitur Ovidius Metamorph. XIII. extremo, qui rem omnem eleganter deſcribit. Vide etiam Apoſtolii Parœmias.

755. Ὡς πεύκης κλάδον] Eleganter emendat V. Cl. Joſ. Scaliger πεύκης κλάδος, id eſt, λαμπάς; ut in agone lampaducho lampas traditur ſequenti, ſic ventus vento ſuccedens, inſultans ſpiritu, agitabit Ulyſsem, tanquam ſuber in mari.

757. Μῖνι δ' Βωίνη] Ovidius Eleg. VI. lib. III. de Ponto,

Nec quia Neptunus navem lacerârat Ulyſſis,
Leucothoë nanti ferre negavit opem.

Vide Homeri Odyſs. ε'. Hyginus in Odyſsea, *Facta rate, Calypſo omnibus rebus ornatum eum dimiſit, eamque ratem Neptunus fluctibus disjecit, quod Cyclopem, filium ejus, lumine privaverat: ibi cùm fluctibus jactaretur, Leucothoë, quam nos matrem Matutam dicimus, quæ in mari exigit ævum, baltheum ei dedit, quo ſibi pectus ſuum vinciret, ne peſſum abiret, quod cum feciſſet, enatavit.* Quod de nave ab Ulyſse confecta ait Lycophron, id certum ex Poetæ Odyſsea, & Æliano Var. Hiſt. lib. VII. cap. V. Ὁμολογεῖ δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς αὐτὸς πολλὰ εἰδέναι, καὶ τεχνίτης αὐτῶν εἶναι, καὶ τὴν σχεδίαν δὲ, οὐ δεηθεὶς ναυπηγῶν, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ τὴν ταχίστην εἰργάσατο.

781. Λύγοισι πεπαρθεῖσι] Olim, cannabi uſu necdum cognito, funes è vimine contexebant. Inde eſt apud Calphurnium Eclog. III.

Quod ſi dura times etiam nunc verbera, Phylli,
Tradimus ecce manus, licet illæ vimine torto
Scilicet & lenta poſt tergum vite domentur.

Homerus,

——— δῆσεν μόσχοισι λύγοισι.

Theocritus Idyll. I.

——— τὺ θὴν τὸν Ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγιξεῖν·
Ἆρ' οὐκ αὐτὸς Ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης;

 Tzetzes,

Tzetzes, Πρέπειν ἀπὸ λύγου χοίνους ἐποίουν, περὶ εὑρήσιον τὸ καταδεῖν. Hinc capio Feſti locum, *Viere, alligare, unde vimina.*

796. Ἐλλοπος Σαρδωνικῆς] Paſtinacam marinam intellige, cujus aculeo (nam eum ſagittæ ſuæ præfixerat Telegonus) ſaucius Ulyſſes exſpiravit. Didymus ad Odyſſ. λʹ. Οἱ νεώτεροι τὰ περὶ Τηλεγόνι ἀνέπλασαν, τὸ Κίρκης καὶ Ὀδυσσέως, ὃς δοκεῖ κατὰ ζήτησιν τοῦ πατρὸς εἰς Ἰθάκην ἐλθὼν, ὑπ' ἀγνοίας τὸν πατέρα διαχρήσασθαι τρυγόνος κέντρῳ, ᾧ ἀντὶ αἰχμῆς ἐχρῆτο, & quæ ſequuntur. Parthenius Ἐρωτ. γʹ. Καὶ οὐ μετὰ πολὺν χρόνον (Ὀδυσσεὺς) ἐκ τόδε ἀπεχώρησε, πρὸς τὸ αὐτὸς αὐτῆς γονέας τρωθεὶς ἀκάνθῃ θαλασσίας τρυγόνος, ἐτελεύτησεν. Nicander in Theriacis, ubi de paſtinacis his agit,

——— ἀνδρὶ δὲ σάρκες
Πυθόμεναι μινύθουσι, λοβὸς τέ μιν, ὥς ποτ' Ὀδυσσεὺς
Ἔφθιτο, λευγαλέοιο τυπεὶς ἁλίου ὑπὸ κέντρου.

Meminit & Ariſtophanis Scholiaſtes Πλούτῳ. Lucianus tamen Τραγωποδάγρᾳ, podagra mortuum tradit, his verbis,

Ἰθάκης ἄνακτα Λαερτιάδην Ὀδυσσέα
Ἐγὼ κατέπεφνον, οὐκ ἀκάνθῃ τρυγόνος.

Eſt vero paſtinaca, θαλάσσιον θηρίον φονευτικὸν, ut ait Nicandri Scholiaſtes. Heſychius, τρυγὼν, ἰχθὺς θαλάσσιος, ἔχει τὸ κέντρον δηλητήριον, quod etiam ab Antigono lib. Ἱστοριῶν Παραδόξων traditur: verba ejus ita habent, Ἐν δὲ τῇ νήσῳ (Γυάρῳ) θανάσιμός ἐστιν ἡ ἄχερδος, κἂν εἰς ἄλλο δένδρον ἐμπλέξῃς, ἀφαυαίνει, ποιεῖ δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ τὸ τῆς τρυγόνος κέντρον τῆς θαλαττίας, καὶ ἐὰν εἰς τοὺς ὀδόντας ἅψῃ, κατασήπει. Quod ipſum ex hoc Antigono etiam refert Stephanus in Γύαρος. Phile lib. περὶ Ζώων Ἰδιότητος,

Ἰοῦ δὲ μεστὰ, καὶ φθορᾶς ὀξυδρόμου
Τῶν τρυγόνων τὰ κέντρα τῶν θαλαττίων,
Οἷς καὶ τεθηλὸς ἐὰν ἀμυχθῇ δενδρίον,
Μαραίνεται, ζῆν οὐκέτι δύναμιν ἔχον.

Et Nicander loco citato, refert putredinem icta ejus aculeo concipere.

799. Νεκρὸν Εὐρυτὶν στέψει λεὼς] Obſerva etiam heic veterem morem. Solebant namque coronæ ex omnigenis floribus contextæ mortuo imponi. Euripidis Schol. Phœniſſis, Εἰώθασι στέφειν τοὺς νεκρούς. Lucianus περὶ Πένθους, Μύρῳ καλλίστῳ χρίσαντες τὸ σῶμα, καὶ ἄνθεσιν ὡραίοις στεφανώσαντες, προτίθενται. Xenophon Exped. Cyri lib. VI. Οὓς δὲ μὴ εὕρισκον, κενοτάφιον αὐτοῖς ἐποίησαν μέγα, καὶ πυρὰν μεγάλην, καὶ στεφάνους ἐπέθεσαν. Juſtinus Martyr Apologet. II. Ὅτι μόνον ἐγκαλεῖν ἔχετε, ὅτι μὴ τοὺς αὐτοὺς σέβομεν θεοὺς, μηδὲ τοῖς ἀποθανοῦσι χοὰς, καὶ κνίσας, καὶ ἐν γραφαῖς στεφάνους, καὶ θυσίας φέρομεν. Lego, καὶ ἐν ταφαῖς ς. Statius Thebaid. IV.

——— *deflet jamque omnis ephebum*
Turba, coronato contenta eſt funere mater.

Philoſtratus Ἡρωϊκοῖς, auctor eſt eam conſuetudinem manaſse à Theſſalis, qui primi Achillis tumulum eo modo coronarunt: dicebantur autem coronæ ex ἔρωτος. Etymologici Auctor, Ἔρως, ὁ στέφανος ἐκ πάντων ἀνθέων, τοῖς νέκυσι πλεκόμενος, παρὰ τὸ ἔρας, τὴν γῆν, ὁ ἐρανισμένος ἐκ τῆς γῆς. Non ſemper tamen ex coronæ è floribus, verum & ex oliva. Inde nimirum intelligendus Artemidorus lib. IV. cap. LIX. Τοῖς ἀποθανοῦσιν ἐλαίας συνεκφέρειν. Et Chion in Epiſtola ad Platonem, Σημαίνει γάρ μοι καὶ ἱερὰ, καὶ οἰωνίσματα, καὶ πᾶσα ἁπλῶς μαντεία θάνατον κατορθώσαντι τὴν πρᾶξιν. ἐθεασάμην δὲ καὶ αὐτὸς ἐνύπνιον, ὃ κατ' ὄνειρον· ἔδοξε γάρ μοι γυνὴ, θεῖόν τι χρῆμα κάλλους καὶ μεγέθους, ἀναδεῖν με κοτίνῳ καὶ ταινίαις, καὶ μετὰ μικρὸν ἀποδεῖξαί τι μνῆμα περικαλλὲς, καὶ εἰπεῖν, Ἐπειδὴ κέκμηκας, ὦ Χίων, ἴθι εἰς ποτὶ τὸ μνῆμα ἀναπαυσόμενος. Ratio ejus coronationis apud Clementem Pædagog. lib. II. cap. VIII: Ἀοχλήτου δ' ἀμεριμνίας ὁ στέφανος σύμβολον· ταύτῃ καὶ τοὺς νεκροὺς καταστεφανοῦσιν. Neque vero in ſola Græcia iſte mos, immo in omni Italia Ovidius Triſt. lib. III. Eleg. III.

Tu tamen extincto feralia munera ſemper,
Deque tuis lacrymis humida ſerta dato.

Tangitur à Varrone lib. VI. de L. L. *Cum ad ſepulcrum ferunt frondes atque flores, addunt nunc etiam lanam.* Hinc Perſii nebulam diſcutio,

——— *nunc non è manibus illis,*
Nunc non è tumulo, fortunataque favilla
Naſcentur violæ. ———

Propertii quoque lib. I. Eleg. XVII.

Illa meo caros donaſſet funere crines,
Molliter & tenera poneret oſſa roſa.

Minutius Felix Octavio, *Reſervatis unguenta funeribus, coronas etiam ſepulcris denegatis, pallidi, tripidi, miſericordia digni, &c.* Huc pertinet iſtud in vetere Epitaphio,

QUOTIENS. QUIS. EORUM. SUIS. CORONAS.
PONENT. ET. ARAM. NOSTRAM. CORONENT.

804. Καὶ Τημενίων] Temenus hic Herculis (ad quem genus referebat Alexander Magnus) abnepos fuit. Nam ex Hercule Hyllus, à quo Cleodeus, à quo Ariſtomachus, à quo Temenus. Vide quæ de Macedoniæ regum ortu ex Philippi Melanchthonis Chronico refert Nicolaus Gallotus ad Demoſthenis Olynth. I. ubi Alexandrum ab Hercule XVIII. facit, contra Velleii mentem, qui lib. I. XXXIII. cenſet.

816. Ἐργάτην κάνθωνα] Aſinis ad aratrum etiam uſi Veteres. Arnobius lib. II. *Et aſellus, & bos æque (uſu, atque aſſiduitate cogente) diſcit arare, ac molere.* Atque hoc erat pauperiorum. Apulejus inde in Apolog. *Attamen parce poſtea, Æmiliane, paupertatem cuipiam objectare, qui nuper uſque agellum Zatbarenſem, quem tibi unicum pater tuus reliquerat, ſolus uno aſello ad tempeſtivum imbrem triduo exarabas.* Eleganter vero ἐργάτης dicitur aſinus aratro junctus, nam ἔργα etiam de agricultura dicuntur. Vide Heſychium. Sic Callimachus Hymno tertio,

Κτήνεά φιν λοιμὸς καταβόσκεται, ἔργα δὲ πάχνη.

Et poſtea,

——— οὔτε ἔργα, οὔτε φυτὰ λυμαίνονται.

Heſiodus,

Ἔργα βοῶν ἀπόλοιντο. ———

Virgilius *Labores* dixit,

Sternit agros, ſternit ſata læta, boumque labores.

Ovidius *Opus*,

Cernis ut in duris (& quid bove firmius?) arvis
Fortia taurorum corpora frangat opus.

Tibullus lib. I. Eleg. IX.

Et durum terræ ruſticus urget opus.

Et lib. II. Eleg. I.

Et grave, ſuſpenſo vomere, ceſſet opus.

Hinc

Hinc etiam Bion Idyllio ſexto, χεῖμα δύσεργον vocat, quod hyems ad ἔργα, id eſt, agriculturam, minus apta. Ulyſſem vero inſaniam ſimulaſſe indicat etiam Corippus lib. III,

Quæque ferunt veteres maturo robore vites,
Quas manibus propriis Ithacus plantavit Ulyxes,
Arce ſub Ithalia Laertia lumina ſervans,
Nondum Trojani vitans diſcrimina belli.

Lego, *A. ſ. Inachia L. limina ſ.*

822. Ποθῶν δὲ φάσμα πτηνὸν εἰς αἴθραν φυγὸν] Helenam juſſu Junonis in cœlum abreptam narrat Euripides Ἑλένῃ, & ex eo Theodoretus Θεραπευτ. Serm. III. Καὶ τὴν Ἑλένην δὲ, μετὰ τὴν πολυθρύλλητον ἐκ τῆς πολιν μοιχείαν, τῷ Μενέλεῳ χαρίσαντες, εἰς τὸν οὐρανὸν, ὥς φησιν Εὐριπίδης, ἀνήγαγον.

829. Τῆς μογοστόκου] Innuit Poeta inceſtum Myrrhæ cum Cinyra patre concubitum. Myrrha enim, ubi cum patre concubuiſſet, ac cognitam ille ſtricto gladio perſequeretur, in arborem ſui nominis eſt mutata. Teſtes Theocriti Scholiaſtes Idyllio α΄. Plutarchus Παραλλήλοις, Antonius Liberalis lib. Μεταμορφ. Hyginus LVIII. Plinius lib. XII. cap. XV. Ovidius Metamorphoſeôn lib. X.

833. Κρατῆσει λυκῷ τὸν ποτ' ἔκτανε πλέκας] Adonis, forma eximia puer, ob quam, cum à Venere impendio amaretur, ab apro a Muſis odio Veneris immiſſo interemptus eſt. Bion Idyll. α΄.

Κεῖται καλὸς Ἄδωνις ἐπ' ὤρεσι μηρὸν ὀδόντι
Λευκῷ λευκὸν ὀδόντι τυπείς. ———

A Marte rivali in aprum mutato factum id alii volunt. Vide Nonnum Dionyſ. lib. XLI. Aphthonius, Ηρα μὲν γὰρ ὁ θεὸς (Ἀφροδίτη) τὸν Ἀδώνιδος, ἀντέρα δὲ ἦν ὁ Ἄρης αὐτῆς. Et paullo poſt, Ζηλοτυπῶν δὲ ὁ Ἄρης τὸν Ἄδωνιν ἀνελεῖν ἐβούλετο, λύσιν ἔρωτος τὸν Ἀδώνιδος νομίζων θάνατον. quæ totidem verbis invenies apud Auctorem Γεωπονικῶν lib. XI. Huc pertinet Theocriti Idyllium notiſſimum, & Bionis primum. Apollodorus lib. III. Dianæ odio occiſum narrat.

834. Ἐπόψεται δὲ πέτρας Κηφίδος] Attingit Andromedæ fabulam à Perſeo liberatæ. Eam habes apud Nonnum Dionyſ. XXXI. Ovidium Metamorph. V. Apollodorum lib. II. Nicandrum in Theriacis,& Heſiodum Ἀσπίδι, ſi tamen ejus eſt,de quo dubitat Dionyſius Longinus lib. περὶ ὕψους.

838. Τὸν χρυσόπατρον μόρφνον] Perſei natales ſatis vulgati. Horatius,

Incluſam Danaën, ———

& quæ ſequuntur, locus notus. Terentius Eunucho Act. III. Sc. V.

——— *virgo in conclavi ſedet*
Suſpectans tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura hæc, Jovem
Quo pacto Danaë miſiſſe aiunt quondam in gremium imbrem aureum.

839. Ἀρδυνόπτερον] Simili modo *pennipes* Catullo, idque ob Mercurii talaria, quibus uſus. Lucanus lib. VIII.

Quo poſtquam pa tu Danaës, & divite nimbo
Ortum, Parrhaſiæ vexerunt Perſea pennæ.

Idem eſt *Volucripes*, quod epitheton Mercurio tribuit Auſonius in Epiſt. ad Paulinum,

Fer huc ſalutem præpes & volucripes.

840. Πεφύσεται δὲ τῷ θεοσπόρῳ ξυρῷ] Perſeus ope Palladis Meduſæ caput amputavit, Orpheus in Hymnis à Pallade id, non à Perſeo, factum canit.

842. Ἱπποβρώτους ὠδῖνας] Equihominem partum vocat Lycophron, quo Chryſaor & Pegaſus editi ſunt. Heſiodus Theogonia,

Τῆς δ' ὅτε δὴ Περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν,
Ἐξέθορε Χρυσάωρ τε μέγας, καὶ Πήγασος ἵππος·
Τῷ μὲν ἐπώνυμον ἦν ὅτ' Ὠκεανοῦ παρὰ πηγὰς
Γείνεθ', ὁ δ' ἄορ χρύσειον ἔχεν μετὰ χερσὶ φίλῃσι.

644. Ἄνδρας ἐξ ἄκρων ποδῶν ἀγαλματώσας] Proverbialis loquendi forma. Lycophron unam ejus partem poſuit, altera omiſſa. Theocritus Idyllio XXI.

Καί μ' ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τὼ πόδε συννεχὲς ὧδε.

Petronius, *Hoc ergo remedio mutemus colores à capillis uſque ad ungues.* D. Ambroſius Offic. lib. I. cap. XII. *Perfuſum ulceribus, inhorrentem vibicibus, exaratum vulneribus à capite uſque ad pedes videbant.* Similia compluria obſervavit in Spicilegio Petroniano optimus doctiſſimuſque Janus Douſa F. magno Reip. noſtræ literariæ damno vitæ nuperrime ereptus,

——— *Eheu! invidet omnibus*
Mors atra, nec ſcit parcere cuipiam,
Non nemini, ut ſuadet libido,
Crine caput ſpolians decorum.

847. Ἐπόψεται δὲ τὰς θερμίους γύας] Cur in Ægyptum venerit Menelaus, narrat Servius Æneid. XI. *Jupiter Menelai fata miſeratus eſt propter Helenæ jugale conſortium, & eum per diverſa errare maluit, quam Ægiſthi manibus interire: hic errans ad Ægyptum uſque pervenit, ubi Proteus, deus marinus, regnaverat, cui rapta aliquando à Paride Helena dicitur commendata. Unde quidam dicunt, quod ad eam quærendam Menelaus ſit ad Ægyptum profectus poſt bella Trojana*, & quæ ſequuntur. Nicandri Scholiaſtes Θηριακοῖς cum Helena in Ægyptum ab Menelao ventum ait, Ἱστορεῖ δὲ ὅτι ἀπὸ Τροίας ὑποστρέφων ὁ Μενέλαος σὺν τῇ Ἑλένῃ, ἐπλανήθη, καὶ ἦλθεν εἰς Αἴγυπτον. In Servii verbis notabis Helenam à Theſeo apud Proteum depoſitam dici, quum Lycophron pag. VIII. & X. & alii, à Proteo ereptam Paridi narrent. Ut etiam hoc addam, ab Menelai in Ægyptum adventu nomen accepit Μενελαΐτης νομός. Mart. Capella lib. VI. (ut alios Geographos omittam) ubi de Ægypto ei ſermo, *Summa autem ejus pars contermina Æthiopiæ oppidorum multas præfecturas habet, quas Nomos vocant, inter quas Menala, item Ala, item Alexandriæ regionem.* Emendo, *inter quas Menelaitem Alexandriæ r.* Orta menda ex reduplicatione quatuor poſteriorum ſyllabarum.

849. Δυσόδμοις θηρσὶ συγκοιμώμενος] Phocas puta, quibus Menelaus in littore (unde heic χαμευνάδες εὐναὶ nuncupantur) & tres ejus ſocii phocarum pellibus, quas ab Edothea acceperant, cooperti dormiebant, ut ex Proteo cauſſam cognoſcerent, ob quam tam diu retinerentur. Fabula tota eſt apud Homerum Od. IV. Teterrimus vero horum piſcium (unde & heic δύσοδμοι)

δύσοδμοι) odor eſt, quod etiam indicat Homerus hoc verſu,

φωκάων ἁλιοτρεφέων ὀλοώτατος ὀδμή.

Hae de cauſſa *turpes* Virgilio Georg. IV. & Ovidio Metamorph. I. *deformes.* Hinc Ariſtophanes in Pace Cleonem coriarium traducens, φώκης ὀσμὴν ei attribuit. Mirum autem quid doctiſſimo Cantero in mentem venerit, qui pro phocis balænas interpretatus eſt, neque ab Homero ei perſuaſum eſſe.

851. Τελέτορος κόρης] Explicat hunc locum Stephanus, Αἰγύς, (inquit) πόλις Λακωνικὴ, ὡς Εὐφορίων· οἱ πολῖται, Αἰγύται, ὡς Παυσανίας. Λυκόφρων δὲ τὸ ἐθνικὸν Αἰγυος, τὸ θηλυκὸν λέγων οὕτω,

Καὶ πέντε τλήσεθ' οὕνεκ' Αἰγύας κυνὸς,
Τῆς θηλύπαιδος καὶ τελέτορος κόρης.

Ο λόγος περὶ Ελένης Λακωνικῆς οὔσης, καὶ ἄῤῥενα μὴ τεκούσης τοῦ Μενελάῳ, καὶ Αλεξάνδρῳ Δηϊφόβῳ, γαμηθείσης. Emendo in carmine τλήσετ', ſequentia hoc modo, Ο λόγος περὶ Ελένης Λακωνικῆς οὔσης, καὶ ἄῤῥενα μὴ τεκούσης, τῷ Μενελάῳ, καὶ Αλεξάνδρῳ, καὶ Δηϊφόβῳ γαμηθείσης.

854. Ταμάσου κρατῆρα] Euſtath. Τὴν μέντοι ἐν Κύπρῳ Τεμέσην, Τάμασον ἀξιοῦσιν οἱ παλαιοὶ λέγεσθαι, ἀφ' ἧς καὶ ὁ Ταμάσιος κρατήρ. Fuit hic crater ab Vulcano fabrefactus, Pelopique uxorem ducenti donatus, itaque poſtea hæreditario jure ad Menelaum pervenit, teſte Diogene Laërtio lib. I. Θάλητ. De eo intelligendus Apuleii locus in Apologia, *Nec Proteus faciem, nec Ulyſſes ſcrobem, nec Æolus follem, nec Helena crateram, nec Circe poculum, nec Venus cingulum.* Philoſtratus de Vitis Sophiſt. in Epiſt. ad Antoninum, Τοῦτο φρόντισμα τοῦτο, ἄεισε ὑπάτων, καὶ τὰ ἄχθη σοι κουφιεῖ τῆς γνώμης, ὑπὲρ ὁ κρατὴρ τῆς Ελένης τοῖς Αἰγυπτίοις φαρμάκοις. Helena eum in mare Coum abjecit, rixarum cauſſam fore dicens. Diogenes Laërtius loco citato, Αλλοι φασὶν Ηφαιστότευκτον αὐτὸν, καὶ δοθῆναι πρὸς τοῦ θεοῦ Πέλοπι γαμοῦντι· αὖθίς τε εἰς Μενέλαον ἐλθεῖν, καὶ σὺν τῇ Ελένῃ ἁρπασθέντα ῥιφθῆναι εἰς τὴν Κῴαν θάλασσαν πρὸς τῆς Λακαίνης, εἰπούσης ὅτι περιμάχητος ἔσται.

Ibid. Καὶ βοάγριον] Obſervandus Veterum mos, qui clypeos ſibi ex multiplicatis boum pellibus conficiebant, ſuperficie ænea ſuperinducta. Ovidius Ajacis clypeum ſeptemplicem fuiſſe canit,

Surgit ad hos clypei dominus ſeptemplicis Ajax.

Achillis clypeum idem Metamorph. XII. ex decem pellibus,

Dixit, & hæſurum clypei curvamine telum
Miſit in Æaciden, quod & æs, & proxima rupit
Terga novena boum, decimo tamen orbe moratum eſt.

Erant vero iſti rei pelles boum, qui in ætatis vigore. Statius ingerit Theb. III.

Cædere nec validas ſanctis è ſtirpibus haſtas,
Nec pudor emerito clypeum veſtiſſe juvenco.

Lucani è vimine faciebant, corioque tegebant, teſte Salluſtio, Dionyſio Halicarn. lib. III. Livio III. Decad. I. in Saguntinorum obſidione. Advatici quoque, Gallorum populi, *ſcutis,* (ut auctor eſt Cæſar II. belli Gall. in fin.) *ex cortice factis, aut viminibus intextis, quæ ſubito (ut temporis exiguitas poſtulabat) pellibus induxerant,* *utebantur.* Quem locum mihi indicavit amicus noſter Eitzo Tiarda. Clypei autem Junoni dicati meminit quoque idem Metamorph lib. XV. his verbis,

Ipſe ego, nam memini, Trojani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæſit in adverſo gravis haſta minoris Atridæ;
Cognovi clypeum lævæ geſtamina noſtræ
Nuper Abanteis templo Junonis in Argis.

Diogenes Laërtius lib. VIII. Apollini ſacratum narrat his verbis, Εἰσελθὼν εἰς τὸ τοῦ Απόλλωνος ἱερὸν, ἐπέδειξεν ἣν Μενέλαος ἀνέθηκεν ἀσπίδα, ἔφη γὰρ αὐτὸν ὅτ' ἀπέπλευσεν ἐκ Τροίας, ἀναθεῖναι τῷ Απόλλωνι τὴν ἀσπίδα διασεσηπυῖαν ἤδη, μόνον δὲ διαμένειν τὸ ἐλεφάντινον πρόσωπον. Acron lib. I. Od. XXVIII. non Menelao, ſed Euphorbo imputat id, *Pythagoram ſignificat, qui prædicavit ſe apud Trojam Euphorbum, Panthoi filium, fuiſſe, qui interfectus à Menelao, iterum revixit factus Pythagoras, idque eum cognoviſſe, agnito clypeo, quem templo Euphorbus fixerat.*

855. Ασπίρας τυμπανίδας] Fuit cum putarem legendum ἀσπιστὰς τυμπανίδας, nunc nihil muto; nam ait Ariſtophanis Scholiaſtes Veſpis, ἔθος τοῖς ποιηταῖς περιβαλλόμενα λέξεων ἰσοδυναμούσας χρῆσθαι. Erant vero ἀσπίρας, calceamenta villoſa, quibus hyeme utebantur: atque ea intelligit Heſiodus lib. II.

Αμφὶ δὲ ποσσὶ πέδιλα βοὸς ἶφι κταμένοιο
Αρμενα δήσασθαι, πίλοις ἔντοσθε πυκάσας.

At τυμπανίδας erant barbarorum inventum, & ex cervino corio conſuebantur. Unde Euripides βαρβάρους τυμπανίδας dixit.

857. Εν οἷσι πέτραις] Scholiaſtes Theocriti Idyllio IV. Τὸ δὲ Λακίνιον, ἀκρωτήριον τῆς ὃ ἔχουσα ἱερὸν Ηρας, Lycophron porro Thetidem templi iſtius narrat conditricem: alii ad Lacinium quendam, alii ad Herculem referunt. Servius Æneid. III. *Junonis Laciniæ templum ſecundum quoſdam à rege conditore dictum, ſecundum quoſdam à latrone Lacinio, quem illic Hercules occidit, & hoc loco expiato Junoni templum conſtituit.* Adi Geographiæ Scriptores.

860. Πενθεῖν τὸν εἰνάπηχυν] Cave, Lector, de novemcubitali Achillis ſtatura hæc accipias, toto erres cœlo. Certe fruſtra eſt Parrhaſius in Comment. ad Claudianum, qui in ea opinione eſt, & vult eo referendum illud Virgilii lib. I. Æneidos,

——— *nunc quantus Achilles.*

Philoſtratus quidem Ηρωϊκοῖς dicit, ὑπερφυὲς δὲ τὸ σῶμα ἐφαίνετο, αὐξηθεὶς τι ἔξω, ἢ τὰ πρὸς τοῖς πηχέσι δένδρα. Sed nec hoc quicquam ad aſſerendam ejus novemcubitalem proceritatem. Εἰνάπηχυν dixit Achillem, non aliter quam Otum, & Ephialtem ἐννεαπήχεας Homerus: ejus iſti verſus Odyſſ. λ'.

Εννέωροι γὰρ τοί γε, καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
Εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι.

Heſychius huc reſpexit, Εννεαπήχεις ἦσαν· ἐπαινοῦσι πρὸς τὴν ἀκρίβειαν, τὰ γὰρ σύμμετρα τῶν σωμάτων τοῦ πλάτους τὸ μῆκος τετραπλάσιον ἔχει. Quæ verba faciunt, ut tibi jam luceat in loco antea valde obſcuro, ac para ſis Heſychio Minerval. Procerum autem fuiſſe Achillem indicant Philoſtrati verba

citata,

citata, & illa Heliodori Æthiop. lib. II. Συνέτυχον γὰρ τῷ στρατηγῷ τοῦ νεανίσκου, καί μοι ἀληθῶς ἔδοξε τοὺς Ἀχιλλείδας ἐμφαίνειν, τοιοῦτός ἐστι τὴν μορφὴν, καὶ τοσοῦτος ἰδεῖν τὸ μέγεθος. Et lib. VI. Ἀναφέρει δὲ αὐτὸν εἰς Ἀχιλλέα πρόγονον, καί μοι ἐπαληθεύειν ἔοικεν, εἰ δεῖ τῷ μεγέθει καὶ τῷ κάλλει τοῦ νεανίου τεκμαίρεσθαι πιστουμένῳ τὴν Ἀχίλλειον εὐγένειαν. Ex quibus verbis patet, homines proceræ ſtaturæ proverbiali loquutione ab Achille genus ducere dictos. Quo & à me alluſum in Epigr. quodam, quod apponam,

Ponticus ingenti quod ſe gerere augmine corpus
Conſpicit, attollit ecce ſupercilium.
Et proavo eſſe ſatum magno mentitur Achille
Demens, & claris ſe inſerit Æacidis.
Vis dicam, quid ſis? vera tibi voce fatebor,
Certe, crede mihi, Pontice, magnus homo es.

862. Καὶ μήτε χρυσῷ φαιδρὰ κοσμεῖν [ἐσθῆ]] Solebant olim veſtes auro intexere, variiſque picturis eas exornare. Virgilianus Æneas lib. I.

Ferre jubet pallam gemmis auroque rigentem,
Et circumtextum croceo velamen acantho,
Ornatus Argivæ Helenæ, quos illa Mycenis
Pergama cum peteret inconceſſoſque Hymenæos,
Extulerat, matris Ledæ mirabile donum.

Cydonius in Orat. περὶ τοῦ Καταφρονεῖν τοῦ θανάτου, Ὁ δὲ λόγος (inquit) κἂν τοὺς ἱματίους ἐξεύρῃ αὐτῷ τὴν ἀρετὴν, καὶ γὰρ καὶ ὕλης διαφορὰν ἐζήτησε, καὶ ἄνθος ἐξεῦρε, καὶ χρυσὸν συνύφηνε, καὶ παντοδαπῶν ζώων τε, καὶ φυτῶν ἰδέας ἐν τούτοις διέγραψε, καὶ ἱματίων ἰδέας ἄλλοις ἀπένειμαν, ὡς ἂν ἕκαστος γένους, ἢ ἀξίας, ἢ ἡλικίας ἔχων τύχοι. Porro quod Lycophron ait Græcos poſt Achillis mortem auro corpus non decoraturos, id teſtatur etiam Ἡρωϊκοῖς Philoſtratus his verbis, Ἐπεὶ δὲ (Ἀχιλλεὺς) ἐκδιηλλάττετο ἀνθρώπων πάντων οἷς ἐπέτυχεν αὐτῷ ἡ Ἑλλὰς, οὐδεὶς κομᾶν ἔτι μετὰ τὸν Ἀχιλλέα καλὸν ἡγούμενοι, χρυσόν τε, καὶ ὅ, τι ἕκαστος εἶχεν, ἢ ἀπῆγεν ἐκ Τροίας, ἢ ἐκ διανομῆς λαβὼν, νήσαντες εἰς τὴν πυρὰν ἀπῆλθον, &c. Euſtathius Iliad. τ'. de Syracuſanis hæc commemorat, Συρακουσίοις ὕστερον νόμος ἦν, τὰς γυναῖκας μὴ κοσμεῖσθαι χρυσῷ, μηδ' ἀνθινὰ φορεῖν, μηδ' ἐσθῆτας πορφυρᾶς ἐχούσας παρυφὰς, εἰ μή τις αὐτῶν συγχωροίη ἑταίρα καὶ κοινή· καὶ τὸν ἄνδρα δὲ μὴ καλλωπίζεσθαι, εἰ μὴ ὁμολογοίη μοιχεύειν, ἢ κίναιδος εἶναι. Certe in quovis luctu matronæ, tam in Græcia, quam Romæ, aurum non geſtabant. Terent. Heaut. Act. II. Sc. III.

Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus,
Mediocriter veſtitam veſte lugubri,
Ejus anuis cauſſa, opinor, quæ erat mortua.
Sine auro tum ornatam, ita uti quæ ornantur ſibi.

Et apud alios.

863. Μηδ' ἀβροπήνους ἀμφιβάλλεσθαι πέπλους] Pepli duplex uſus, indutui, aut amictui, ut Varro loquitur, & Apulejus: Jul. Pollux lib. VII. cap. III. Ἔσθημα δ' ἐστὶ διπλοῦν τὴν χρείαν, ὡς ἐνδύνασθαι τε, καὶ ἐπιβάλλεσθαι. Hoc loco ἀμφιβάλλεσθαι Lycophronis idem eſt, quod ἐπιβάλλεσθαι Pollucis. Inde veteres Græci etiam cœlum πέπλον appellitaverunt, οἷον θεῶν οὐρανίων περίβλημα, ut ait Prophyrius lib. de Nymph. Antro.

865. Χάρων στερνοῦχα] Huc pertinent illa Philoſtrati loco ſupra citato, Τὸν μὲν δὴ κολωνὸν, ξένε, τοῦτον, ὃν ὁρᾷς ἐπὶ τοῦ μετώπου τῆς ἀκτῆς ὀρθὸν ἀνεστηκότα, ἔχωσαν οἱ Ἀχαιοὶ ξυνελθόντες, ὅτε Πατρόκλῳ ξυνεμίχθη εἰς τὸν τάφον, κάλλιστον ἐντάφιον ἑαυτῷ τε, κἀκείνῳ δούς.

872. Ὃν Κρηθέως ἄρμενος] Crethei nepos Jaſon. Apollonii Scholiaſtes lib. I. Αἰόλου, τοῦ Ἕλληνος, Κρηθεὺς καὶ Ἀθάμας· Κρηθέως δὲ, Αἴσων· Αἴσονος δὲ ὁ Ἰάσων. Ipſe Jaſon apud Pindarum Pythion. Od. IV. ita ait,

Μία βοῦς Κρηθεῖ τε μάτηρ
Καὶ θρασυμήδει Σαλ-
μωνεῖ. τρίταισι δ' ἐν γοναῖς
ἄμμες αὖ κείνων φυτευθέν-
τες σθένος ἀελίου χρύσεον
λεύσσομεν.

Et apud Valerium Flaccum lib. V.

—— ipſe egomet proprio de ſanguine Phryxi,
Namque idem Cretheus ambobus & Æolus auctor,
Cum Jove, Neptunoque, & cum Salmone de nympha.

881. Μόψον Τιταρώνιον, ἔνθα] De Mopſo hoc, ejuſque morte ita Ammianus lib. XIV. Et Μόψου ἑστία, vatis illius domicilium Mopſi, quem à commilitio Argonautarum cum aureo vellere direpto, & errore abſtractum, delatum ad Africæ littus mors repentina conſumpſit: & ex eo ceſpite Punico tecti manes ejus heroici, dolorum varietati medentur plerumque hoſpitales.

882. Τυμβεύσει δ' ὕστις Κινύφειος ἀστεμφέστερον] Hoc obſervatione dignum, quia naufragio mortuis è navium fragmentis rogos ſtruebant. Colligere etiam ex Manilio licet lib. IV.

Quis te Niliaco periturum littore, Magne,
Poſt victas Mithridatis opes pelaguſque receptum,
Et tres emenſo meritos ex orbe triumphos,
Cumque etiam poſſes alium cognoſcere Magnum,
Crederet, ut corpus ſepeliret naufragus ignis,
Et collecta rogum facerent fragmenta carinæ?

884. Νερτέρων κειμήλιον] Diis manibus ſacra antiquitus ſepulcra, unde & in inſcriptionibus ponebatur D. M. id eſt, Deis Manibus. Prudentius lib. I. contra Symmachum,

Ecce deos Maneis cur inficiaris haberi?
Ipſa patrum monumenta probant: Diis Manibus illis
Marmora ſecta lego, quacunque Latina vetuſtas
Cuſtodit cineres, denſiſque Salaria buſtis.

Symphoſius, interpres hiſtoriæ Apollonii Tyrii, *Pro meritis fabricant loculum ex ære collato, & ſcripſerunt*, DII MANES. CIVES. TARSIÆ. VIRGINI. PRO. BENEFICIIS. PATRIS. EJUS. SEPULCRUM. EX. ÆRE. COLLATO. FECERUNT.

901. Τοῦ πυρσωθέντος λύκου] Lupi metamorphoſin habes aliter apud Ovidium lib. XII. Metamorph. aliter apud Antoninum Liberalem. Locus Λύκειον dicebatur. Vide Suidam.

912. Κρηχείνη βεβρωμένον] Theocritus in obſcura Ara,

Ἐμὸν δὲ τεῦγμ' ἀθρήσας	Αἶξεν ἀναΐξας.
Θεοκρίτοιο κλέψας,	Χάλεψε γάρ νιν ἰῷ
Τετραπτέρυγο καίοντας	Σύρχασρος, ἐχθὺς γῆρας.

Ubi obſervandum, quod dicat morſum à ſerpente Philoctetem, contemplantem ſepulcrum Troili ab Achille occiſi, quod in templo Apollinis Thymbræi erant. Alii tamen aliter. Vide Servium Æneid. III. Sophoclis Interpres Φιλοκτήτῃ, λέγεται γὰρ ὡς ἐν Λήμνῳ βουλόμενος (ὁ Φιλοκτήτης) ἀναστῆσαι βωμὸν Ἡρακλεῖ ὑπὸ δεινῶ τὸν αἰγιαλὸν, ὑπὸ

Digitized by Google

ὄφεως ἐπλήγη. Homeri Iliad. β'. ἱςόρηται ὅτι Φιλοκτήτης ἐν Λήμνῳ καθαίρων τὸν βωμὸν τῆς Χρυσῆς καλουμένης Ἀθηνᾶς, ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου, καὶ ἀνιάτῳ τραύματι περιπεσὼν, κατελείφθη αὐτόθι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων· ᾔδεισαν γὰρ τοὺς Ἡφαίστου ἱερεῖς θεραπεύειν τοὺς ὀφιοδήκτους. Huic conſentit junior Philoſtratus in Imaginibus his verbis, Ἀναπλέοντες ἐς Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ καὶ περισχόντες τὰς νήσους, ἐμαςεύοντο τὸν τῆς Χρυσῆς βωμὸν, ὃν Ἰάσων ποτὲ ἱδρύσατο ὅτε εἰς Κόλχους ἔπλει. Φιλοκτήτης τε ἐκ τῆς ξὺν Ἡρακλεῖ μνήμης τὸν βωμὸν τοῖς ζητοῦσι δεικνὺς, ἐγχρίψαντος αὐτῷ τοῦ ὕδρου τὸν ἰὸν εἰς θάτερον τοῖν ποδοῖν, οἱ μὲν ἐπὶ Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ ςέλλονται ὅδ' ἐν Λήμνῳ ταύτῃ κεῖται, διφθέρᾳ φησὶ Σοφοκλῆς καταςάζων ἰῷ τὸν πόδα. Quem locum depravatum ita reſtituere conabar, Φιλοκτήτης δὲ ἐκ τῆς ξὺν Ἡρακλεῖ μνήμης τὸν βωμὸν τοῖς ζητοῦσι δεικνὺς, ἐγχρίψαντος αὐτῷ τοῦ ὕδρου τὸν ἰὸν εἰς θάτερον τοῖν ποδοῖν, ὅδε ἐν Λήμνῳ ταύτῃ λέλειπται, διφθέρᾳ (φησὶ Σοφοκλῆς) καταςάζων νόσῳ τὸν πόδα. οἱ μὲν ἐπὶ Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ ςέλλονται. De Philoctetæ morſu vide etiam Dictyn, Val. Flaccum Argonaut. lib. I. & Philoſtratum majorem Ἡρωϊκοῖς, qui docet, ſolius hydri ex omnibus ſerpentibus morſum ſanabilem eſſe.

913. Φιτρῶ μιαιφόνον] Paridem à Philoctete ſagitta transfixum, notum eſt. Hercules Sophocleus,

Ἐλθὼν δὲ σὺν τῷ δ' ἀνδρὶ πρὸς τὸ Τρωϊκὸν
Πόλισμα, πρῶτον μὲν νόσου παύσῃ λυγρᾶς,
Ἀρετῇ τε πρῶτος ἐκκριθεὶς ςρατεύματος,
Πάριν μὲν, ὃς τῶνδ' αἴτιος κακῶν ἔφυ,
Τόξοισι τοῖς ἐμοῖσι νοσφιεῖς βίου.

Vide Hyginum Fabula CII. Facem vocat Paridem, ob ſomnium matris Hecubæ, de quo ita ipſe in Epiſtola ad Helenam,

Matris adhuc utero partu remorante tenebar,
Jam gravidus juſto pondere venter erat,
Illa ſibi ingentem viſa eſt ſub imagine ſomni
Flammiferam pleno reddere ventre facem.

917. Σκύθη δράκοντ'] Abuſive δράκοντα poſuit Lycophron pro quavis mercede. Nam veteres Græci ita τὸ κειμήλιον appellabant, ut notat Heſychius, qua notione eſt apud Sophoclem Φιλοκτήτῃ. Vocat autem arcum hunc δράκοντα, quia mercedis vice, pro opera, quam Herculi in rogo navarat, acceperat Philoctetes. Neque poſſum probare eorum commentum, quibus placet arcum heic draconem dici, propter formam rotundam, aut ſibilum telorum. Scythicum autem dicit, quem à Teutaro Scytha accepit Hercules; vel à Scythe, Jovis filio, qui arcum, & ſagittas invenit, teſte Plinio; vel κατ' ἐξοχὴν, erant enim Scythici arcus peculiares. Ammianus lib. XX. *Quum arcus omnium gentium flexis curventur haſtilibus, Scythici ſoli, vel Parthici circumductis utrinque introrſus pandis & patulis cornibus effigiem lunæ decreſcentis oſtendunt, medietatem recta & rotunda regula dividente.*

937. Τόν τε Κρησώνης θεὸν] Thraciæ Deum, Martem dicit, ut & Herod. lib. V. poſt prin. ſicut monuit Tiarda noſter. Manilius,

——— *Thrace Martem ſortita colonum.*

Statius Thebaïde Thraciam *Martis ſedem* nuncupat. Vegetius de Re Mil. lib. I. cap. XXVIII. commenta hæc putat, quia bellicoſa admodum ſit ea gens. Phurnutus, Τιμᾶσθαι δὲ (ὁ Ἄρης) ὑπὸ Θρακῶν μάλιστα καὶ Σκυθῶν, καὶ τῶν τοιούτων ἐθνῶν λέγεται, ἐπεὶ παρ' ἐκείνοις τὸ πολεμικὸν ὁ ἀσκησις εὐδοκιμεῖ, καὶ τὸ ἀνεπιςρεφὲς τῆς δίκης. Arnobius lib. IV. *Quis Spartanum fuiſſe Martem* (*prodidit*) *nonne Epicharmus, auctor veſter: quis in Thraciæ finibus procreatum, non Sophocles Atticus, cunctis conſentientibus theatris?*

941. Οὔπω τὸ πατρὸς λαμπρὸν αὐγάζων φάος] Græci veteres φάος dixerunt, & quicquid in corpori ſolis eſſet, & quod à ſolis corpore flueret. Heſiodus lib. I.

——— λαμπρὸν δ' ἔλιπον φάος ἠελίοιο.

Æſchylus,

——— χαῖρε δ' ἡλίου φάος.

Et apud Homerum, aliosque infinitos crebro. Porro κατ' ἐξοχὴν appellabant φῶτα Solem & Lunam, cum reliquos quinque planetas ἀςέρας nuncuparent. Nolebant enim Solem & Lunam in numerum errantium ſtellarum venire. Sic more ſuo Ἑλληνίζων Tertullianus Apologetici cap. XI. *Vani erunt homines, niſi certi ſint à primordio & pluvias de cælo ruiſſe, & ſidera radiaſſe, & lumina floruiſſe, & tonitrua mugiiſſe, & ipſum Jovem, quæ in manu ejus imponitis, fulmina timuiſſe.* Virgilius etiam,

——— *vos, ô clariſſima mundi*
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,
Liber, & alma Ceres. ———

948. Τὸν τετρώνας βρέτας] Equum durateum intelligit, qui nocturno Grajugenarum partu Trojanis Pergama incendit, ut dicam Lucretii verbis. Multa de eo Dion, Virgil. Æneid. II. & Euripidis Scholiaſtes Ἑκάβῃ. Agathiæ (ob cujus editionem politioris literaturæ ſtudioſi plurimum debent CL. V. Bon. Vulcanio) elegans de hoc equo Epigramma,

Ἁ δέ ποθ' ἁ κλεινὰ Περγάμου πόλις, ἂν ἀλαπάξαι
Ἑλλάνων δεκάτης οὐκ ἐπίλασσεν ἄρης
Ἀμφαδόν. ἀλλ' ἵππειον κακὸν ξύλον· αἴθε δ' Ἐπειὸς
Κάτθανε πρὶν τεῦξαι Δαρδανίαν παγίδα·
Οὐ γὰρ ἂν Ἀτρειδᾶν ὀβριμοφάγον ἀψαμένοιο πῦρ
Οὕτω ἐφ' ἡμετέροις λάινον ἐρείπιον.

Palæphatus negat in eo latuiſſe Græcos armatos, ſed in loco concavo, qui etiam ſuo tempore ea ex re Ἀργείων λόχος dictus fuerit. Verba ejus ita habent, Φασὶν ὡς Ἀχαιοὶ, οἱ ἐν ξυλίνῳ ἵππῳ, κατεπόρθησαν τὸ Ἴλιον· ἔςι δὲ μυθώδης ἄγαν ὁ λόγος, ἡ δὲ ἀλήθεια ἔςιν αὕτη· ἵππον κατεσκεύασαν ξύλινον πρὸς μέγεθος μετεωρότερον τῶν πυλῶν, ὅπως μὴ ἑλκόμενος εἰσέλθῃ, ἀλλ' ὑπερέχῃ τῷ μεγέθει, οἱ δὲ λοχαγοὶ ἐκρύβησαν ἐν κοίλῳ χωρίῳ ἐπὶ τὴν πόλιν, ὃ Ἀργείων λόχος ἐκαλεῖτο μέχρι τοῦ νῦν &c. Victruvius machinam bellicam fuiſſe autumat, Polyænus Ulyſſis ſtrategema; Καὶ τὸν ἵππον δὲ (inquit) τὸν Δουράτειον, τὸν Ἐπειὸς ποίησεν σὺν Ἀθήνῃ, καὶ τοῦτο ςρατήγημα Ὀδυσσέως ἦν. Ad hujus ſimilitudinem erat Athenis in arce æneus equus, cum hac inſcriptione, Χαιρέδημος Εὐαγγέλου ἐκ κοίλης ἀνέθηκε.

950. Καθηράσσει Μυνδίας ἀνακτόρος] Confundit epitheta Poeta, ut ſupra monuimus: nam Minervæ Græcæ, non Myndiæ inſtrumenta ſua Epeus dicavit. Ariſtoteles lib. περὶ Θαυμασίων ἀκουσμάτων, Περὶ δὲ τὴν Ἰταλίαν, τὴν καλουμένην Καλαβρίαν, ἐγγὺς Μεταποντίου, Ἀθηνᾶς ἱερὸν εἶναί φασιν Ἑλληνίας, ἔνθα τὰ Ἐπειοῦ λέγουσιν ὄργανα ἀνακεῖσθαι, ἃ εἰς (Lipſius legit οἷς, recte) τὸν Δούρειον ἐποίησεν ἵππον, ἐκεῖνο τὴν ἐπω-

νυμίαν

νυμίαν ἐπιϑέντος. φαντασζομένον γὰρ αὐτοῦ τὴν Ἀϑηνᾶν κατ' τὸν ὕπνον ἀξιοῦν ἀναϑεῖναι τὰ ὄργανα, καὶ διὰ τοῦτο βραδυτέρας τυγχάνοντα ἀναγωγῆς, εἰλῆφϑαι ἐν τῷ τόπῳ μὴ δυνάμενον ἐκπλεῦσαι, ὅϑεν Ἑλληνίας Ἀϑηνᾶς τὸ ἱερὸν προσαγορεύεται. Adi Simmiæ Rhodii Πέλεκυν.

961. Ὧν δὴ μίαν Κριμισὸς] Crimiſſus, Siciliæ fluvius, ex una Phœnodamantis filiarum Aceſten ſuſcepit. Virgilius Æneid. v.

——— *occurrit Aceſtes*
Horridus in jaculis, & pelle Libyſtidos urſæ,
Troïa Crimiſo conceptum flumine mater
Quem genuit. ———

Servius Æneid. I. Hippoten quendam, non Phœnodamantem nominat, *Timens Hippotes quidam nobilis filiæ Segeſtæ, cum Laomedontis regis Heſiona jam eſſet orta ſeditione religata, impoſitam eam navi miſit, quo fors tuliſſet. Hæc ad Siciliam delata, à Crimniſeo fluvio, quem Crimniſum Virgilius poetica licentia vocat, converſo in urſam, vel in canem, compreſſa, edidit Aceſtem, qui ex matris nomine civitatem Trojanis condidit, quæ hodie Segeſta nominatur.*

966. Τρίδειρον νῆσον] Siciliam accipe, quam ita à tribus promontoriis notiſſimis appellavit. Nonnus Dionyſiacῶn lib. II. Τρινάκριον. lib. VI. Τρίλοφον ab iiſdem nuncupavit.

973. Πᾶς δὲ λυγαίαν λαὸς ἑσϑῆτα] Obſcuram veſtem, funeſtam intellige; eam autem nigram fuiſſe à nemine putem ignorari. Artemidorus lib. II. cap. III. Τὸ δὲ μέλαν ἱμάτιον σωτηρίαν προσημαίνει, οὐ γὰρ οἱ ἀποϑανόντες, ἀλλ' οἱ πενϑοῦντες τοὺς ἀποϑνήσκοντας τοιούτοις χρῶνται. Apulejus Mileſ. III. *Inter hæc quædam mulier per medium theatrum lacrymoſa & flebilis, atra veſte contecta, parvulum quendam ſinu tolerans decurrit.* Et VII. in fine, *Nam mater pueri, mortem deplorans acerbam filii, fleta & lacrymoſa, fuſcaque veſte contecta, ambabus manibus trahens cineroſam canitiem, epulans, & exinde proclamans, ſtabulum irrumpit meum.* Quod monuit Tiarda meus. Cyprianus de Mortalitate, *Conteſtarer aſſidue, & publice prædicarem fratres noſtros non eſſe lugendos, accerſitione dominica de ſeculo liberatos, cum ſciam non eos amitti, ſed præmitti, recedentes præcedere ut proficiſcentes & navigantes, deſiderari eos debere, non plangi, nec accipiendas eſſe hic atras veſtes, &c.* Nota verba illa, *accipiendas atras veſtes*, alba enim in luctu depoſita veſte, nigram adſumere moris erat. Jul. Paullus JC. Receptarum Sententiarum lib. II. cap. XXI. *Qui luget, abſtinere debet à conviviis, ornamentis, & alba veſte.* Super hoc loco me monuit noſter amor, Petrus Scriverius. Juvenalis Sat. x.

Hæc data pœna diu viventibus, ut renovata
Semper clade domus multis in luctibus, inque
Perpetuo mœrore, & nigra veſte ſeneſcant.

Catullus,

Funeſtam antemnæ deponant undique veſtem,
Candidaque intorti ſuſtollant vela rudentes.

Cicero in Vatinium, *Cedo quis unquam cœnavit atratus? ita enim illud epulum eſt funebre, ut munus ſit funeris, epulæ quidem ipſæ dignitatis.* Macrobius Saturn. lib. III. cap. XV. *Craſſus, vir Cenſorius, (nam cum Cn. Domitio Cenſor fuit) cum ſupra cæteros diſertus haberetur, eſſetque inter clariſſimos cives princeps, tamen murænam in piſcina domus ſuæ mortuam atratus tanquam filiam luxit.* Varro, *Ut dum ſupra terram eſſent, ricinis lugerent, funere ipſo pullis amictæ. Propinquæ adoleſcentulæ etiam anthracinis, amiculo nigello, capillo demiſſo, ſequerentur luctum.* Quem locum ſuggeſſit idem Tiarda. Homerus etiam tradit Thetim adituram Jovem, cum Achillen filium brevi ad Trojam periturum deploraret, ſeſe velo nigerrimo operuiſſe. Hinc lucem do Gregorio Nyſſeno lib. περὶ Παρϑενίας cap. III. Τὴν τῶν λαμπρὰν, καὶ λευχείμονα, καὶ περίβλεπτον ἀϑρόως μελαίνει προσωπεῖον ἡ συμφορὰ, καὶ περιβάλλει τῷ πένϑει.

976. Κρατὸς δ' ἄκουρος νῶτα χαλλαινεῖ φόβη] Solebant apud Græcos in luctu comam alere, ejuſque ornamentum negligere viri, mulieres autem tondere. Plutarchus Ῥωμαϊκοῖς, Καὶ γὰρ παρ' Ἕλλησιν, ὅταν δυστυχία γένηται, κείρονται μὲν αἱ γυναῖκες, κομῶσι δὲ οἱ ἄνδρες· ὅτι τοῖς μὲν τὸ κείρεσϑαι, ταῖς δὲ τὸ κομᾶν συνήϑες ἐστιν. Artemid. lib. I. cap. XX. Ἡ δὲ ἀτημέλητος ἐν συμφοραῖς αὔξεται ϑρίξ. Et cap. XXIII. Καὶ μόνοις ἰδίως ἐν προεστῶσι πονηρᾶς, ἢ συμφορᾷ τινι κηδεσϑεὶς κείρεται, ἀλλ' οἷς μάλιστα μέλει εὐπρεπείας, ἀλύποις τε, καὶ ἐκ ἀπόρως. De mulierum in luctu tonſura ſunt verba illa Accii Amphitryone,

——— *ſed quænam hæc eſt*
Mulier funeſta veſte, tonſu lugubri?

Virgil. IX. Æneid.

Evolat infelix, & fœmineo ululatu
Sciſſa comas &c.

Plane aliter tamen in Palliata fabula apud Terentium Heautont. Act. II. Sc. II.

Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus,
Mediocriter veſtitam veſte lugubri,
Ejus anuis cauſſa, opinor, quæ erat mortua,
Sine auro tum ornatam, ita uti quæ ornantur ſibi,
Nulla malam re eſſe expolitam muliebri,
Capillus paſſus, prolixus, circum caput
Rejectus negligenter. ———

Ecce hic aperte coma muliebris in luctu promiſſa, non tonſa. Decidite mihi hanc litem, vos Judices. Interim tamen ſciendum, etiam apud alios hunc morem fuiſſe. Nam *Perſæ* (inquit Curtius lib. x.) *commiſſo more detonſis in veſte lugubri conjugibus, ac liberis, non ut victorem & modo hoſtem, ſed ut gentis ſuæ juſtiſſimum regem, lugebant. Quin & Barbaros ferunt,* (verba ſunt hæc in Calig. c. v. de morte Germanici loquentis) *quibus inteſtinum, quibuſque adverſus nos bellum eſſet, velut in domeſtico communique mœrore, conſenſiſſe ad inducias. Regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & uxorum capita raſiſſe ad indicium maximi luctus.* Et hæc habeo à Tiarda meo.

987. Τὴν πρόσϑ' ἕδεϑλον Ξουϑίδαι φυτεύσαντες] Lego cum doctiſſimo Cantero Ξουϑίδαι. Expulſi autem ſunt Iones ab Æneæ ſociis ex Aſia venientibus: inde facem præfero Tertulliano lib. de Pallio dicenti, *Iones Nilei comites Aſiam novis urbibus inſtruunt.* Nam ex hac Hiſtoria capiendus ille locus.

988. Γλήνεις δ' ἄγαλμα] Iones, cum Ilium cepiſſent, ſupplices à Minervæ ſimulacro avellebant, nulla religionis habita ratione, quod cum fieret, ipſum ſimulacrum illud facinoris atrocitate commotum, oculos claudebat. Hoc narrat his octo novem verſibus Lycophron, & Strabo lib. VI. Τοῦ δὲ τὴν Τρώων κατοικίαν τεκμήριον ποιοῦνται τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰλιάδος ξόανον ἱδρυμένον αὐτόθι, ὅπερ καταμῦσαι μυθεύουσιν, ἀποσπωμένων τῶν ἱκετῶν ὑπὸ Ἰώνων τῶν ἑλόντων τὴν πόλιν.

1000. Πιθηκομόρφῳ] Πιθηκόμορφον vocat Therſiten, ob faciei deformitatem. Artemidorus lib. II. cap. XII. Πίθηκος ἄνδρα πανοῦργον καὶ γόητα σημαίνει, qualem etiam Therſiten fuiſſe veriſimile fit. Apomaſar quoque Ἀποτελεσμάτων cap. CXXXV. ſimiam interpretatur τὸν πανοῦργον.

1004. Κλήτην ἄνασσαν τῆς ἐπωνύμου πάτρας] Auſim ne Κλείτην? Hæret mihi aqua. Etymologiei Auctor, Κλείτη, μία τῶν Ἀμαζόνων, ἥτις ἐλθοῦσα εἰς Ἰταλίαν ᾤκησε, καὶ πόλιν ἔκτισεν, ἣν ἀπ' αὐτῆς Κλείτην ὠνόμασεν, (malim ἣν ἀφ' αὐτῆς Κλείτην ὠνόμασεν) καὶ ἐβασίλευσε τοῦ τόπου, καὶ αἱ ἀπ' αὐτῆς διαδεξάμεναι τὴν βασιλείαν, Κλεῖται ὠνομάσθησαν. Niſi forte Etymologicum mendoſum. Scio Κλείτην Cyziei uxorem, de qua eſt apud Parthenium Erotic. XXVIII. & Argonauticôn Scriptores, verum ea ab hac alia.

1015. Ποδωτοῖς λίνοις] Eſſe πόδας funes nauticos nemo eſt, qui ignorat, arbitror; Servius Æneid. V. pag. CCCCLXXXVIII. ibi, *Una omnes ferre pedem*] *Podiam* (lego *Pedem*) *id eſt, funem, quo tenditur velum, quod Græci* πόδα *vocant; ut eſt apud Pindarum, & Ariſtophanem.* Quem locum acceptum fero Tiardæ meo, ut hunc Senecæ II. de Benef. c. XXXIV. Scriverio, *Ingens eſt rerum copia ſine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, ſed aliunde commodatis. Qui* PEDEM *& noſtrum, & lecti, & veli, & carminis dicimus.* Homerus Odyſſ. κ'.

——— ἀεὶ γὰρ πόδα νηὸς ἰνώμων.

Sophocles Ἀντιγόνῃ,

Αὕτως δὲ ναὸς ὅστις ἐγκρατῆ πόδα
Τείνας ὑπείκει μηδὲν, ὑπτίοις κάτω
Στρέψας, τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται.

Teſtes infiniti, Ariſtophanes, Euripides, Apollonius, & alii ejus claſſis.

1019. Λυγρὸν ὄψονται βίον] Ὄψονται, id eſt, vivent: ſic ſæpe βλέπειν apud Poetas. Sophocles,

——— καὶ βλέποντα μὴ πάθοι,
Θανόντ' ἂν οἰμώξοιεν ἐν χρείᾳ δορός.

Et aliis locis multis. Homerus Iliad. α'.

Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος, καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο.

Ita accipere illud Theocriti Idyllio XIII.

——— τὸ δ' ἄμεινον ἐκ λεύσσομες,

quid vetat? Infra quoque Lycophron,

Γαληνὸν ἦμαρ οὐ ποτ' ἐν ζωῇ δρακών.

Virgilius eodem modo *caſsum lumine* pro mortuo dixit,

——— *nunc caſsum lumine lugent.*

Ennius Annal. lib. III.

Poſtquam lumina, ſis oculis bonus, Ancu' reliquit.

1039. Μίαν πλείονα μὴ περουγότα] Is erat Veterum mos. Euripidis Scholiaſtes Ἱππολύτῳ, Ἔθος γὰρ τοῖς ἐφ' αἵματι φεύγουσιν, ἐνιαυτὸν ποιεῖν ἐκτὸς τῆς πατρίδος. Iſaacius Tzetzes, Μόνος (lego εἰργασμένον τὸν φόνον, φεύγειν ὅλον ἐνιαυτὸν, μὴ ψαύοντα τῆς πατρίδος. Atque illud exilii genus ἀπενιαυτισμὸς dicebatur. Heſychius, Ἀπενιαυτισμὸς, ἡ εἰς ἐνιαυτὸν φυγὴ τοῖς φόνον δράσασι. Suidas, Ἀπενιαυτῆσαι, (emendo ἀπενιαυτίσαι) ἐνιαυτοῦ φυγεῖν τῆς πατρίδος ἐπί τινι ἀδικήματι. Jul. Pollux lib. I. cap. VII. Ἀπενιαυτίσαι δὲ, τὸ φυγεῖν ἔτος. Plato in libris de Legibus, & homicidia, & eorum pœnas diſtinguit. Inſontem enim innoxiumque haberi jubet, qui proprium ſervum occidit, eum vero, qui alienum, tanti mulctandum cenſet, quanti ſervus ille venierit. At eum, qui ingenuum iratus occidit, biennium exulare vult; qui per inſidias, triennium: eum porro, qui, dum exulat, homicidium committit, perpetuo exilio damnat. Eandem pœnam etiam præſcribit patribus qui filios, filiis qui patres, & viris qui conjuges, & uxoribus quæ viros occidiſſent. Vide Platonem, & Theodoretum Θεραπευτικῶν lib. IX.

1040. Δίκης τιέξοδος Τιλφωσία] Telphuſia Erinnys dicitur, Tiſiphonem intellige, quæ cædes vindicare putabatur. Furiis vero, ut infernalibus deabus, nocentium vindictam tribuebat antiquitas. Æſchylus Εὐμενίσι de illis loquens,

Πάντα γὰρ αὗται, τὰ κατ' ἀνθρώπους
Ἔπεῖχον, διέπειν. ———

Timæus Locrus lib. περὶ ψυχᾶς κόσμω καὶ φύσιος, Εἰ δέ κα τις σκλαρὸς, καὶ ἀπειθὴς, τήνῳ ἑπέσθω κόλασις, ἅ τε ἐκ τῶν νόμων, καὶ ἁ ἐκ τῶν λόγων, συντόνα ἐπάγοισα δείματά τε ἐπουράνια, καὶ τὰ καθ' ᾅδεω, ὅτι κολάσιες ἀπαραίτητοι τε ἀπόκεινται δυσδαίμοσι νερτέροις.

1050. Δοραῖς δὲ μήλων] Meminit hujus rei Strabo lib. VI. cujus ea verba, Δείκνυται δὲ τῆς Δαυνίας, περὶ λόφον, ᾧ ὄνομα Δεῖον, ἡρῷα, τὸ μὲν Κάλχαντος ἐπ' ἄκρᾳ τῇ κορυφῇ, ἐναγίζουσι δὲ αὐτῷ μέλανα κριὸν οἱ μαντευόμενοι, ἐγκοιμώμενοι ἐν τῷ δέρματι· niſi quod dicat arietem immolare ſolitos. Cum Lycophrone Virgilius Æneid. VII. ſub finem,

Hinc Italæ gentes, omniſque Oenotria tellus
In dubiis reſponſa petunt, huc dona ſacerdos
Cum tulit, & cæſarum ovium ſub nocte ſilenti
Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit.

Et certe is mos non ibi ſolum, ſed in aliis locis, apud alias gentes. Cicero de Divin. lib. I. *Atque etiam qui præerant Lacedæmoniis, non contenti vigilantibus curis, in Paſithea fano, quod eſt in agro propter urbem, ſomniandi cauſſa excubabant, quia vera quietis oracula ducebant.* Subdit vero νόσων δ' ἄκεσιν Δαυνίοις κλῃδίσεται. Sciendum olim ægrotos medicinæ diſcendæ cauſſa in templis Deorum, maxime Æſculapii, ſomnum captaſſe. Diogenes lib. IV. in Cratete, Οὗτος νοσήσας εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον ἀπεχώρησε, κἀκεῖ ἀπέθανε. Petronius, *Ipſa quidem illa nocte vexata, tam periculoſo inhorrui frigore, ut tertianæ etiam impetum timerem, & ideo medicinam ſomno petii, juſſaque ſum vos perquirere, atque impetum morbi monſtrata ſubtilitate lenire.* De qua vide eruditiſſimum, amiciſſimumque Wouwerum.

1055. Ἀσσὶν καὶ ποίμναισι πρωματῖ μολεῖν] Strabo de ſolis pecoribus narrat, Τὸ δὲ Ποδαλειρίου κάτω πρὸς τῇ ῥίζῃ, διέχον τῆς θαλάττης ὅσον σταδίους ρ'. ῥεῖ δ' ἐξ αὐτοῦ ποτάμιον πάνακες πρὸς τὰς τῶν θρεμ-

μάτων

μάτων ὕδωρ. Fuere vero hæc heroa, (ut videmus ex Strabone) Calchantis quidem, in cacumine collis; Podalirii vero, ad radices ejus. Obſerva hic obiter Veterum conſuetudinem, qui nobiles, & potentiores in montibus, aut ad eorum radices ſepeliebant. Lycophron ſupra v. ccccxxiv.

Τευσὸς δὲ τυμβεύσουσι Κιρκαίου νάπαι.

Lucanus lib. VIII.

Et regum cineres extructo monte quieſcant,
Cum Ptolemæorum patiæs ſeriemque pudendam
Pyramides claudant. ———

Virgilius Æneid. lib. XI.

——— *fuit ingens monte ſub alto*
Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum
Antiqui Laurentis, opacaque ilice tectum.

Servius, *Apud majores, nobiles, aut ſub montibus, aut in montibus, ſepeliebantur.* Quæ verbo penè tenus tranſcripſit Iſidor. Orig. lib. XV. cap. XI. Videmus idem apud S. Aurelium lib. de Origine gentis Romanæ, ubi de Aventini regis ſepulcro, *Poſt illum regnavit Aventinus Silvius. Iſque finitimis bellum inferentibus, in dimicando circumventus, ab hoſtibus proſtratus eſt, ac ſepultus circa radices montis, cui ex ſe nomen dedit.*

1062. Κρύψουσι κοίλοις ἐν μυχοῖς διωρύγος] Elegans ſepulcri ἀνάφρασις. Poteſt tamen ad Veterum ſepulcra referri, qui mortuos in cavernis ſepeliebant. Etymologici Auctor, Τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς κολάσμασι τῆς γῆς ἔθαπτον, μήτε σιδήρῳ, μήτε χαλκῷ κεχρημένοι. Theognis,

——— ὅταν δνοφερῇσιν ὑπὸ κεύθμασι γαίης
Βῇς πολυκωκύτους εἰς ἀΐδαο δόμους.

Idem mos antiquiſſimis Romanis, qui ea loca *Puticulos* dixere.

1064. Χερσῷ τραχηλῷ] Solebant tumulos lapidibus ſternere. Hieronymus in epiſtola quadam ad Innocentium, *Linteo cadaver obvolvunt, & foſſam humum lapidibus conſtruentes, ex more tumulum parant.* Petronius hoc *Lapidare* dixit. Virgilius,

Monte ſub hoc lapidum tegitur Balliſta ſepultus.

Et de eodem Phocas Grammaticus.

1066. Τὸ κρατοβρῶτος παιδὸς ἀπτέρου κάρα] Tydeum puta, Diomedis patrem, quem cerebrivorum vocat, quod cum in bello contra Thebanos è vulnere, quod à Melanippo, Aſtacti F. acceperat, moribundus jaceret, eique caput Melanippi occiſi ab Amphiarao vate afferretur, cerebrum evulſum exſorbuerit. Vide Homeri Scholia Iliad. ε'. & Apollodorum lib. III. *Intrepidum* autem vocat, quod cum legatus Thebis rediret Argos, eique Eteocles, collocatis quinquaginta lectiſſimis juvenibus in itinere, inſidias ſtruxiſſet, intrepido omnes animo aggreſſus ſit, & in fugam verterit. Additur à quibuſdam ad unum omnes occiſos. *Aprum* vero appellat, quod pellem apri Calydonii geſtare ſolitus ſit, quo pacto etiam Deïphilen, Adraſti filiam, uxorem accepit; nam ille oraculo monitus erat, ut filias ſuas leoni, & apro in matrimonium daret: & leonis pelle amictus Polynices alteram, Argiam, accepit. Vide Euripidis Scholiaſten Phœniſſis, Homeri loco citato, & Auctorem Proverb. Apollodorus clypeo inſculptum aptum fuiſſe narrat libro citato. Hac de re capiendus Statius Thebaid. lib. I.

Cui Phœbus generos (monſtrum exitiabile dictu!
Mox adaperta fides) ævo ducente canebat
Setigerumque ſuem, & fulvum adventare leonem.

Et quæ ibi multa ſequuntur.

1091. Εὐκταίων σίλας] Intellige τὰ χρηστήρια. Sciendum eſt Veteres duplici de cauſſâ ſacrificaſſe, vel quia votum, vel quia ab oraculo mandatum. Hæc ſacrificia ἀπὸ τῆς μαντείας dicebantur, illa εὐκταῖα, & χρηστήρια. Sophocles Trachiniis,

Δη. Εὐκταῖα φαίνων, ἢ 'πὸ μαντείας τινός;
Λι. Εὐκταῖ', ὅτ' ᾕρει τήνδ' ἀνάστατον δορὶ
Χώραν γυναικῶν, ὧν ὁρᾷς ἐν ὄμμασιν.

Ovidius Metamorph. lib. IX. τὰ εὐκταῖα, ſive χρηστήρια, *ſacra vota* appellat,

Victor ab Oechalia Ceneo ſacra parabat
Vota Jovi. ———

Plautus Amphitryone,

Ego rem divinam intus faciam, vota quæ ſunt.

Statius Thebaid. IV.

——— *cum, te mihi ſoſpite, templa*
Votivis implenda choris. ———

1097. Πτόρθον διαῤῥαισθέντος] Palamedem intelligit, quem πτόρθον vocat, ut Homerus, Heſiodus, aliique omnes heroas, ὄζος Ἄρηος. Orpheus in Argonauticis ὄρπηκας ſimiliter nuncupat Amphionem, & Aſterium,

Καὶ μὴν καὶ δισσοὶ ὄρπηκες ἀμύμονες ἦλθον,
Ἀμφίων κλυτόφημος, ἰδ' Ἀστέριος μενεχάρμης.

Theocritus Id. VI. ἔρνος, ubi capratiam laudat,

Πᾶν ἐπ' ἀλαθείᾳ πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος.

Niſi forte mavelis πτόρθον dici ob proceritatem; Veteres enim homines proceros virgultis valde excreſcentibus comparabant. Philoſtratus Ἡρωϊκοῖς de Achille, Τηρεφθεὶς δὲ τὸ σῶμα ἐφαίνετο, αὐξηθεὶς τὸ ξῷον, ἢ τὰ πρὸς ταῖς πηγαῖς δένδρα. Heliodorus Æthiop. lib. II. Τάχιστα δὲ εἰς ἀκμὴν, καθάπερ ἔρνος τι τῶν εὐθαλῶν, ἀνέδραμεν. In cujus loci explicatione lapſus, ut & aliquoties in eo opere Interpres. Palamedem vero Ulyſſis dolo circumventum occiderunt Græci. Notum id ex Dicty, Homero, Philoſtrato, Polyæno, Virgilio, & Hygino.

Ibid. Ον νοσκαφὴς κρύψει ποτ' ἐν κλήροισι Μυσίας σῆγος] Optime illuſtrant hunc locum illa Philoſtrati verba Ἡρωϊκοῖς, ἔθαψε δὲ αὐτὸν (Παλαμήδην) Ἀχιλλεύς τε, καὶ Αἴας, εἰς τὴν ὅμορον τῇ Τροίᾳ τῆς Αἰολίδος ἤπειρον· ἐφ' ὧν καὶ ἱερὸν (Lycophron νοσκαφὲς σῆγος appellat) αὐτῷ τι ἐξῳκοδόμηντο μάλα ἀρχαῖον, καὶ ἄγαλμα Παλαμήδους ἵδρυται γενναῖόν τι, καὶ ἔνοπλον, (malim ἄνοπλον) καὶ θύουσιν αὐτῷ ξυνιόντες οἱ τὰς ἀκτὰς οἰκοῦντες πόλεις· μαστεύειν τε χρὴ τὸ ἱερὸν κατὰ Μάδυμνάν τε, καὶ Λεπέτυμνον, ὄρος δὲ τοῦτο ὑψηλὸν ὑπερφαίνεται τῆς Λέσβου.

1099. Ο μὲν γὰρ ἀμφὶ χύτλα] Hoc temporis Græci balneis nondum utebantur, ſed lavacris, quæ ἀσαμίνθους vocabant. Teſtis Homerus Odyſſ. ρ'.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἵκοντο δόμους εὖ ναιετάοντας,
Χλαίνας μὲν κατέθεντο κατὰ κλισμούς τε, θρόνους τε,
Ες δ' ἀσαμίνθους βάντες ἐϋξέστας λούσαντο.

* M 3 Poſtea

Digitized by Google

Poſtea inventa balnea. Artemidorus lib. I. cap. LXVI. Οἱ μὲν πάνυ παλαιοὶ τὸ λοῦσθαι οὐ κακὸν ἐνόμιζον, βαλανεῖα γὰρ οὐκ ᾔδεσαν, ἐπεὶ ἐν ταῖς λεγομέναις ἀσαμίνθοις ἐλούοντο. Quales vero Græcorum ἀσάμινθοι, tales erant Romanorum *Lavatrinæ*. Varro de L. L. lib. VIII. *Eadem ratione domi ſuæ quiſque ubi lavatur, balneum dixerit: & quod non erant duo, balnea dicere non conſueverunt, cum hoc antiqui non balneum, ſed Lavatrinam appellare conſuevisſent.* Nonius Marcellus, *Latrina genere fœminino, & eſt lavatrina, quod nunc balneum dicitur.* Lego, *& lavatrina eſt. q. n. b. d.* Accedebant autem balnea aut à bello reverſi, aut magno labore tranſacto. Artemid. loco citato, Πάλαι μὲν γὰρ εἰκὸς ἦν πονηρὰ τὰ βαλανεῖα, ἐπεὶ μὴ συνεχῶς ἐλούοντο οἱ ἄνθρωποι, μηδὲ εἶχον τοσαῦτα βαλανεῖα, ἀλλὰ ἢ πόλεμον κατωρθωκότες, ἢ μεγάλα πονήσαντες ποτὲ ἐλούοντο. Agamemnon autem à bello Trojano reverſus, in balneo à Clytæmneſtra eſt peremptus. Teſtes, præter Lycophronem, Æſchylus, & Seneca Agamemnone. Homerus Odyſſ. λ'. in menſa canit necatum, in quam ſententiam & Dion abit in Orat. περὶ Ἀπιστίας, cujus ea verba, Ὁ δὲ Αἴγισθος τὸν Ἀγαμέμνονα δειπνίσας, ὥσπερ κατέκτεινε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ, καὶ ὑπὸ μὲν τῶν Τρώων οὐδὲν ἔπαθεν ἐν δέκα ἔτεσιν οἷς ἐπολέμει, καὶ οὐδέποτε αὐτοῖς συνέστιος ἐγένετο, εἰς δὲ τὴν οἰκίαν ἐλθὼν διὰ τοσούτου χρόνου, θύσας τοῖς θεοῖς, τὴν δ' ἑαυτοῦ τράπεζαν παρατιθέμενος, ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς οὕτως ὠμῶς ἀνῃρέθη. Homerum & Dionem ſequuntur Ælianus Ποικ. Ἱστορ. lib. II. & Hyginus Fab. CXVII. & Juvenalis Sat. VIII.

—— ille Deis auctoribus ultor
Patris erat cæſi media inter pocula. ——

Ibid. Τὰς δυσεξόδους ζωστῶν κελεύθους] Euripidis Scholiaſtes extrema Hecuba, Φοβουμένη ἡ Κλυταιμνήστρα αὐτὸν (Ἀγαμέμνονα) μὴ διὰ τῆς πρὸς Αἴγισθον μοιχείας αὐτῆς κολασθείη, αὐτὴν μετ' Αἰγίσθου τιμωρήσηται, τοιόνδε βαλανείῳ ἱμάτιον κατεσκεύασε μὴ ἔχον διεξόδους μήτε κεφαλῆς, μήτε χειρῶν, ἐν ᾧ περιβαλοῦσα αὐτὸν λελυμένον, ἀπέκτεινε. Philoſtratus ſenior Εἰκόνων lib. II. Ἡ Κλυταιμνήστρα δὲ πέπλῳ τέχνῃ πρὸς ἄπειρα τὸν Ἀγαμέμνονα περιχέουσα, πέλεκυν εἰς αὐτὸν ἧκεν ἀμφήκη τοῦτον. Vocat autem βρόχον αὐχενιστῆρα, vel propter rotunditatem, ita ante ἀμφιτορνωτῷ βρόχῳ paludem, vel quia in ea veſte, tanquam laqueo, ſtrangulatus fuit. Ἀμφίβληστρον vero, ut infra,

—— τοῦ πεπαρμένου κάρα
Ἐν ἀμφιβλήστροις ἔλλοπος μαιμῶν δίκην.

Deſcribit autem περιφραστικῶς Lycophron τὴν ἐξωμίδα, qua induenda dum occupatus Agamemnon, à Clytæmneſtra uxore interficitur. Erant vero ἐξωμίδος duo genera; hæc manicas non habebat, ſed tantum unicum foramen, per quod collum exerebant, atque ea proprie ἐξωμίς, talis in qua occiſus Agamemnon: altera manicas habebat, & dicebatur μασχάλιος. Ejus rurſus duo genera: illa duas habebat manicas, dicebaturque ἀμφιμάσχαλος, & erat ingenuorum; altera unicam duntaxat, dicebaturque ἑτερομάσχαλος, & erat ſervorum. Etymologici Auctor, Ἀμφιμάσχαλος, δύο χειρίδας ἔχων, ὃς ἦν τῶν ἐλευθέρων· ὁ δὲ τῶν οἰκετῶν μίαν εἶχε, καὶ διὰ τοῦτο ἑτερομάσχαλος ἐκαλεῖτο. Heſychius, Ἀμφιμάσχαλος, χιτὼν χειριδωτὸς ἐλευθέρων, ὡς Πλάτων, δύο χειρίδας ἔχων, ἃς μασχάλας ἔτι καὶ νῦν λέγουσιν. Et poſtea, Ἑτερομάσχαλος, χιτὼν δουλικὸς ἐργατικός, ἀπὸ τοῦ τὴν ἑτέραν μασχάλην ἔχειν ἐξερραμμένην. Pollux lib. VII. cap. XIII. Χιτὼν δὲ, ὁ μὲν ἀμφιμάσχαλος, ἐλευθέρων σχῆμα· ὁ δὲ ἑτερομάσχαλος οἰκετῶν. Romani quoque uſi ejuſmodi tunicis brevibus & ſubſtrictis, circa humeros deſinentibus. Agellius lib. VII. cap. XII. *Viri autem Romani primo quidem ſine tunicis toga ſola amicti fuerunt, poſtea ſubſtrictas, & breves tunicas citra humerum deſinentes habebant, quod genus Græci dicunt* ἐξωμίδας. Dedecus vero habebatur manicatam tunicam geſtare. Auguſtinus de Doct. Chriſt. lib. III. cap. XII. *Talares ac manicatas tunicas habere, apud Romanos veteres flagitium erat, nunc autem honeſto loco natis, cum tunicati ſunt, non eas habere flagitium eſt.* Agellius ut ſupra, *Tunicis uti virum, perplexis ultra brachia, & uſque in primores manus, ac prope in digitos, Romæ atque omni in Latio indecorum fuit.* Et apud Virg. IX. Æneid. Romulus Numanus, Trojanis hoſtibus ignaviam, &, ut ita dicam, effœminationem objiciens, ait,

Vobis picta croco, & fulgenti murice veſtis,
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Quem locum in id trahit Agellius d. loco, dicitque, *Q. Ennium, Carthaginienſium tunicatam juventutem non videri ſine probro, dixiſſe.* Et, *P. Africanum, Pauli F. virum omnibus bonis artibus, atque omni virtute præditum, P. Gallo, homini delicato, inter pleraque alia, quæ objectabat, id quoque probro dediſſe, quod tunicis uteretur manus totas operientibus.* Cicero quoque Catil. II. probro Catilinæ objecit, quod manicatus eſſet, his verbis, *Poſtremum autem genus eſt non ſolum numero, verum etiam genere ipſo atque vita, quod proprium eſt Catilinæ, de ejus delectu, imo vero de complexu ejus & ſinu, quod pexo capillo nitidos, aut bene barbatos videtis, manicatis & talaribus ac tritis tunicis, velis amictos, non togis.* Quod etiam vituperat Varro, teſtimonio Servii p. DCCXLIII. locum Virgilii ſupra-dictum enarrantis, dicens, *Manicatis & talaribus tunicis. Nam colobiis utebantur antiqui.* Quæ indicavit Tiarda. Hinc ait Seneca Epiſt. XXXIII. *Apud me vero Epicurus eſt & fortis, licet manuleatus ſit.* De Vita Beata cap. XIII. *Hoc tale eſt, quale vir fortis ſtola indutus.* Servus Pſeudolus in Comœdia ſui nominis,

———— manuleatam tunicam habere hominem addecet?

Suetonius, cum Caligulam dixiſſet veſtitu uſum non civili, ac ne virili quidem, ſubjungit, *Sæpe depictas gemmataſque indutus penulas, manuleatus & armillatus in publicum proceſſit.* Et hoc quidem, ut dixi, apud Romanos obtinebat. Nam apud Parthos, qui principem locum habent, anaxyridem triplam induunt, & manicatam tunicam: plebs vero erat in tunicis ſine manicis, ut auctor eſt Strabo lib. XV. Et apud Athenienſes tunica utrinque manicata, liberorum erat; unicam autem manicam habens, ſervorum; ut ſcribit Pollux Onomaſticôn lib. VII. c. XIII. Idem Tiarda.

1102. Κεϱωτωτὶς ζωρὰς] Nam ἡ ἐξωμὶς ἀνεβάλλετο θατέρας χειρὸς ὑποϛελλομένης, καὶ κάτωθεν περὶ τοὺς πόδας ὥσπερ τοῦ ὤμου ἐπανατεθείσης, ut ait Etymologici Auctor.

1103. Θερμοῖς δ' ὑπαὶ λουτρῶνος ἀρνεύων στέγην] Intellige τὸ πυριατήριον, ſive ὑπόκαυστον, quod *Sudatorium* Senecæ in Epiſtolis. Intrabant autem illud à laboribus vacantes & otioſi, qualis Agamemnon à bello Trojano reverſus, aut à morbo ſe recolligentes. Artemid. Ἡ γὰρ ἀναλαμβάνοντες, ἢ ἀπεργασάμενοι εἰς θερμὰ πορεύονται. Τύβιν vero, ſive τύβινος, vas in balneo, de quo vide Heſychium.

1105. Τυπεὶς σκαπάρνῳ] Citatur hic verſus etiam à Julio Polluce. De cæde vero Agamemnonis ſic infra,

——— τοῦ πεφασμένου κέλωρ
Ἐν ἀμφιβλήστροις ἔλλοπος μαιμῶν δίκην.

Sophocles Ἠλέκτρᾳ,

Ὅσα τ' δύστηνος ἐμὸν θρηνῶ
Πατέρ', ὃν κατὰ μὲν βάρβαρον αἶαν
Φοίνιος Ἄρης οὐκ ἐξένισεν.
Μήτηρ δ' ἡ 'μὴ, χὼ κοινολεχὴς
Αἴγισθος, ὅπως δρῦν ὑλοτόμοι,
Σχίζουσι κάρα φονίῳ πελέκει.

Homerus Odyſſ. λ'.

——— ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ.

1108. Ἐγὼ δ' ἀρείτης ἄγχι] Philoſtratus loco citato, Τὴν τε τοῦ Πριάμου θυγατέρα καλλίστην νομισθεῖσαν τοῦ Ἀγαμέμνονι, χρησμούς τε ἀπηχουμένους φθονοῦσαν ὑποκτείνει θερμῷ πελέκει.

1109. Χαλυβδικῷ κνώδοντι] De Chalybico ferro multi. Arrianus, Χάλυβες περὶ τοὺς ἀνθρώπους αἰτίαν ἔχουσι χαλκεύσασθαι τὸν σίδηρον. Ammianus lib. XXII. *His regionibus Dahæ confines ſunt acerrimi omnium bellatores, & Chalybes, per quos erudi-tum & domitum eſt primitus ferrum.* Ariſtoteles lib. περὶ Θαυμ. Ακουσμ. Λέγεται δὲ ἰδιωτάτην εἶναι γένεσιν σιδήρου τοῦ Χαλυβικοῦ, καὶ τοῦ Μοσυνικοῦ· συμφέρεται γὰρ, ὥσγε λέγουσιν, ἐκ τῆς ἄμμου τῆς καταφερομένης ἐκ τῶν ποταμῶν. ταύτην δὲ οἱ μὲν ἁπλῶς φασὶ πλύναντες καμινεύειν, οἱ δὲ τὴν ὑπόστασιν, τὴν γενομένην ἐκ τῆς φύσεως, πολλάκις πλυνθεῖσαν συγκαίειν. Stephanus, Χάλυβες, περὶ τὸν Πόντον ἔθνος ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ Θερμώδοντι, περὶ ὧν Εὔδοξος ἐν πρώτῳ. Ἐκ δὲ τῆς Χαλύβης (lego Χαλύβων) χώρας ὁ σίδηρος, ὁ περὶ τὰ στομώματα ἐπωνύμως, ἐξάγεται. Demarchus in Poliorceticis, Τῶν μέντοι στομωμάτων τὸ μὲν Χαλυβδικόν, τὸ δὲ Σινωπικόν, τὸ δὲ Λύδιον, τὸ δὲ Λακωνικόν. καὶ ὅτι Σινωπικὸν, καὶ Χαλυβδικὸν εἰς τὰ τεκτονικά· τὸ δὲ Λακωνικὸν εἰς ξυρὰς, καὶ σιδηρογλύπανα, καὶ χαρακτῆρας, καὶ τὰ λιθουργικά· τὸ δὲ Λύδιον καὶ αὐτὸ εἰς ξυρὰς, καὶ μαχαίρας, καὶ ξυεία, ξυστῆρας. Vide Stephanum. Euſtathius, Ἄλλοι Χαλύβας ἐκάλεσαν (ἔθνος δὲ εἰσὶ Ποντικὸν παρὰ τῷ Θερμώδοντι) ἀφ' ὧν σίδηρος, φασὶν, ἐξάγεται ὁ περὶ τὰ στόματα ἐπωνύμως, ἤτοι περὶ τὰ στομώματα ὅθεν καὶ Χαλυβικὸς κνώδων, καὶ πλεονασμῷ τοῦ δ, Χαλυβδικὸς παρὰ τῷ Λυκόφρονι, ὁ ἐξ ἀρίστου σιδήρου. Vide etiam Heſychium. Inde σιδηροτέκτονες Χάλυβες apud Æſchylum Prometheo.

1124. Ζεὺς Σπαρτιάταις αἱμύλοις κληθήσεται] Jovis Agamemnonis apud Spartanos templum nobiliſſimum. Sciendum vero, veteres Græcos reges omnes Δίας appellare conſueviſſe, ut docet, præter Scholiaſten, Johannes Tzetzes in Varia Hiſtoria. Quin etiam hoc ſciendum reges ſibi deorum nomina adſciviſſe. Sic Alexander Magnus Ammon dici voluit : alii aliorum Deorum nominibus. Servius Æneid. VII. *Antiqui reges nomina ſibi plerumque vendicabant deorum : hinc eſt, quod apud Cretam eſſe dicitur Jovis ſepulcrum. Gabalus etiam Imperator Romanus Solem ſe dici voluit, nam Heliogabalus dictus eſt.*

1133. Τὰς Ἑκτορείας ἠγλαϊσμένας κόμας] De Hectorea tonſura ita Pollux, Ἐκαλεῖτο δέ τις κουρὰ καὶ Ἑκτόρειος κόμη, περὶ ἧς φησιν Ἀναξίλαος,

Τὴν Ἑκτορείαν τὴν ἐρίμωρον κόμην.

Τιμαῖος δὲ τὴν κουρὰν ταύτην περιστέλλεσθαι μὲν δεῖν περὶ τὸ μέτωπον λέγει, περικεχύσθαι δὲ τῷ βραχίονι. Heſychii locus de hac coma mendoſa ſatis, Ἑκτόρειοι κομῆται, Δαύνιοι καὶ Πευκέτιοι ἔχοντες τὰ ἀπ' Ἡλίου τοῖς ὤμοις περικεχυμένην τρίχα. Meminit ejuſdem Euſtathius Iliad. ψ'. Ἄλλως δὲ (inquit) τὴν Ἑκτορείαν φιλοῦσι κουρὰν, ἣν παραλαλεῖ καὶ Λυκόφρων.

1135. Ἐμὸν προσπτύξουσιν ὠλέναις βρέτας] Templa, aræ, foci, ſtatuæ ſupplicum olim perfugia. Plutarchus περὶ Δεισιδαιμ. Ἔστι καὶ λῃσταῖς ἄβεβηλα πολλὰ τῶν ἱερῶν, καὶ πολεμίους φεύγοντες, ἂν ἀγάλματος λάβωνται, ἢ ναοῦ, θαρροῦσιν. Jul. Pollux lib. I. cap. I. Εἰ δὲ καὶ ἄσυλόν τι εἴη, τοῦτο καὶ προσφύγιον λέγε, καὶ ἱεροὺς ὅρους, ἐφ' ὅσον τοῖς οἰκέταις (lego ἱκέταις) ἀσφάλεια. Adde Tit. XII. lib. I. Cod. De his, qui ad Eccleſiam confugiunt, Novellam XVII. c. V. & VII. Statuas autem intellige principum. Vide l. II. ff. de his, qui ſunt ſui §. ult. Inſtit. eed. Tit. XXV. lib. I. C. de his, qui ad Statuas principum confugiunt. Monuit Tiarda noſter.

1137. Ἐρεμνὴν ἐσθῆτα] Nigram aut pullam intellige, talem enim Furiis tribuunt Poetæ. Janus Parrhaſius ad Claudiani lib. III. de Raptu Proſerpinæ refert ex Timæo, Daunias mulieres ſemper pullis veſtibus uſas, cum de virginibus nubere nolentibus ea heic dicat Lycophron.

1153. Τὸν χιλίωρον τοῖς ἀνυμφεύτοις χρόνον] Homeri Scholiaſtes Iliad. ν'. Ἀθηνᾶ δὲ οὐδὲ οὕτω τῆς ὀργῆς ἐπαύσατο, ἀλλὰ καὶ τοὺς Λοκροὺς ἠνάγκασεν ἐπὶ χίλια ἔτη εἰς Ἴλιον ἐκ κλήρου παρθένους πέμπειν. Meminit & Strabo lib. XIII. Αἱ γοῦν Λοκρίδες παρθένοι μικρὸν ὕστερον ἀρξάμεναι ἐπέμποντο κατ' ἔτος. Id vero Perſis demum imperantibus factitatum narrat ibidem, his verbis, Τὰς δὲ Λοκρίδας πεμφθῆναι Περσῶν ἤδη κρατούντων συνέβη. Polybius lib. XII. præterea centum familias delectas fuiſſe ait, Ἐξ ὧν ἔμελλον οἱ Λοκροὶ κατὰ τὸν χρησμὸν κληροῦν τὰς ἀποσταλησομένας παρθένους εἰς Ἴλιον.

1157. Ἀκάρποις γυῖα συμπλέξας φυτοῖς] Vocat ἄκαρπα φυτὰ infelicia ligna, quæ fructum non ferebant. Quæ vero arbores inter felices & infelices reputatæ ſint, docet Simia Gellii Saturnal. lib. III. cap. XX. *Felices arbores eſſe putantur, quercus, æſculus, ilex, ſuber, fagus, corylus, ſorbus, ficus alba, pyrus, malus, vitis, prunus, cornus, lotus.* Tarquinius Priſcus in Oſtentario arborario, *Arbores, quæ inferûm deorum avertentiumque in tutela ſunt, eas infelices nominant. Alternum ſanguinem, filicem, ficum atram, quæque baccam nigram, nigroſque fructus ferunt, itemque acrifolium, pyrum ſylvaticum, ruſcum, rubum,*

ſenteſque

ſenteſque, quibus portenta prodigiaque mala comburi jubere oportet. Feſtus ſimpliciter fructiferas felices, infructiferas infelices dictas ait ex Catone. Apulejus in Apologia, *Arbor infœcunda & infelix, quæ nullum fructum ex ſeſe gignit, tanti eſt in pretio, quanti lignum ejus trunco.* Horatius Epod. II.

Inutileſque falce ramos amputans,
Feliciores inſerit.

Statius Sylvius lib. III. in Propempt. Metii Celeris,

——— *ubi germine primum*
Candida felices ſudent opobalſama virgæ.

Minutius Octavio, *Deus enim ligneus, rogi fortaſſe, vel ſtipitis infelicis portio, ſuſpenditur, cæditur, dolatur, runcinatur.* Ut autem arbores *felices*, ita vulnera *felicia* dixit idem ille eodem modo, *Majoribus enim noſtris tam facilis in mendaciis fides fuit, ut temere crediderint etiam alia monſtruoſa miracula, Scyllam multiplicem, Chimæram multiformem, & Hydram felicibus vulneribus renaſcentem.* Ad felices arbores quod attinet, unguium dialis, & capilli ſegmina operiebantur. Flaminica quoque dialis in rica ſurculum de arbore felici habebat. Vide Agellium lib. x. cap. xv. Eadem quoque arbore ſupplicia caduceatorum erant. Feſtus, *Supplicia ſunt, quæ caduceatores portent: ea ſumebantur ex verbena felicis arboris, nec enim ex alia ſupplicia fas erat, quam de verbenis ſumi.* Infelicia vero ligna ad portentorum expiationem adhiberi ſolita vides ex Lycophrone, & Macrobio. Catullus,

Novit, ſi ſibi reſtitutus eſſem,
Deſiſſemque truces vibrare jambos,
Electiſſima peſſimi poetæ
Scripta tardipedi deo daturum
Infelicibus uſtulanda lignis.

Etiam perduelliones ad arborem infelicem ſuſpendebantur, ut videmus ex lege Romuli, quæ ita habet, *Duumviri perduellionem judicent. Si à duumviris provocarit, provocatione certato. Si vincent, caput obnubito, infelici arbori ſuſpendito, verberato vel intra pomarium, vel extra pomarium.*

1158. Εἰς θάλασσαν ἐκβράσαι σποδὸν] Sordes purgamentorum in aquas mos abjicere, vel fluviales, vel marinas. Homerus,

——— εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

Theocritus Ηρακλίσκῳ,

Ηεν δ' συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις
Ριψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα
Ρωγάδας ἐς πέτρας, ὑπὲρ οὔρον. ——

Virgilius Ecloga VIII.

Fer cineres Amarylli foras, rivoque fluenti
Tranſque caput jace. ———

Valer. Flaccus lib. III.

——— *luſtramina ponto*
Pone jacit, rapidis adolentur cætera flammis.

Nemeſianus,

——— *ter thure vaporo*
Luſtravit, cinereſque averſa effudit in amnem.

Hinc Cicero pro S. Roſcio Amerino, *Non ſic nudos in flumen (voluerunt) dejicere, ne, cum delati eſſent in mare, ipſum pollluerent, quo cætera, quæ violata ſunt, expiari putantur.* Euripides,

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

Quin etiam in trivia projici ſolita. Æſchyli Scholiaſtes Χοηφόροις, Παρὰ Ἀθηναίοις ἔθος ὅτι καθαίροντες οἰκίας ὀστρακίνῳ θυμιατηρίῳ, ῥίψαντες ἐν ταῖς τριόδοις τὸ ὄστρακον, ἀμεταστρεπτεὶ ἀνεχώρουν. Harpocration, Δίδυμος Αὐτοκλείδου λέξιν παρηγγέλλας ἐκ τοῦ Εξηγητικοῦ φησίν, Οξυθύμια, τὰ καθάρματα λέγεται καὶ ἀπολύματα, ταῦτα γὰρ ἀποφέρεσθαι εἰς τὰς τριόδους, ὅταν τὰς οἰκίας καθαίρωσιν. Eupolis Δήμοις,

Ον χρῆν ἐν ταῖς τριόδοις, κἀν τοῖσιν ὀξυθυμίοις
Πρὸς τὸ πρόσωπον τῆς πόλεως κάεσθαι περιπεπηγότα.

Petronius, *Quod purgamentum in nocte calcaſti in trivio?* Ad quem locum vide eruditiſſimas notas Wouwerii, amici mei.

1170. Η φαλακρᾶιον κλάδον] Variis modis ſontes & hoſtes olim interficiebant: aut lapidibus, aut gladiis, aut fuſtibus. Cyprianus lib. I. Epiſt. III. *Fuſtes, & lapides, & gladios, quos verbis parricidialibus jactitant, non perhorreſcimus.* Antiquiſſimi fuſtibus. Etymologici Auctor. Τὸ παλαιὸν ξύλοις ἀνῄρουν τοὺς πολεμίους, ὕστερον δὲ τῷ ξίφει. Quippe ferri uſu adhuc ignoto, cum etiam loco gladiorum uterentur ſudibus præacutis. Horatius,

Unguibus & pugnis, dein fuſtibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ poſt fabricaverat uſus.

Græcis eæ ſudes φάλαγγες dictæ. Homeri Schol. Iliad. IV. Τὸ παλαιὸν ξύλοις ἐμάχοντο, φάλαγγας δὲ ξύλα ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι.

1172. Κτανόντ' ἐπωνεῖσθαι, Τιθμῷ χαράξας] Ecce veterem morem. Solebant hoſtes & ſontes proſcribere, interfectoribus eorum magna mercede per præconem promiſſa. Ulpianus ad Demoſthenis Orat. περὶ Παραπρεσβείας, Οταν πόλις ἔχῃ πρός τινα δυσμένειαν, ὀλολύζει καὶ κηρύττει μισθὸν καὶ χρήματα τῷ φονεύσαντι. Harpocration, Οπότε βούλοιτο πόλις, ἢ Αρχων, ἀναιρεθῆναί τινα τῶν μὴ ὄντων ὑφ' ἑαυτοῖς, ἐκήρυττε δώσειν χρήματα εἴ τις αὐτὸν ἀνέλοι, τόσα, καὶ τόσα· καθάπερ Ξέρξῃ ἐπεκήρυξαν οἱ Ελληνες, εἴ τις ἢ ζῶντα, ἢ νεκρὸν καταγάγοι Αθήναζε, δώσειν ἑκατὸν τάλαντα. Polyænus Strateg. lib. IV. Μὴ δυνάμενος ἑλεῖν ἄκραν, ἐχυρὰν οὖσαν, ἑλεῖν, ἐκήρυξε τάλαντα ἑκατὸν δώσειν τῷ κλείναντι Θιβρόνον. Idem lib. V. Αγαθοκλεῖ, τῷ Συρακουσίων τυράννῳ, τἀναντία πράττων διετέλει, καὶ πολλοὺς Σικελιώτας κατ' αὐτοῦ συνίστα, καὶ τοῖς ἀνελοῦσιν αὐτὸν ἐκήρυξε μεγάλας δωρεάς. Interpres Hiſtoriæ Apollonii Tyrii, *Rex, ait, fugere quidem poteſt, ſed effugere non poteſt, continuoque hujuſmodi edictum propoſuit;* " *Quicunque Tyrium mihi Apollonium,* " *regni mei contemptorem & inimicum, vivum* " *exhibuerit, accipiet quinquaginta talenta auri;* " *qui vero caput, centum accipiet.* Licet etiam hanc conſuetudinem obſervare in Apulejana Mileſia ſexta. Eam proſcriptionem ἐπικήρυξιν vocabant. Scholiaſtes Demoſth. loco laudato, Επικήρυξις δὲ, ὅταν πόλις, ὡς ἔφημεν, ἐχθρὸν ἔχουσά τινα ἐπιβουλεύοντα αὐτῇ, καὶ βούλοιτο αὐτὸν ἀνελεῖν, χρήματα κηρύττει δοῦναι τῷ ἀνελόντι αὐτόν. Sed & columnas erigebant, iiſque inſcribebant. Colligo ex Suida, Διαγόρας ὁ Μήλιος ἐπὶ τῷ ἀθέῳ καὶ ἀπίστῳ καὶ ἀσεβεῖ. Ετι δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν Μήλου ᾤκει ἐν Αθήναις, τὰ δὲ μυστήρια οὕτως ἐυτέλιζεν, ὡς πολλοὺς ἐκτρέπειν τῆς ἀρετῆς, τοῦτο

τῶν ἱκέτευσαν κατ' αὐτοῦ Αθηναίων, καὶ ἐν χαλκῇ στήλῃ ἔγραψαν, τῷ μὲν ἀποκτείναντι τάλαντον λαμβάνειν· τῷ δὲ ἄγοντι, δύο.

1176. Βειμὼ] Quod Proſerpina Βειμὼ vocetur, docet Apollonii Scholiaſtes lib. III. nominiſque rationem reddit his verbis, Βειμὼ δὲ αὐτὴν προσηγόρευον διὰ τὸ φοβερὸν καὶ τὸ καταπληκτικὸν τὰ φάσματα ἐπιπέμπειν τὰ καλούμενα Εμπύσας, καὶ πολλάκις αὐτῆς μεταβάλλειν τὸ εἶδος, διὰ τὸ Εμπουσαν καλεῖσθαι. ἢ παρὰ τὸν βρόμον, τὸν τοῦ πυρὸς ψόφον, πυρσοὶ γὰρ πάντες βρέμουσι, ὁ γὰρ θεὸς λαμπαδοῦχος, &c. Heſiodi Schol. lib. I. Βειμὼ δὲ, καὶ Οβειμὼ, κυρίως ἡ Περσεφόνη, ἤγουν ἡ γῆ, καὶ ὁ θάνατος καλεῖται, ὅθεν τὸ ὄβειμον λέγεται. Propertius lib. II. Eleg. II.

——— *fertur Bæbeïdos undis*
Virgineum Brimo compoſuiſſe latus.

Vide Arnob. lib. v. Fuit & ita appellata Rhea. Theodoretus Therap. Serm. I. Ὅτι δὲ καὶ τὰ τῆς Ῥέας, ἢ καὶ τῆς Κυβέλης, ἢ τῆς Βειμοῦς, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλοιτε ὀνομάζειν, &c. Apud Orpheum in Argonaut. Proſerpina intelligi debet,

——— περσῆος γὰρ ἐρέχθη
Βειμοῦς τ' εὐδυνάτοιο γοναὶ, καὶ ἔργ' ἀΐδηλα.

Adi Canteri Notas.

Ibid. Τρίμορφος] Triformis Hecate etiam à Seneca Hippolyto appellatur, & à Val. Flacco lib. I. Argonaut. *Tergemina hera*: idque hac de cauſſâ, quia

——— τιμῶ περὶ πάντων
Ζεὺς Κρονίδης τίμησε, πόρεν δέ οἱ ἀγλαὰ δῶρα,
Μοῖραν ἔχειν γαίης τε, καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης,
Ηδὲ καὶ ἀστερόεντος ἀπ' οὐρανοῦ ἔμμορε τιμῆς,

ut eſt apud Heſiodum in Theog. Phurnutus aliter, Οὐχ ἑτέρα δὲ οὖσα αὐτῆς ἡ Εκάτη τρίμορφος εἰσῆκται, διὰ τὸ τρία σχήματα γεννικώτατα ἀποτελεῖν τὴν σελήνην. Apollodorus dicit Hecatæ triglam ſacrificari, quia τρίμορφος appelletur. Orpheus tria capita, eam habuiſſe tradit, dextrum equinum, ſiniſtrum caninum, medium ſuis agreſtis. Ovidius Faſt. lib. I.

Ora vides Hecates in tres vergentia partes,
Servet ut in ternas compita ſecta vias.

Germanicus, *Diana autem Luna dicta eſt, quaſi diana, eo quod die ac nocte apparet ipſa; & Luna, eo quod luceat; & Trivia, eo quod tribus fungatur figuris.* Prudentius lib. I. contra Symmachum,

Denique cum Luna eſt, ſublustri ſplendet amictu:
Cum ſuccincta jacit calamos, Latonia virgo eſt:
Cum ſubnixa ſedet ſolio, Plutonia conjux.

Apulejus Mileſ. XI. *Sed nocturnis ululatibus horrenda Proſerpina, triformi ſpecie larvales impetus comprimens, terræque clauſtra cohibens, lucos diverſos inerrans, vario cultu propitiaris.* Caſſiodorus Var. lib. v. Epiſt. XLII. *Primum ſibi per lucos, & ſilvas agreſtium populorum nota, & venationibus dedita, hanc triplicem deam falſa imaginatione finxerant: ipſam in cœlo Lunam, ipſam in ſilvis Dianam, ipſam apud inferos Proſerpinam eſſe affirmantes.* Et neſcio, an hunc Lycophronis locum reſpexerit Demetrius Triclinius ad Sophoclis Antigonen, cum ait, Εν ὅδιαν δὲ τὴν Περσεφόνην λέγει ἐν ταῖς τριόδοις τιμωμένην, ἡ αὐτὴ γὰρ ἐστὶ τῇ Εκάτῃ, ὡς ἄλλοι τε πολλοὶ φασὶ, καὶ Λυκόφρων. Hecates autem cognomento τριμόρφου ſtatua ab Alcamene facta Athenis erat, prope ſimulacrum Victoriæ alis privatæ.

Ibid. Θοινατὰ σ' ἐκπονεῖ] Hecuba, cum Polymneſtori, Thraciæ regi, ob occiſum filium Polydorum (ut eſt apud Virgilium Æneid. III. & Ovid. Met. XIII.) trata oculos eruiſſet, & ob id à Thracibus lapidibus peteretur, canis facta eſt. Ovidius,

Clade ſui Thracum gens irritata tyranni,
Troada telorum lapidumque inceſſere jactu
Cæpit: at hæc miſſum rauco cum murmure ſaxum
Morſibus inſequitur, rictuque ad verba parato
Latravit conata loqui. ———

Martialis lib. III. Epigr. XXXII.

Poſſum Hecubam, poſſum Nioben, Matrinia, ſed ſi
Nondum erit illa canis, nondum erit illa lapis.

Ab Hecate vero transformandam prædicit, quia

——— τὰς σκύλακας ἔρχεται,

ut ait Theocritus Idyllio β'.

1177. Κλαγγαῖσι ταρβήσουσι] Homines noctu territuram dicit, ubi in canem ab Hecate mutata fuerit, quia Hecaten nocturnis ſpectris, & terriculamentis præeſſe credebant. Hac de cauſſâ Hecuba Εμπουσα dicitur à Theocrito in Ara.

1179. Δείκηλα μὴ σέβοντι λαμπαδουχίαις] Solebant quondam Myſtæ lampades, ſeu faces ferre in memoriam quæſitæ facibus à Cerere Proſerpinæ. Papinius Sylv. lib. IV. ad Julium Menecratem,

Tuque, Actæa Ceres, curſu cui ſemper anhelo
Nativam tacitì quaſſamus lampada Myſtæ.

Et Claudianus,

—— *ſanctaſque faces extollit Eleuſis.*

Seneca Herc. Fur. v. CCCI.

——— *tibi multa fide*
Longas Eleuſi tacita jactabo faces.

Et Hippolyt. CVI.

Non inter aras Atthidum Myſtam choris,
Factare tacitis conſcias ſacris faces libet.

Quæ indicavit Tiarda noſter. Hinc capio locum Callimachi Hymno III.

Οὐδ' αἰτίω μέγα τίξον (ἐμοὶ Κύκλωπες ὀϊστοὺς
Αὐτίκα τεχνήσονται, ἐμοὶ δ' εὐκαμπὲς ἄεμμα)
Αλλὰ φαεσφορίην ———

Scholiaſtes, Η ὅτι λαμπαδοῦχος ἡ θεὸς, ἡ αὐτὴ γὰρ τῇ Εκάτῃ, ἢ ὅτι τοὺς μαινομένους προσάγει εἰς φῶς. Vide Apollodorum lib. I. Ab hac etiam facium geſtatione Sacerdotes Daduchi appellati. Auctor (ut monuit Tiarda) Plutarchus in Ariſtide p. DCCCXXV.

1184. Ψυδίεσσα τοι νησαιῶς δοκὸς] Cynoſſema intelligit. Pomp. Mela lib. II. cap. II. *Eſt Cynoſſema tumulus Hecubæ, ſive ex figura canis, in quam converſa traditur, ſive ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine accepto.* Solinus cap. XVI. *Sigeum Aſiæ, in quo tumulus eſt Cynoſſema dictus, Hecubæ ſepulcrum.* Jul. Pollux lib. v. cap. v. Ενδοξος δὲ καὶ ἡ Αταλάντης κύων, Αὔρα τοὔνομα, ἐν ᾗ Καλυδώνιος σῦς ἀπέκτειν, ἀφ' ἧς τὸ Κυνὸς σῆμα Καλυδωνίοις, καὶ ἕτερον οὕτω σῆμα ἐν Ελλησπόντῳ κεκλῆσθαι ὑπὸ ἐνδόξου

δῆξαν κυνὸς, εἰ μὴ προσϑεῖεν, ὅτι Εκάβης εἰς κυνὸς μορφὴν μεταβαλλούσης, οὕτως ὠνομάσθη. Ovid. Met. XIII.

—— hæc miſſum rauco cum murmure ſaxum
Morſibus inſequitur, rictuque ad verba parato
Latravit conata loqui : locus exſtat, & ex re
Nomen habet. ————

Adi Geographos, ſi plura velis, & Ammianum lib. XXII.

1187. Ἅδῃ κελαινῶν θυμάτων ἀπάρξεται] Plutoni, ut inferorum, & tenebrarum regi, furvæ offerebantur à Veteribus hoſtiæ. Acron lib. III. Od. VIII. *Superis aptior erat alba victima, nam diis infernalibus ſemper nigra offerri debent.* Tibullus,

Interea nigras pecudes promittite Diti.

Huc pertinet fragmentum Varronis ex lib. I. de Scen. Originibus, *Cum multa portenta fierent & murus ac turris, quæ ſunt intra portam Collinam & Eſquilinam, de cælo eſſent tacta, & ideo libros Sibyllinos* XV. *viri adiiſſent, renuntiarunt uti Diti patri, & Proſerpinæ ludi Terentini in campo Martio fierent, & hoſtiæ furvæ immolarentur.* Arnobius lib. VII. *Sed ſi ſexibus ſexus pares, id eſt, fœminas fœminis, mares autem hoſtias diis maribus immolare ſacrificiorum jura præſcribunt, quæ in coloribus ratio, ut merito his albas, illis atras conveniat, nigerrimaſque mactari? Quia ſuperis diis, inquit, atque omnium dexteritate pollentibus, color lætus acceptus eſt, ac felix hilaritate candoris. At vero diis lævis, ſedeſque habitantibus inferas, color furvus eſt gratior, & triſtibus ſuffectus è fucis,* &c. Feſtus, *Furvum bovem, id eſt, nigrum, immolabant Averno.* Virg. V. Æneid.

——— huc caſta Sibylla
Nigrarum multo pecudum te ſanguine dedit.

Et VI. ubi de matre Eumenidum, & magna Sorore, id eſt, Nocte & Terra, Dis inferis,

——— Ipſe atri velleris agnam
Æneas matri Eumenidum, magnæque Sorori
Enſe ferit, ſterilemque tibi, Proſerpina, vaccam.

Ubi Donatus, *Omnia,* inquit, *nigra inferis mactat, & ſterilem vaccam, quia nihil ab inferis naſcitur : demonſtrat quatuor, colorem, genus animalis quum primo vellere intactum : ergo non attonſum & Veneris immune.* Tibullus III. Eleg. V. in fine,

Interea nigras pecudes promittite Diti,
Et nivei lactis pocula miſta mero.

Seneca Oedip. V. DLVI. agens de Sacrificio Inferorum,

Nigro bidentes vellere, atque atro boves
Retro trahuntur.

Quæ ſuggeſſit Eitzo Tiarda alter ego.

1193. Πλείσας ἀπαρχὰς] Ἀπαρχαὶ propriè à Veteribus dicebantur ſetæ, quas à fronte victimæ evulſas cum molarum parte in ignem, qui in ara accenſus, conjiciebant : erat enim hoc in ſacrificiis moris. Homerus Iliad. ξ'.

Ἀλλ' ὅγ' ἀπαρχόμενος κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλεν
Ἀργιόδοντος ὑὸς, καὶ ἐπεύχετο πᾶσι θεοῖσι.

Et Odyſſ. γ'.

——— πολλὰ δ' Ἀθήνῃ
Εὔχετ' ἀπαρχόμενος κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλων.

Virgilius Æneid. VI.

Et ſummas carpens media inter cornua ſetas,
Ignibus impoſuit ſacris libamina prima.

Alias etiam ἀπαρχαὶ abuſive dicebantur ſacrificia, quæ mortuis fiebant.

1194. Ἀλλ' ἄξεταί σε πρὸς γενεθλίαν πλάκα] intelligit locum Thebanum dictum Διὸς γονὰς, quod ibi natus à quibuſdam putetur Jupiter, in quem poſtea Hectoris oſſa tranſportata. Cum enim aliquando multis malis Thebani (qui ſoli Bœotorum ad Ilium non militaverunt, teſte Artemidoro lib. IV. cap. LXV.) affligerentur, conſulto oraculo, reſponſum eſt, tranſportanda è Phrygia Hectoris oſſa, ſepeliendaque in loco, qui Διὸς γοναὶ apud ipſos diceretur. Scholiaſtes Homeri ad Iliad. ν'. Οἱ ἐν Βοιωτίᾳ Θηβαῖοι πιεζόμενοι κακοῖς ἐμαντεύοντο περὶ ἀπαλλαγῆς, χρησμὸς δὲ αὐτοῖς ἐδόθη, παύσεσθαι τὰ δεινὰ, ἐὰν ἐξ Ἀρτείου (lego Ὀφρυνίου) τῆς Τρῳάδος τὰ Ἕκτορος ὀστᾶ διακομίσωσιν εἰς τὸν παρ' αὐτοῖς καλούμενον τόπον ΔΙΟΣ ΓΟΝΑΣ. Strabo quoque lib. XIII. ibi loci Hectoris lucum memorat fuiſſe.

1199. Τὰς παιδοβρῶτας] Vide hac de re Heſiodum Theog. Allegorice explicat Phurnutus, Ὁ Κρόνος λέγεται καταπίνειν τὰ ἐκ τῆς Ῥέας αὐτῷ γενόμενα τέκνα, εὔλογον μὲν ἐν τούτῳ πάνυ εἰκότως, ἐπειδὴ ὅσα ἂν γίνονται κατὰ τὸν εἰρημένον τῆς κινήσεως λόγον, πάλιν κατὰ τὸ αὐτὸν ἐν περιόδῳ ἀφανίζεται, καὶ ὁ χρόνος δὲ τοιοῦτόν ἐστι, δαπανᾶται γὰρ ὑπ' αὐτοῦ τὰ γινόμενα. Adi Ciceronem de Nat. Deorum.

1204. Νήσοις Μακάρων] Hectorem poſt mortem Beatorum inſulas inhabitaturum ſcribit, ex Veterum opinione, qui eum locum heroibus mortuis aſſignabant. Heſiodus lib. I. de Heroibus agens,

Καὶ τοὶ μὲν ναίουσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες
Ἐν Μακάρων νήσοισι παρ' ὠκεανὸν βαθυδίνην
Ὄλβιοι ἥρωες, τοῖσι μελιηδέα καρπὸν
Τρὶς τοῦ ἔτους θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

Plato in Gorgia quibuſvis bonis poſt mortem illam tribuit ſedem, Τὸν δὲ δικαίως τὸν βίον διελθόντα καὶ ὁσίως, ἐπειδὰν τελευτήσῃ, εἰς Μακάρων νήσους ἀπιόντα, οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ἐκτὸς κακῶν. Sed eſt etiam Μακάρων νῆσος, ἡ ἀκρόπολις τῶν ἐν Βοιωτίᾳ Θηβῶν. Atque de eo forte capiendus hic locus. At vero Hectorem Lycophron propter ſacrificandi ſtudium in Beatorum inſulas relatum iri, quo pertinet Theodoreti locus Θεραπευτικῆς Serm. VII. Σφόδρα γὰρ αὐτοὺς χαίρειν οἱ ποιηταί φασι τῇ λοιβῇ, καὶ τῇ κνίσῃ, καὶ τοῦτο ἔχειν γέρας αὐτοὺς εἰρηκέναι λέγουσιν. διά τοι τοῦτο καὶ πρὸς τὰς τῶν Αἰθιόπων θυσίας ἀποδημεῖν, καὶ τὸν Ἕκτορα πάσης ἐπιμελείας ἀξιοῦν, ὅτι δὴ οὔποτε αὐτῶν τὸν βωμὸν ἐνδεᾶ θυσίας κατέλιπεν. Neque alia de re capiendi iſti verſus Homerici Iliad. IV. ubi ita affatur Minervam Jupiter,

Οὐ γάρ μοί ποτε βωμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης,
Λοιβῆς τε, κνίσης τε, τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς.

1206. Ὠγύγου σπαρτὸς λεὼς] Ogygi populum Thebanos accipe, quorum civitas ab Ogygo eſt condita, ut eſt apud Varronem lib. III. de Re Ruſt. Cur σπαρτὸν dicat, notum. Vide Palæphatum, & Ovidium.

1225. Αἰκῶς αἰκισθέντας] Malim vertere *ignominioſe truncatos.* Nam ita ſolebant illis facere, quos è medio ſuſtuliſſent, ne à manibus

eorum infeſtarentur, atque id vocabant μασχαλίζειν, & ἀκρωτηριάζειν. Polybius de Carthaginenſibus, Κολοβώσαντες δὲ, καὶ συντρίψαντες τὰ σκέλη, ἔτι ζῶντας ἔῤῥιψαν εἰς τινα τάφρον. Sophocles Ἠλέκτρᾳ,

Σκέψαι γὰρ, εἴ σοι προσφιλῶς αὐτῇ δοκεῖ
Γέρα τάδ' οὑν τάφοισι δέξασθαι νέκυς,
Ὑφ' ἧς θανὼν ἄτιμος, ὥστε δυσμενὴς
Ἐμασχαλίσθη. ——

Scholiaſtes, Εἰώθεισαν οἱ δρῶντες ἐμφύλιον φόνον ἀκρωτηριάζειν τοὺς ἀναιρεθέντας, ἐκ παντὸς μέρους τοῦ σώματος ἀποτεμνόμενοι, καὶ περιάπτειν ἑαυτοῖς τὰ ἄκρα συνείροντες, διὰ τούτων ὥσπερ τὴν δύναμιν ἐκείνων ἀφαιρέμενοι, διὰ τὸ μὴ παθεῖν εἰς ὕστερον τι δεινὸν παρ' ἐκείνων· ἐφόρουν δὲ εἰς τὰς μασχάλας τὰ ἄκρα, ὃ καὶ μασχαλισθῆναι ἔλεγον. Demetrius Triclinius, Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, ἡνίκα τινὰ διεχειρίσαντο, ἀκρωτηριάζειν αὐτὸν, καὶ ὑπὸ τὰς μασχάλας ταῦτα θεῖναι· τοῦτο δὲ ἐποίουν ἵνα ἀνίσχυρον αὐτὸν ἐργάζωνται διὰ τὴν τῶν ἀκρωτηρίων τομὴν πρὸς τὴν αὐτῶν ἄμυναν, ἵνα οἱ νεκροὶ τοὺς ζῶντας ἀμυνῶνται, Ἐριννῦς αὐτοῖς ἐπιπέμποντες. Etymologici Auctor, Ἦν τι νόμιμον τοῖς δολοφονήσασι ἀφοσιοῦσαι τὸν φόνον διὰ τοῦ δολοφονηθέντος ἀκρωτηριασμοῦ· τὰ δὲ ἀκρωτήρια εἴροντες καὶ συνεξάπτοντες διὰ τῶν τοῦ νεκροῦ μασχαλῶν, καὶ τοῦ τραχήλου, περιετίθεντο τοῦ νεκροῦ. Heſychius, Φονεύσαντες ἐξ ἐπιβουλῆς τινας, ὑπὲρ τοῦ τὴν μῆνιν ἐκκλῖναι, ἀκρωτηριάσαντες τὰ μόρια τούτων, οἷον ὦτα, ῥινῶν, καὶ ὁρμίσαντες, ἐκρέμων ἐκ τοῦ τραχήλου διὰ τῶν μασχαλῶν. Reliqua, quæ ibi ſequuntur, vix ſine ope membranæ ſuppleri & emendari poterunt. Harpocration, Οἱ λυμαινόμενοί τινας εἰώθασι περικόπτειν αὐτῶν τὰ ἄκρα. Apollonius lib. IV.

Ἥρως δ' Αἰσονίδης ἐξάργματα τάμνε θανόντος,
Ἡ θέμις αὐθέντῃσι δολοκτασίας ἱλάεσθαι.

Scholiaſtes, Οἱ δολοφονοῦντες ἀρχαίως ἀκρωτηριάσματά τινα ἐποίουν τοῦ ἀναιρεθέντος, καὶ ταῦτα λαβόντες ἐξῆπτον τοῦ τραχήλου αὐτῶν. Virgilius Æneid. III.

—— Polydorum obtruncas, & auro
Vi potitur. ——

Pleniſſime vero eum truncandi morem eſt videre lib. VI.

Atque hîc Priamidem laniatum corpore toto
Deïphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
Ora, manuſque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares,

Statius Thebaid. lib. I.

—— abruptis & nunc inhumata procorum
Relliquiis trunca ora rigent. ——

Terentius Hecyra Act. I. Sc. I.

——— ergo propterea te ſedulo
Et moneo, & hortor, ne cujuſquam miſereat,
Quin ſpolies, mutiles, laceres, quemquam nacta ſis.

Apparet & Romanis non inuſitatum hunc morem. Quintilianus Declamat. XII. *Laceros video manes, & truncas partibus ſuis umbras.* Declamat. XIV. *Facinus quod dicitur inquietare ſuperos, ſidera diris agitare carminibus, tumulos, buſta ſcrutari, & amputatis cadaveribus ipſas* (malim *impias*) *in ſcelus armare manus, fieri non poteſt, ut auctorem ſuum non ſtatim primo prodat aſpectu.* Salluſtius Hiſt. lib. II. *In quis notiſſimus quiſque aut malo dependens verberabatur, aut immutilato corpore in propatulo patibulo eminens affigebatur.* Ita emendo. Sed, nec occiſis ſolum faciebant, verum etiam vivis, quos punire volebant. Juſtinus lib. XI. *Inter hæc* DCCC. *admodum Græci occurrunt Alexandro, qui pœnam captivitatis truncata corporum parte tulerant.* Huc pertinet Hiſtoria Zopyri. Mart. lib. II. Epigr. LXXXV.

Fœdaſti miſerum, marite, mœchum,
Et ſe, qui fuerant prius, requirunt
Trunci naribus auribuſque vultus.
Credis te ſatis eſſe vindicatum?

Et lib. III. Epigr. LXXXIV.

Quis tibi perſuaſit nares abſcindere mœcho?
Non hac peccatum eſt parte, marite, tibi.

Atque eo modo mutilati *Laceri* dicebantur. Aſconius Verrina II. *Lacer dicitur amputatis à corpore ſenſuum membris, hoc eſt, auribus, oculiſve.* Feſtus, *Lacer, quod auribus curtatis eſt. Lacerum, quodcunque in corpore imminutum eſt.* Videmus id quoque ex Quintiliani & Virgilii verbis citatis. Vocabant vero illa præſegmina Græci ἀκρωτήρια, & ἀπάργματα. Id autem faciebant, ut initio dixi, ne à manibus infeſtarentur; credebant enim mortuorum animas vagari, & homines maxime inimicos noctu terrificare. Horatius Epod. V.

Quin ubi perire juſſus expiravero,
Nocturnus occurram furor,
Petamque vultus umbra curvis unguibus,
Quæ vis deorum eſt manium,
Et inquietis aſſidens præcordiis,
Pavore ſomnos auferam.

Virgilius Æneid. lib. IV.

Omnibus umbra locis adero, dabis, improbe, pœnas,

Et apud Apulejum Mileſ. VIII. umbra Lepolemi abſterret Chariten à nuptiis Thraſylli, interfectoris ſui; *Tunc* (ait) *inter moras umbra illa miſere trucidati Lepolemi, ſane* (lego *ſanie*) *cruenta, & pallore deformem attollens faciem, quietem pudicam interpellat uxoris,* &c. Elegantiſſimus autem locus in ejuſdem eſt Apologia, his verbis, *At tibi, Æmiliane, pro iſto mendacio, duat Deus iſte, Superûm & Inferûm commeator utrorumque, Deorum malam gratiam, ſemperque obvias ſpecies mortuorum, quidquid umbrarum eſt uſquam, quidquid Lemurum, quidquid Manium, quidquid Larvarum, oculis tuis oggerat: omnia noctium occurſacula, omnia buſtorum formidamina, omnia ſepulcrorum terriculamenta, à quibus tamen ævo & merito haud longe abes.* Suetonius Nerone, *Neque tamen ſceleris conſcientiam, quamquam & militum, & Senatus, populique gratulationibus confirmaretur, aut ſtatim, aut unquam poſtea ferre potuit: ſæpe confeſſus exagitari ſe materna ſpecie, verberibus Furiarum, ac tedis ardentibus.* Propertius lib. I. Eleg. XIX.

Non ego nunc triſtes verear, mea Cynthia, manes.

Quintilianus Declamat. XII. *Quoties facta reputavi, flagella mentis ſonant, ultrices video Furias, & in quamcunque me partem converti, occurrunt umbræ meorum.* Virgil. IV. Æneid.

Me patris Anchiſæ, quoties humentibus umbris
Nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt,
Admonet in ſomnis, & turbida terret imago.

Quem locum ſuggeſſit Eitzo Tiarda. Valerius Flaccus lib. I.

Ipſum ego, cum ſerus feſſos ſopor alligat artus,
Adſpicio, meque aſſiduis lacera illius umbra
Queſtibus, & magni numen maris excitat Helle.

Dixi *noctu territare*, nam luceſcente die humanis ſeſe conſpectibus ſubtrahebant. Tibullus IV. Eleg. VII.

Nocte vagæ ferimur: nox clauſas liberat umbras,
Errat & abjecta Cerberus ipſe ſera.
Luce jubent leges Lethæa ad ſtagna reverti,
Nos vehimur, vectum nauta recenſet onus.

Papin. II. Theb. de Umbra Laji,

Dixit & abſcedens: etenim jam pallida turbant
Sidera noctis equi. ———

Claudianus de Theodoſio,

Dixit, & afflatus vicino ſole refugit.

Apud Virg. etiam V. Æneid. Anchiſæ umbra cauſatur ſolem oriri, ut Æneam dimittat,

Et me ſævus equis Oriens afflavit anhelis.

Indicavit Tiarda.

1233. Ἔξοχον Ῥώμης γένος] Roma hæc mulier quædam Trojana fuit, quæ una cum Ænea in Italiam devenit, & nupta Latino, Aboriginum regi, Remum & Romulum peperit, qui urbem cum condidiſſent, Romam eam à matris nomine dixerunt. Dion. Hal. lib. I. Καλλίας δ' ὁ τὰς Ἀγαθοκλέους πράξεις ἀναγράψας, Ῥώμην, τινὰ Τρῳάδα τῶν ἀφικομένων ἅμα τοῖς ἄλλοις Τρωσὶν εἰς Ἰταλίαν, γήμασθαι Λατίνῳ, τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀβοριγίνων, καὶ γεννῆσαι δύο παῖδας Ῥῶμον καὶ Ῥωμύλον, οἰκίσαντας δὲ πόλιν ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῶν θέσθαι τοὔνομα. Vide quoque Feſtum in *Roma*. Solinus, Ælianus, Juſtinus, Livius, Vellejus, & Virgilius à Romulo, Rheæ Silviæ & Martis filio, conditam Romam tradunt. Corrigendus obiter Æliani locus, qui lib. VII. mendoſe legitur hoc modo, Ῥώμη ὑπὸ Ῥώμου καὶ Ῥωμύλου ἐκτίσθη, τῶν Ἄρεος καὶ Σιρβίας παίδων, ἣν δὲ αὕτη μία τῶν Αἰνείου ἀπογόνων. Hic legendum omnino Σιλβίας, ſic enim ab Æliano ipſo ſcriptum quis dubitet? quem locum hoc modo etiam à viro erudito Roberto Titio emendatum poſtea animadverti, ne quemquam merita laude privem ſciens. Etymologici Auctor in Ῥώμη, Romulum & Remum Æneæ filios facit.

1235. Βουλαῖς ἄριστος] Æneam Trojanorum omnium prudentiſſimum, ut Hectorem fortiſſimum memorat, unde & ille populi Trojani mens, hic manus eſt nuncupatus. Auctor Philoſtratus Ἡρωικοῖς.

1248. Τάρχων τε καὶ Τυρσηνὸς] Virg. Æneid. VIII.

Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant
Caſtra locis, celſoque omnis de colle videri
Jam poterat legio, & latis tendebat in arvis.

1250. Ἔνθα τραπέζας] Prædicuntur hæc ab Harpyia Virgiliana Æneid. lib. III.

Italiam curſu petitis, ventiſque vocatis
Ibitis Italiam, portuſque intrare licebit,
Sed non ante datam cingetis mœnibus urbem,
Quam vos dira fames, noſtræque injuria cædis
Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas.

Alii hæc ad oraculum referunt, cujus & meminit Strabo lib. XIII. ubi inter cætera ſic inquit, Ἐνθένδε δ' εἰς τὴν Λατίνην ἐλθόντα μεῖναι κατά τι λόγιον, τὸ κελεῦον μένειν ὅπου ἂν τὰς τραπέζας καταφάγοι, συμβῆναι δ' ἐν τῇ Λατίνῃ περὶ τὸ Λαουίνιον τοῦτο, ἄρτου μεγάλου τεθέντος ἀντὶ τραπέζης κατὰ ἀπορίαν, (malim ἀπειρίαν) καὶ ἅμα ἀναλωθέντος τοῖς ἐπ' αὐτῷ κρέασιν. Sextus Aurelius lib. de Origine Gentis Romanæ, *Inde ad eam Italiæ oram, quæ ab arbuſto ejuſdem generis Laurens appellata eſt, Latino regnante, pervectum cum patre Anchiſe, filioque, & cæteris ſuorum; navibus egreſſum in littore accubuiſſe, conſumptoque, quod fuerat ſibi, cruſtam etiam de farreis menſis, quas ſacratas ſecum habebat, comediſſe*; & quæ ſequuntur. Varro Divinarum lib. II. dicit eos à Jove Dodonæo oraculum accepiſſe. Vide Servium, & Dionyſium Halicarn. lib. I.

1253. Κτίσει δὲ χώραν] Aborigines, gens Italiæ antiquiſſima, teſte Feſto. Videndi Dion. Halicarn. lib. I. & Salluſtius in Catilinariæ conjurationis deſcriptione. Tria vero Aboriginum genera fuiſſe perhibentur. Unum, cujus hic mentio. Secundum ante hoc in magna Græcia, quod è montibus Arcadiæ una cum Oenotrio venit. Tertium aureo ſeculo. Quo autem anno Æneas poſt dirutam Trojam in Italiam venerit, non eadem eſt omnium opinio. Manethon tertio id factum exiſtimat, decimo Clemens Alexandrinus Στρωμ. I. Caſſius Hemina apud Solinum cap. VIII. in decimum rejicit.

1255. Πύργους τριάκοντ', ἐξαριθμήσας γονὰς] Non poſſum hoc loco ſequi ineptiſſimam interpretationem ineptiſſimi Scholiaſtæ, quem doleo ſecutum adhuc aliquot locis doctiſſimum Canterum. Certe aut ego longe fallor, aut voluit Lycophron dicere, Æneam Albæ in muris triginta turres ædificaturum ad numerum totidem porcellorum; Veteres namque, quo munitiores urbes forent, turres in muris exſtruebant. Fl. Vegetius de Re Militari lib. IV. cap. II. *Ambitum muri directum veteres duci noluerunt, ne ad ictus arietum eſſet diſpoſitus, ſed ſinuoſis anfractibus jactis fundamentis clauſere urbes, crebrioreſque turres in ipſis angulis ediderunt.* Servius Æneid. IX. *Turres eſſe ad munitionem civitatum & in ſecundo legimus. Sed hæ plerumque mobiles ſunt, plerumque fixæ. Fixæ*, (nam hæc vox repetenda) *ut in ſecundo Turres ac tecta domorum: Mobiles, ut in duodecimo meminit.* Iſidorus Orig. lib. XV. cap. II. *Murus autem turribus, propugnaculiſque ornatur.* Theodoretus de Provid. Dei Orat. IV. Σὺ μόνος ἐξ ἁπάντων τῶν ζώων πόλεις εἰς κάλλος ᾠκοδόμησας, καὶ πύργοις, καὶ περιβόλοις ὠχύρωσας. Ovidius in Heroidum Epiſtolis,

Ilion adſpicies, firmataque turribus altis
Mœnia. ———

Auſonius,

Quadrua murorum ſpecies, ſic turribus altis
Ardua, ut aerias intrent faſtigia nubes.

Vide etiam initium Ἀλεξιφαρμάκων Nicandri: Polluci etiam lib. I. cap. X. turres inter muri partes numerantur. Itaque hac in re deprecatore nihil opus habebat Lycophron.

1256. Συὸς κελαινῆς] Unde defendi poſſit ingenue

Digitized by Google

genue fateor me neſcire, cum dicat Propertius lib. IV. Eleg. I.

——— *albæ ſuis omine natam*

Albam, qua de re, præter alios, vide Varronem de L. L. Sed ſine dubiô ad immunditiem ejus animalis reſpexerit, namque

——— *amica luto ſus*,

ait Flaccus.

1259. Ης καὶ πόλει δείκηλον] Varro de re Ruſt. lib. II. cap. IV. *Illud antiquiſſimum fuiſſe ſcribitur, quod ſus Æneæ Lavinii triginta porcos peperit albos, itaque quod portenderit factum, triginta annis, ut Lavinienſes conderent oppidum Albam. Hujus ſuis, ac porcorum etiam nunc veſtigia apparent; namque ſimulacra eorum ænea etiam nunc in publico poſita, & corpus matris à ſacerdotibus, quod in ſalſura fuerit, demonſtratur.*

1266. Πέπλοις σκεπών] Vocat πέπλους velamenta, quibus opertos deos penates Troja extulit Æneas. Sed & ſtatuæ frequenter peplis ornatæ ac velatæ. Seneca in Moralibus, *His peplos, & indumenta pretioſa, quibus uſus velaminis nullus eſt.* Petronius, *Juvenes adhuc laboris expertes ſtatuarum ritu patiemur pannos, ac vincula?* Fuere autem ea linea; nam lanea, ut impuriora & profana, adhibere nefas. Teſtis inſignis Apuleji locus,

——— πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,

qui eſt in Apologia. *Etiamne* (inquit) *cuiquam mirum videri poteſt, cum ſit ulla memoria religionis, hominem tot myſteriis Deûm conſcium, quædam ſacrorum crepundia domi adſervare? atque ea lineo texto involvere, quod puriſſimis eſt rebus divinis velamentum? Quippe lana, ſegniſſimi corporis excrementum, pecori detracta, jam inde Orphei, & Pythagoræ ſcitis, profanus veſtitus eſt. Sed enim mundiſſima lini ſeges, inter optimas fruges terra exorta, non modo indutui, & amictui ſanctiſſimis Ægyptiorum ſacerdotibus, ſed opertui quoque in rebus ſacris uſurpatur.*

1268. Τοῦτο μόνῳ πόρευσιν αἴρειν] Cum expugnata eſſet Troja, Græci miſerati victorum ſortem, unicuique ingenuo Trojano permiſerunt, ut unum, quod vellet, auferret; Æneas vero, poſthabitis omnibus, ſolos deos penates cum exportaret, miratique Græci ſecundum quidpiam auferre juberent, patrem Anchiſen, ſenio confectum, humeris impoſitum, efferebat, quo conſpecto, magis mirati, poteſtatem ei fecerunt auferendi quæcunque vellet. Ælianus Ποικ. Ἱστορ. lib. III. Ὅτι ἑάλω τὸ Ἴλιον, οἰκτείραντες οἱ Ἀχαιοὶ τὰς τῶν ἁλισκομένων τύχας, καὶ πάνυ Ἑλληνικῶς τοῦτο ἐκήρυξαν, ἕκαστον τῶν ἐλευθέρων ἕν, ὅ, τι καὶ βούλεται, τῶν οἰκείων ἀποφέρειν ἀράμενον· ὁ οὖν Αἰνείας τοὺς πατρῴους θεοὺς βαστάσας ἔφερεν, ὑπεριδὼν τῶν ἄλλων· ἡσθέντες οὖν ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς εὐσεβείᾳ οἱ Ἕλληνες, καὶ δεύτερον αὐτῷ κτῆμα συνεχώρησαν λαβεῖν, ὁ δὲ τὸν πατέρα πάνυ σφόδρα γεγηρακότα ἀναθέμενος ὤμοις ἔφερεν· ὑπερεκπλαγέντες οὖν καὶ ἐπὶ τούτῳ οὐχ ἥκιστα, πάντων αὐτῷ τῶν οἰκείων κτημάτων ἀπέστησαν. Xenophon initio Cynegetici, Αἰνείας δὲ σώσας μὲν τοὺς πατρῴους καὶ μητρῴους θεούς, σώσας δὲ καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα, δόξαν εὐσεβείας ἐξηνέγκατο, ὥστε καὶ οἱ πολέμιοι μόνῳ ἐκείνῳ, ὧν ἐκράτησαν ἐν Τροίᾳ, ἔδοσαν μὴ συληθῆναι. Aliter Victor lib. de Origine Gentis Romanæ, *Poſt Faunum, Latino ejus filio in Italia regnante, Æneas, Ilio Achivis prodito ab Antenore aliiſque Principibus, cum præ ſe Deos Penates, patremque Anchiſen humeris geſtans, nec non & parvulum filium manu trahens, noctu excederet, orta luce cognitus ab hoſtibus, eo quod tanta onuſtus pietatis ſarcina erat, non modo à nullo interpellatus, ſed etiam à rege Agamemnone, quo vellet, ire permiſſus*; & quæ ſequuntur. In nummis Julii Cæſaris unus reperitur cum effigie Æneæ patrem Anchiſen humero ſiniſtro, & manu dextra Palladium ferentis, cum hac inſcriptione, CÆSAR: item alter ſimilis plane, niſi quod comes additus puellus, quem Julum exiſtimo, à quo Julius ſe oriundum volebat, cum hac inſcriptione, ΙΛΙΩΝ ΒΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

1278. Ἔνθα παρθένου] De Sibyllæ antro ita Ariſtoteles lib. περὶ Θαυμ. Ἀκουσμ. Ἐν τῇ περὶ Ἰταλίαν δείκνυταί τις, ὡς ἔοικε, θάλαμος κατάγειος Σιβύλλης τῆς χρησμολόγου, ἣν πολυχρονιωτάτην γενομένην, παρθένον διαμεῖναί φασιν, οὖσαν μὲν Ἐρυθραίαν, ὑπό τινων δὲ τὴν Ἰταλίαν κατοικούντων, Κυμαίαν, ὑπὸ δέ τινων, Μελάγκραιναν καλουμένην. Graphice vero depingit Lycophron iſtis verſibus,

Σπηλὸν Σιβύλλης ἐστὶν οἰκητήριον
Γρώνῳ βερέθρῳ συγκατηρεφὲς στέγης.

Virgilius Æneid. lib. VI.

——— *horrendæque procul ſecreta Sibyllæ,*
Antrum immane petit. ———

Melius Agathias Hiſt. lib. I. Ἐν τῷ περὶ ἥλιον ἀνίσχοντα τοῦ λόφου τετραμμένῳ ἀγκῶνι, ἄντρον τι ὑπεστι ἀμφηρεφές τι, καὶ γλαφυρώτατον, ὡς ἄδυτά τε ἔχειν αὐτόματα, καὶ κύτος εὐρὺ, καὶ βαραθρῶδες, ἐνταῦθα δὲ πάλαι φασὶ τὴν Σίβυλλαν, τὴν πάνυ, τὴν Ἰταλὴν ἐνδιαιτωμένην, φοιβόληπτόν τε εἶναι καὶ ἔνθεον, καὶ προαγορεύειν τὰ ἐσόμενα τοῖς πυνθανομένοις· λέγεται δὲ καὶ Αἰνείᾳ ποτὲ, τῷ Ἀγχίσου, αὐτοῦ ἀφικομένῳ, ἅπαντα οἱ τὴν Σίβυλλαν φάναι τὰ ὕστερον ξυνενεχθέντα. Invenio quoque proprium Sibyllæ hujus nomen Phœmonoë fuiſſe. Servius Æneid. III. *Virgo vero* (de Sibylla hac Cumæa ei ſermo) *Phœmonoë dicta eſt: nam Sibylla appellativum nomen, adeo ut Varro, quot Sibyllæ fuerint, ſcripſerit. Sibylla autem dicitur omnis puella, cujus pectus numen recipit.*

1283. Τί γὰρ ταλαίνῃ μητρί] Virg. Æneid. lib. X.

——— *quæ cauſſa fuit conſurgere in arma,*
Europamque, Aſiamque, & fœdera ſolvere furto?

Promethei matrem Aſiam, Sarpedonis Europam intellige. Sunt etiam, qui Prometheum Junonis & Eurymedontis gigantis F. faciant.

1285. Καὶ πέτραι Συμπληγάδες] Symplegades, ſaxa notiſſima. Pindaro πέτραι σύνδρομοι dicuntur Pythion. Od. IV. Theocritus,

——— πέτρας εἰς ἓν ξυνιούσας

appellavit Διοσκόροις. Juvenalis Sat. XV

——— *concurrentia ſaxa*
Cyanes. ———

Euripidis Scholiaſtes Medea, Ἐρατοσθένης ἐν γεωγραφουμένοις φησὶ τὸν πλοῦν στενὸν εἶναι καὶ σκολιὸν, διὸ καὶ φαντάζεσθαι τοὺς πλέοντας τὴν σύγκλεισιν τῶν πετρῶν.

1286. Κακόξενος κλύδων] Pontum Euxinum intellige, cujus elegans illa periphraſis apud Æſchylum,

Ἐχθρόξενος ναύταισι, μητρυιὰ νεῶν.

Hic olim ex accolarum ferocitate Axenus, pòſt commercio aliarum gentium ea mollita Euxinus dici cœpit, ut ait Pomp. Mela lib. I. cap. XIX. Ovidius Triſt. Eleg. IV. lib. IV.

Frigida me cohibent Euxini littora ponti,
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Strabo quoque lib. VII. refert καλεῖσθαι Ἄξενον, διὰ τὸ δυσχείμερον, καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν περιοικούντων ἐθνῶν, καὶ μάλιστα τῶν Σκυθῶν ξενοθυτούντων, καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων· ὕστερον δὲ Εὔξεινον κεκλῆσθαι, τῶν Ἰώνων ἐν τῇ παραλίᾳ πόλεις κτισάντων. Apollonii Scholiaſtes lib. II. (Ἄξεινον) τὸν Εὔξεινον πόντον φησὶν, οἱονεὶ κακόξεινον, τοῦ α σημαίνοντος τὸ κακὸν παρῄτησεν· τὸ μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ λῃστῶν περιοικούμενος Ἄξενος ἐκαλεῖτο· καθαρθεὶς δὲ, Εὔξεινος τὸ μετὰ ταῦτα ἐκλήθη. Vide Ammianum Marcellinum lib. XXII.

1292. Οἳ τὴν βοῶπιν] Io deſignatur, quæ βοῶπις, & ταυρεπάρθενος, quia in bovem mutata metamorphoſi notiſſima. Hinc ἐν παρόδῳ arrepta occaſione emendabimus Arnobium lib. I. *Templa felibus, ſcarabeis, & bucculis, ſublimibus ſunt elata faſtigiis,* Scribe *buculis*, & intellige Iſidem, (quæ Io ante) & Apim, quibus, ſi voles, adjicies Venerem, quæ ab iiſdem bovis effigie culta. Quam emendationem meam eo libentius poſui, quod ſummo viro Joſ. Scaligero probaretur.

1295. Ἐχθρας δὲ πυρσὸν ἦρεν] Videtur alludere ad priſcum illum vetuſtæ militiæ morem, nam ante inventum tubæ uſum, incenſis facibus acies inſtructas præibant, quibus utrinque conjectis, manus conſerebant. Euripidis Scholiaſtes Phœniſſis, Ἐχρῶντο κατὰ τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς πολέμοις ἀντὶ σαλπιγκτῶν πυρφόροις· οὗτοι δὲ ἱεροὶ ἦσαν Ἄρεως, ἑκατέρας στρατιᾶς προηγούμενοι μετὰ λαμπάδος, οὓς ἀφιέντες εἰς τὸ μεταίχμιον ἀνεχώρουν ἀκίνδυνοι, καὶ οὕτως συνέβαλλον αἱ στρατιαί. Hinc Statius Thebaid. IV.

Prima manu rutilam de vertice Lariſſæo
Oſtendit Bellona facem. ———

Sylv. lib. V. in Epicedio patris,

Talia dum celebras, ſubitam civilis Erinnys
Tarpejo de monte facem, Phlegræaque movit
Prælia. ———

Claudianus lib. I. de Raptu Proſerpinæ,

Tiſiphone quatiens infauſto lumine pinum,
Armatos ad caſtra movet pallentia manes.

Petronius,

—— atque inter toto laceratam pectore veſtem
Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.

Erant autem iſti πυρφόροι in tutela Martis, ideoque eos nefas occidere. Hinc natum proverbium de ſtrage maxima, Οὐδὲ ὁ πυρφόρος ἐσώθη. Ut autem Lycophron ἔχθρας πυρσὸν dixit, ita Pindarus ὕμνων πυρσὸν Iſthmion. Ode IV.

Περφρέων Μοισᾶν τύχοιμεν
Κεῖνον ἅψαι πυρσὸν ὕμνων.

Ubi malim κλεινὸν legere.

1299. Ἐν ταυρομόρφῳ] Tradit raptam Europam navi tauriformi, alii navi, cujus in puppi pictus fuerit taurus, alii legione militari, quæ in ſignis tauri inſigne geſtabat, alii tauro, in quem Jupiter mutatus, ob quod & ταῦρος Greg. Nazianzeno nuncupatur. Vide Dionyſ. Nonni lib. I. & Εὐρώπην Moſchi. Et Europæ imaginem tauro inſidentis ex ære ſculpſit Tarenti Pythagoras quidam, teſte Varrone lib. IV. de L. L. Alii tradunt taurum hunc humano fuiſſe ſenſu præditum, & à Neptuno Jovi donatum, quod μυθωδέστερον quam ut credi debeat. Jul. Pollux lib. I. cap. IX. Ἔστι δέ τινα πλοῖα Λίβια, λεγόμενα κριοὶ, καὶ τράγοι, (malim ταῦροι) ὡς εἰκάζειν ὅτι τοιοῦτον ἦν πλοῖον καὶ ὁ ταῦρος ὁ τὴν Εὐρώπην ἀγαγών. Feſtus, *Europam, tertiam orbis partem, ab Europa, Agenoris filia, certum eſt appellari. Sed alii de amore Jovis in taurum verſi narrant, alii eam à prædonibus raptam, & navem, quæ Jovis tutelam effigiem tauri habuerit, in eam regionem eſſe delatam. Quidam ob pulcritudinem regionis per ſimulationem raptæ filiæ occupatam.* Quæ corrupta, Galliarum ille Sol Joſephus Scaliger ſic emendabat, *& n. quæ Jovis tutelam effigie tauri habuerit.* Viſum aliter amiciſſimo meo amico P. Scriverio, qui legit, *& navem quoius tutela effigiem tauri habuerit*, & addit Iſidori verba ex Originum lib. VIII. de Jove, *Impudicus in extraneis, quem modo Taurum fingunt, propter Europæ raptum, fuit enim in navi, cujus inſigne erat taurus.* Sed quod Feſtus de tutela ſcribit, placet. Nam *Tutela* Latinis eſt, quod τὸ παράσημον Græcis, πάταικοι Phœnicibus. Solebant enim in navium puppibus deos pingere, in quorum tutela eas eſſe volebant. Iſaacius Tzetzes, Αἱ πρύμναι τῶν πλοίων τῶν βαρβαρικῶν, καὶ στρατιωτικῶν, θεοὺς γεγραμμένους εἶχον, ἃ δὲ ἐπίσημα ἂν τις ἐκάλεσεν. Homeri Interpres Iliad. IX. Ἐπὶ τῶν ἀκροστολίων ἦσαν ἀγάλματα καὶ εἰκόνες θεῶν. Seneca Epiſtola LXXVII. *Navis bona dicitur, non quæ pretioſis coloribus picta, nec cui argenteum roſtrum eſt, nec cujus tutela ebore cælata eſt.* Ovid. Triſt. Eleg. I. lib. I.

Eſt mihi, ſitque precor, flavæ tutela Minervæ,
Navis & à picta caſſide nomen habet.

Et in Heroidum Epiſtolis,

Addimus antennas, & vela ſequentia malos,
Accipit & pictos puppis adunca deos.

Et alibi,

——— pictos verberat unda deos.

Statius Theb. VIII.

——— ſolus ſtat puppe magiſter
Pervigil, inſcriptaque Deus qui navigat alno.

Apud Horatium I. Od. XIV.

Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit. ———

Hinc capiendus Valerius Flaccus lib. VIII.

Puppe procul ſumma vigilis poſt terga magiſtri,
Hæſerat auratæ genibus Medea Minervæ.

Perſius Sat. VI.

—— jacet ipſe in littore, & una
Ingentes de puppe Dei.

Vocat *puppim* Dei, quæ imaginem dei cujuſdam pictam habebat. Philoſtratus Ἡρωϊκοῖς hanc navium picturam κόσμον videtur appellare.

1301. Ἀστέρῳ στρατηλάτῃ] Malim Ἀστερίῳ, ut ſit anapæſtus, vel συνίζησις, quales apud Poetas frequentes. Aſterius autem, Cretæ rex, poſtea Europam uxorem accepit. Etymologici Auctor in Μίνως eum Aſterionem nuncupat, ut & Apollodorus lib. I. Quod autem de Jove etiam intelligi

Digitized by Google

intelligi poſſe ſcribat cum Scholiaſte Canterus, id mihi probari non poteſt.

1306. Σμίνθοιο δυείσοντες] Hiſtoriam hanc omnem plene narrat Homeri Scholiaſtes Il. α'. his verbis, Κρῆτες ἀποικίαν στέλλοντες χρησμὸν ἔλαβον παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος, ὅπου αὐτοῖς ἐναντιωθῶσι γηγενεῖς, ἐκεῖ κτίσαι τὴν πόλιν· οἱ δὲ ἀπέστειλαν τοὺς ἀποίκους, ἐλθόντων δὲ εἰς τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ νυκτὸς ἐπιγενομένης, μύες ἔκοψαν τοὺς τελαμῶνας τῶν ὅπλων. πρωὶ δὲ ἀναστάντες, καὶ θεασάμενοι τοῦτο, συμβαλόμενοί τε καθ' ἑαυτοὺς, ἔκτισαν ἐκεῖ πόλιν, ἥντινα καὶ ἐκάλεσαν Σμινθίαν, οἱ γὰρ Κρῆτες τοὺς μύας σμίνθους καλοῦσιν. Vide Strabonem lib. XIII.

1308. Γήμας Ἀρίσβαν] Attingit hiſtoriam Dardani, qui è Samothrace in Phrygiam veniens Teucri filiam, Ariſben, quam Bateam alii vocant, uxorem accepit. Stephanus, Κεφάλων δέ φησιν, ὅτι Δάρδανος ἀπὸ Σαμοθρᾴκης ἐλθὼν εἰς τὴν Τρῳάδα, τὴν Τεύκρου τοῦ Κρητὸς θυγατέρα ἐγάμει Ἀρίσβην, Ἑλλάνικος δὲ Βάτειαν αὐτὴν φησιν. Ita enim emendo eum locum, male hodie Ἀτειαν. Ariſbæ à Priamo ductæ meminit & Servius Æneid. II. Item Etymologici Auctor, Ἀρίσβη, πόλις, ἀπὸ Ἀρίσβας, θυγατρὸς Τεύκρου, ἣν ἔγημε Δάρδανος. Ubi & Lycophronis hunc verſum citat. Et alio loco, Βάτεια, τόπος τῆς Τροίας, ἀπὸ τῆς Βατείας, τῆς Δαρδάνου γυναικὸς, ἐξ ἧς γενέσθαι τὸν Ἐριχθόνιον. ἐν ὑπομνήματι Λυκόφρονος οὕτως Ὦρος.

1309. Ἅρπυιας λύκους] Sic etiam Ulyſſis ſocios lupos appellat Statius lib. I. Sylv. in Tiburtino Manlii Idoxiſei,

——— cedant vitreæ juga perfida Circes
Dulichiis ululata lupis. ———

1310. Κλέψοντες νάκην] De Argonautis ad aureum vellus petendum proficiſcentibus Orpheus, Apollonius, Pind. Pyth. Od. IV. Didymus ad Od. II. Val. Flaccus, & Dares initio libri de Trojæ excidio. Suidas hanc hiſtoriam (ſive potius commentum) de aureo vellere allegorice intelligendam ait de arte illa, quam Χημείαν Græci vocant, aitque abſtuliſſe Jaſonem regi Colchorum librum in membrana pellicea aſcriptum de conficiendo per χημείαν auro. Strabo lib. X ait ex Caucaſo monte fontes multos manare, qui habeant aureas arenas, quas accolæ, villoſis pellibus in aquam poſitis, colligant, atque inde natam fabulam. Verba ejus hæc ſunt, Παρὰ τούτοις (de Colchis loquitur) δὲ λέγεται καὶ χρυσὸν καταφέρειν τοὺς χειμάρρους, ὑποδέχεσθαι δ' αὐτὸν τοὺς βαρβάρους φάτναις κατατετρημέναις, καὶ μαλλωταῖς δοραῖς, ἀφ' οὗ μεμυθεῦσθαι καὶ χρυσόμαλλον δέρας. Videndus quoque Apollonii Scholiaſtes lib. I. & Hyginus Fab. CLXXXI.

1311. Δρακοντοφρούρους ἐσπασμένην σκοπαῖς] Solebant olim ad theſaurorum cuſtodiam dracones adhiberi. Feſtus, *Dracones dicti* ἀπὸ τοῦ δράκειν, *quod eſt videre, clariſſimam enim habere dicuntur oculorum aciem, qua ex cauſſa incubantes eos theſauris cuſtodiæ cauſſa finxerunt*. Philoſtratus ſenior Εἰκόνων lib. II. Τὸν δὲ περὶ τὴν κολωνὸν τοῦτον οἰκεῖ δράκων, πλούτου τινὸς φύλαξ, ὃς ὑπὸ τῇ γῇ κεῖται, τοῦτο γὰρ λέγεται τὸ θηρίον σύνοικόν τι εἶναι χρυσῷ, καὶ ὅτι ἴδῃ χρυσοῦν, ἀγαπᾶν, καὶ θάλπειν· τό τε κῶδιον τὸ ἐν Κόλχοις, καὶ τὰ τῶν Ἑσπερίδων μῆλα, ἐπειδὴ χρυσᾶ ἐφαίνετο, δηλῶ αὐτὰ ξυνέχων δράκοντι, καὶ ἑαυτῶν ἐποίετο.

Artemidorus lib. III. cap. XIII. Καὶ πλοῦτον (ὁ δράκων σημαίνει) καὶ χρήματα, διὰ τὸ ἐπὶ θησαυροὺς ἱδρῦσθαι. Vide Macrob. Sat. lib. I. cap. XX.

1315. Καὶ λέβητι θερμάστειρα ἕψεται] Medea (ut ait Mytholog. lib. II. Fulgentius) ejus naturæ florem invenit, qui capillos albos nigroſve faciendi poteſtatem habebat, quo omnibus à canitie liberari volentibus capillos nigros apparere fecit. Invenit quoque prima lavacri cujuſdam calidi uſum vim medicam habentis, quo volentibus omnibus medebatur, atque hæc quidem non in publico, ſed clam agebat, ne quis medicorum talia addiſceret. Hæc vero compoſitio, qua utebatur, παροψὶς dicebatur; quicunque igitur hac paropſi utebantur, agiliores prorſus ſanioreſque fiebant. Ex hoc Medeæ præparationem hanc quicunque videbant, lebetes ſcilicet, lignum, & ignem, homines elixando à Medea coqui exiſtimabant.

1317. Ἀλλ' αὐτάδελφον] Vide hac de re Val. Flaccum lib VIII. Argonaut. & Ovidium Metamorph. lib. VII. Ovem vero vocat, quod luctus cauſſa patri exſtiterit. Huc pertinent illa Artemidori lib. I. cap, LXXII. Πρόβατα μὲν (κρέα) πᾶσιν ἄτοπα, καὶ πένθος οἰκεῖον σημαίνει· ἔστι δὲ τὰ πρόβατα οὐδὲν ἄλλο ἢ ἄνθρωποι.

1318. Τὴν γνωτοφόντιν] Ovem fratricidam appellat Medeam, quæ fratrem Abſyrtum juxta Phaſidem fluvium diſcerpſit, qua de re reperiuntur antiqui illi verſus apud Ciceronem lib. III. de Nat. Deorum,

——— ——— poſtquam pater
Appropinquat, jamque pene ut comprehendatur parat,
Puerum interea obtruncat, membraque articulatim dividit,
Perque agros paſſim diſpergit corpus, idque ea gratia,
Ut, dum nati diſſipatos artus captaret parens,
Ipſa interim effugeret; illum ut mœror tardaret ſequi,
Sibi ſalutem ut familiari pararet parricidio.

Ovidius quoque Triſt. lib. III. Eleg. IX.

Ergo, ubi proſpexit venientia vela, tenemur,
Et pater eſt aliqua fraude morandus, ait.
Dum, quid agat, quærit, dum verſat in omnia vultus,
Ad fratrem caſu lumina flexa tulit.
Cujus ut oblata eſt præſentia, vincimus, inquit,
Hic mihi morte ſua cauſſa ſalutis erit.
Protinus ignari ———

& quæ ſequuntur. Arrianus, ut & Ovidius loco citato, inde regioni nomen manſiſſe ait, ibidemque Abſyrti ſepulcrum ſuis etiam temporibus demonſtrari ſolitum. Ὁ δὲ Ἄψαρος (inquit) τὸ χωρίον λέγουσιν, ὅτι Ἄψυρτος ἐκαλεῖτο πάλαι ποτὲ, ἐνταῦθα γὰρ τὸν ὑπὸ τῆς Μηδείας ἀποθανεῖν, καὶ τάφος Ἀψύρτου δείκνυται. Hyginus Fab. XXIII. à Jaſone eum occiſum refert, à Medea vero ſepultum.

Ibid. Καὶ τέκνων ἀλάστορα] Ægre ferens à Jaſone ſe repudiatam Medea, Mermerum & Pheretem filios, quos ex eo ſuſceperat, occidit. Vide Diod. Siculum lib. IV. Apollodorum lib. I. & Hyginum loco citato. Horatius,

Ne pueros coram populo Medea trucidet.

Meminit etiam Theophylactus Simocatus in Epiſt. quadam, Τὰς φονικὰς Μηδείας ἀπαιτήσεις ἀπαρχάζη τοὺς φόνους, παιδοκτόνον ἐκείνην ἐδίδασκεν ἀγνώμων ὁμόζυγος τὴν αἰτίαν, καὶ ἀγάπην τὴν σύμμαχον. Item Dion Pruſæus in Orat. περὶ Λύπης, his verbis, Πόσα δοκεῖς τοῖς θεοῖς τὴν Μήδειαν ὑπὲρ τῶν τέκνων εὔξασθαι, ἢ ποσάκις ἀγωνιάσαι νοσούντων, ἢ ποσάκις ἀντ' ἐκείνων αὐτὴν ἂν ἑλέσθαι τελευτᾷν, ἀλλ' ὅμως αὐτόχειρ ἐγένετο. Vide ejus imaginem apud Calliſtratum libro Ἐκφράσεων. Obſcure innuit hoc Medeæ facinus etiam Virgilius Ecloga VIII.

Sævus amor docuit natorum ſanguine matrem
Commaculare manus, crudelis tu quoque mater:
Crudelis mater magis, an pater improbus ille?
Improbus ille pater, crudelis tu quoque mater.

Et certe ita bis legere malim, quam *puer.* Nam ſine dubio dicere vult eam crudelem eſſe matrem, quæ liberos ſuos occiderat, & Jaſonem improbum patrem, qui Medeam reliquerat, atque ad id facinus compulerat: judicium eſto doctiorum. Sunt qui hoc facinus non Medeæ, ſed Corinthiis imputant, & ab Euripide eorum precibus inducto in fabulam relatum, credique cœptum propter Poetæ auctoritatem. Unde etiam expiandi criminis cauſſa Medeæ filiis, quos ipſi occiderant, poſtea ſacra facere ſoliti fuerunt. Ælianus Var. Hiſt. lib. v. cap. XXI. Λέγει τὶς λόγος τὴν φήμην, τὴν κατὰ τῆς Μηδείας, ψευδῆ εἶναι, μὴ γὰρ αὐτὴν ἀποκτεῖναι τὰ τέκνα, ἀλλὰ Κορινθίους. τὸ δὲ μυθολόγημα τοῦτο ὑπὲρ τῆς Κολχίδος, καὶ τὸ δρᾶμα Εὐριπίδην φασὶ διαπλάσαι, δεηθέντων Κορινθίων, καὶ ἐπικρατῆσαι τοῦ ἀληθοῦς τὸ ψεῦδος διὰ τὴν τοῦ ποιητοῦ ἀρετήν. ὑπὲρ δὲ τοῦ τολμήματος, φασὶ, τῶν παίδων, μέχρι τοῦ νῦν ἐναγίζουσι τοῖς παισὶ Κορίνθιοι, οἱονεὶ δασμὸν τούτοις ἀποδιδόντες.

1319. Λάληθρον κίσσαν] Argo navem intelligit, quæ loquacem malum è quercu Dodonæa habuiſſe traditur. Meminerunt hujus rei, præter Lycophronem, Philoſtratus in Imaginibus, Sophocles Trachin. & Apollonius ſæpe. Claudianus in Paneg.

——— *rurſusque locutæ*
In te Chaoniæ moverunt carmina quercus.

Idem alibi,

——— *licet omnia vates*
In majus celebrata ferant, ipſamque ſecandis
Argois trabibus jactent ſudaſſe Minervam,
Nec nemoris tantum vinxiſſe carentia ſenſu
Robora, ſed cæſo Tomuri Jovis augure luco,
Arbore præſaga tabulas animaſſe loquaces.

Æſchylus Φιλοκτήτῃ, citante Philone in tractatu, ubi oſtendit, Πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον,

Ποῦ δ' ἐστὶν Ἀργοῦς ἱερὸν αὐδᾶζον ξύλον;

Orpheus εὔλαλον Ἀργώ, & λάλον πρύμνην appellat.

1323. Πάλιν δ' ὁ πέτρας] Ægeus, cum Æthram Pitthei F. gravidam ex ſuo compreſſu reddidiſſet, enſem ei reliquit, & calceos ſub ingenti abditos ſaxo, juſſitque, ſi filium pareret, & adultus is ſaxum tollere, atque relicta auferre valeret, clam omnes ad ſe mittere, quæ poſtea Theſeus adultus nullo negotio perfecit. Plutarchus Theſeo, Συνελθὼν δὲ, καὶ γνοὺς ἐκεῖνος (Αἰγεὺς) ὅτι Πιτθέως θυγατρὶ συγγέγονε, καὶ κύειν αὐτὴν ὑπονοήσας, ἀπέλιπε ξίφος καὶ πέδιλα, κρύψας ὑπὸ πέτραν μεγάλην, ἐντὸς ἔχουσαν κοιλότητα συμμέτρως ἐμπεριλαμβάνουσαν τὰ κείμενα, φράσας δὲ πρὸς μόνην ἐκείνην, καὶ διακελευσάμενος ἂν υἱὸς ἐξ αὐτοῦ γένηται, καὶ τελείαν ἀνδρὸς ἡλικίαν, δυνατὸς ᾖ τὴν πέτραν ἀναστῆσαι, καὶ ὑφελεῖν τὰ καταλειφθέντα, πέμπειν πρὸς αὐτὸν μηδενὸς εἰδότος, &c. Etymologici Auctor, Θησεὺς ὠνομάσθη διὰ τὴν τῶν γνωρισμάτων θέσιν, τοῦ τε ξίφους, καὶ τῶν πεδίλων, ὡς ἡ ἱστορία δηλοῖ. Vide & Hygini Myth. Fab. XXXVII. & Apollod. extremo tertio.

1323 Καὶ φασγάνου ζωστῆρα] Solebant olim heroes baltheo alligatos enſes ſuos geſtare. Homeri Scholiaſtes Iliad. γ'. Τὰς ἀσπίδας διὰ τελαμώνων ἐφόρουν, ὡς καὶ τὰ ξίφη. Philoſtratus junior in Imaginibus, Μαχαίρας δὲ τῶν χειρῶν (forte πλευρῶν) ἐξήρτηνται χρυσᾶς, ἀργυρῶν τελαμώνων κατεχόντων αὐτάς. Circum humeros autem baltheum iſtum geſtabant. Heſiodus Ἀσπίδι,

Ὤμοισιν δέ μιν ἀμφὶ μελάνδετον ἄορ ἔκειτο
Χάλκεον ἐκ τελαμῶνος. ———

Virgilius extremo XII. Æneid.

——— *humero cum baltheus alto*
Apparet. ———

Inde libro nono dixit,

Sic ait illacrymans, humero ſimul exuit enſem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnoſius, atque habilem vagina aptàrat eburna.

Eum etiam Dilimnitarum morem narrat Agathias lib. III. Ξυστοὺς τε γὰρ ἐπιφέρονται, καὶ σαγάρεις, καὶ ξίφος ἐκκρεμὲς ἀπὸ τῶν ὤμων.

1234. Σκῦρον ὃ λυγροὺς τάφους] Theſeus, cum Athenis δημοκρατίαν induxiſſet, in odium Lyci cujuſdam incurrit, qui etiam tantum effecit, ut urbe ei interdiceretur, quo facto, in Scyrum inſulam ad Lycomedem cum demigraſſet, ab eo metuente ut regni æmulus foret, de ſaxo in mare præcipitatus eſt. Vide Scholiaſten Ariſtophanis ad Plutum, & Plutarchum Theſeo. Tractat & hanc hiſtoriam Heraclides in Comment. περὶ Πολιτειῶν, Οὗτος (Θησεὺς) ἐλθὼν εἰς Σκῦρον ἐτελεύτησεν, ὠσθεὶς κατὰ πετρῶν ὑπὸ Λυκομήδους, φοβηθέντος μὴ σφετερίσηται τὴν νῆσον. quem vide.

1325. Αἰγίλιψ] Homeri Scholiaſtes Iliad. IX. interpretatur ὑψηλῆς, recte. Τὴν ἂν καὶ αἲξ ἀπολείπῃ διὰ τὸ ἄγαν ὑψηλὸν καὶ δύσβατον, ἐν γὰρ τοῖς κρημνοῖς αἱ αἶγες, ὡς ἔθιμας, νέμονται. Artemid. lib. II. cap. XII. Οὐ συναγελάζονται (αἱ αἶγες) ἀλλὰ χωρὶς ἀλλήλων νομὰς νέμονται κατὰ κρημνῶν καὶ πετρῶν, αὐτοί τι πρᾶγμα ἔχουσι, καὶ τοῖς ποιμέσι παρέχουσιν. Virgilius in Culice,

Propulit è ſtabulis ad pabula læta capellas
Paſtor, & excelſi montis juga ſumma petivit,
Lucida qua patulos velabant gramina colles.
Jam ſilvis dumiſque vagæ, jam vallibus abdunt
Corpora; jamque omni celeres è parte vagantes,
Scrupea deſertæ perrepunt ad cava rupis.

Ovidius quoque in Heroidum Epiſtolis,

——— *amantem ſaxa capellam*

appellat. Hinc & Ægilips dicta. Stephanus, Αἰγίλιψ, πλησίον Κερκυλείας τῆς Ἠπείρου. Ὅμηρος, Καὶ Κροκύλει' ἐνέμοντο, καὶ Αἰγίλιπα τρηχεῖαν. εἴληχε δὲ τὴν προσηγορίαν διὰ τὸ μακρώδη εἶναι, καὶ ὑψηλὴν, καὶ ἀπρόσβατον. Ubi emendo διὰ τὸ πετρώδη εἶναι.

1327. Σοὶ θηρὶ βλάψας] Herculem puta, cur autem μόσχον vocet, hæc eſt cauſſa: cum Hercules

Digitized by Google

cules Athenis eſſet, & jam Eleuſinia ſacra celebranda inſtarent, petiiſſe fertur, ut ſibi quoque liceret illis intereſſe, cum autem nefas eſſet peregrinum quemquam admitti, nec tamen eum excludere auderent, ut & legi, & ejus petitioni ſatisfieret, alia ſacra Eleuſinia μικρὰ appellata in ejus gratiam inſtituerunt, ad quæ illum admiſerunt.

1330. Στόργην τ' ἀμέρσας] Apollodorus lib. II. ab Hercule hæc facta commemorat, non à Theſeo, ut Lycophron. Et Apollonius lib. II. Herculi tribuens ita canit,

——— ὅτε δῆϊς δ' Ἀλκείδης ἐπιέλπετο
Πεζὸς ἰὼν, ζωστῆρα φιλοπτολέμοιο κομίζων
Ἱππολύτης. ———

Conſentit & Auctor Proverbiorum. Plautus Menæchmis,

——— ab Hippolyta ſuccingulum
Haud Hercules æque magno abſtulit periculo.

Meminit & Servius Æneid. XI.

1332. Παρθένοι Νηπτωΐδες] Facit Amazones Neptuni filias; Iſocrates in Panegyrico, & Philoſtratus Ἡρωϊκοῖς, Martis. His accedit Servius Æneid. XI. *Amazones ſe parente Marte natas eſſe gloriari ſolebant.* Valer. Flaccus lib. IV.

Proxima Thermodoon hic jam ſecat arva, memento,
Inclyta Amazonidum magnoque exorta Gradivo
Gens ibi. ———

Et lib. V.

Sævaque Thermodoon medio ſale murmura volvens,
Gradivo ſacer, & ſpoliis ditiſſimus amnis,
Donat equos, donat votas cui virgo ſecures,
Cum redit ingenti per Caſpia clauſtra triumpho,
Maſſageten, Medumque trahens. Eſt vera propago
Sanguinis, eſt ollis genitor Deus. ———

1336. Τῆς κελαινὸν Ἴστρον ἤλασαν Σκύθαις ἵπποις] Lyſias orator tradit Amazones primas mortalium equis uſas fuiſſe, & roboris periclitandi gratia cum alia loca percurriſſe, tum Atticam, in qua ægre tandem vinci potuerunt. Vide etiam Ammianum Marcellinum lib. XXII. Ad Lycophronis illuſtrationem pertinent (quamvis de Theſeo ne verbum quidem ullum) illa Iſocratis in Panegyrico, Ἔτι γὰρ ταπεινῆς οὔσης τῆς Ἑλλάδος ἦλθον εἰς τὴν χώραν ἡμῶν Θρᾷκες μὲν μετ' Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος, Σκύθαι δὲ μετ' Ἀμαζόνων τῶν Ἄρεως θυγατέρων, οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἀλλὰ καθ' ὃν ἑκάτεροι τῆς Εὐρώπης ἐπῆρχον, μισοῦντες μὲν ἅπαν τὸ τῶν Ἑλλήνων γένος, & quæ ſequuntur. Demoſthenes etiam tangit Ἐπιταφίῳ, Καὶ γὰρ τὸν Ἀμαζόνων στρατὸν ἐλθόντα ἐκράτησαν οὕτως, ὥσθ' ἔξω Φάσιδος ἐκβαλεῖν. Poſſis vero Σκύθαις ἵπποις etiam naves interpretari, quas illi τῶν ἱππαγωγῶν πλοίων (ita emendo) ποιοῦνται, ut ait Philoſtratus. Gaditani naves minores ἵππους vocabant, ab equis proræ earum inciſis. Vide Strabonem lib. II. Alioquin etiam naves equorum nomine aliquando nuncupari ſolent, maxime à Poetis. Euripidis Scholiaſtes Phœniſſis, Ἱππεῖαι αἱ νῆες δοκοῦσιν ὀχήματα πόντου. Phurnutus, Ἵππιος δὲ (ὁ Ποσειδῶν λέγεται) τάχα ἀπὸ τοῦ ταχεῖαν τὴν διὰ θαλάττης ὁδὸν εἶναι, καθάπερ ἵπποις ἡμῶν τῇ ναυσὶ χρωμένων. Artemidorus lib. I. cap. LVIII. Ὅμοιος δὲ ἐστι (ὁ ἵππος) καὶ πλοίῳ, ἄλλως μὲν γὰρ ἵππους ὁ ποιητὴς τὰς ναῦς εἶπε, καὶ ἡμεῖς δὲ τὸν Ποσειδῶνα Ἵππιον καλοῦμεν, καὶ ὃν ἔχει λόγον ἐπὶ γῆς ἵππος, τὸν αὐτὸν ἐν θαλάσσῃ ναῦς. Inde apud Plautum Rudente Actu primore Sc. *Qui ſunt*,

Nempe equo ligneo per vias cæruleas
Eſtis vectæ. ———

Hinc ναυτίλων ὀχήματα Æſchylus Προμ. Δεσμ.

Θαλασσόπλαγκτα δ' οὔτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ
Λινόπτερ' εὗρε ναυτίλων ὀχήματα.

Theodoretus ὄχημα θαλάττιον de Provid. Dei, Orat. IV. Τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῖς ὕδασι τὴν εἴσοδον ἀποτειχίσας, ὄχημα θαλάττιον τὸ σκάφος ἀπέφηνε. Auguſtinus *vehicula marina* de Doct. Chriſt. lib. I. cap. IV. *Quomodo ergo ſi eſſemus peregrini, qui beate vivere niſi in patria non poſſemus, eaque peregrinatione utique miſeri, & miſeriam finire cupientes, in patriam redire vellemus, opus eſſet vel terreſtribus, vel marinis vehiculis, quibus utendum eſſet, ut ad patriam, qua fruendum erat, pervenire valeremus.* Hinc naturæ quoque *equiſones* dicuntur Varroni Marcipore, *Hic in ambivio navem conſcendimus paluſtrem, quam nautici equiſones per viam ducerent loro.* Eadem de cauſſa ναυάγια ἱππικὰ Sophocles Ἠλέκτρᾳ.

1347. Τὸν ἑξάσκαλμον] Hercules ſolis ſex navibus Trojam cepit. Homericus Tlepolemus Iliad. ε'. ita Sarpedonem affatur,

Ἀλλ' οἷόν τινά φασι βίην Ἡρακληείην
Εἶναι, ἐμὸν πατέρα θρασυμέμνονα, θυμολέοντα,
Ὅς ποτε δεῦρ' ἐλθὼν ἕνεχ' ἵππων Λαομέδοντος,
Ἓξ οἴῃς σὺν νηυσὶ, καὶ ἀνδράσι παυροτέροισιν,
Ἰλίου ἐξαλάπαξε πόλιν, χήρωσε δ' ἀγυιάς.

Quorum verſuum meminit Strabo lib. XIII. Vide etiam Plutarchum Ἑλληνικοῖς.

1349. Τὸν ἡ παλίμφρων Γοργάς] Juno antea Herculi maxime infeſta, poſtea generum aſcivit. Hoc innuit Ovid. Triſt. lib. III. Eleg. V.

Neve hominum referam flexas ad mitius iras,
Junonis gener eſt, qui prius hoſtis erat.

1351. Λύδης δὲ χέρνης] Lydum & Tyrrhenum intellige, qui cum ſortem miſiſſent, uter patria excederet, coactus decedere Tyrrhenus, in Italiam appulit, regionemque de ſuo nomine Tyrrheniam appellavit. Vellejus Paterculus lib. I. *Per hæc tempora Lydus & Tyrrhenus, fratres, cum regnarent in Lydia, ſterilitate frugum compulſi, ſortiti ſunt, uter cum parte multitudinis patria decederet, ſors Tyrrhenum contigit: pervectus in Italiam, & loco, & incolis, & mari nobile ac perpetuum nomen à ſe dedit.* Tacitus variat nonnihil Annal. lib. V. *Nam Tyrrhenum Lydumque Atye rege genitos, ob multitudinem diviſiſſe gentem; Lydum patriis in terris reſediſſe; Tyrrheno datum novas ut conderet ſedes, &c.* Videndi Dionyſius Halicarnaſſeus, Strabo, Herodotus, Solinus, Feſtus, Servius lib. II. & VIII. Myrſilus de bello Pelaſgico, & Sempronius de diviſione Italiæ, fictitium totum hoc eſſe contendunt. Sunt & qui Tyrrhenos indigenas faciant.

1361. Καὶ Σαλπίων] Alpes Italiæ montes nobiliſſimi, quorum deſcriptionem (ut Geogra-

phos miſſos faciam) habes apud Herodianum lib. VIII. & Petronium Satyrico in prolixo carmine.

1370. Οἱ καταιβάτης μολών] Jupiter Καταιβάτης idem cum eo, qui Μόριος dicebatur. Apollodorus, citante Sophoclis Interprete, Περὶ Ἀκαδημίαν ἐστὶν ὅ, τε τοῦ Καταιβάτου Διὸς βωμός, ὃν καὶ Μόριον καλοῦσι, τῶν ἐκεῖ μορίων παρὰ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρυμένων.

1378. Ἄνακτος τοῦ δρυμοκόπου γένος] Codrum puta, qui ſumpta lignatoris (ut volunt Lycophron & Polyænus; ut Vellejus, paſtoris) veſte pro patria mortem oppetiit intrepidus. Hiſtoria petenda ex Auctoribus citatis, Johanne Tzetze Chil. I. Hiſt. IV. Servio ad Eclogam IV. Amm. Marcell. lib. XXII. Herod. V. Juſtin. II. Auguſtin. XVIII. de Civit. Dei, XVIII. Pauſan. Atticis, & Achaicis p. CCXXXII. Oroſ. I. cap. XVIII. Polyæn. Strateg. Lycurg. κατ' Λεωκράτους. Cicerone Tuſcul. I. Lactantio lib. III. cap. XII. & Valer. Maximo lib. V. cap. VI. Hujus filius Neleus.

1380. Βῶλον ἐμπεφυρμένην] Vide Herodotum Euterpe, qui, dum γῆν σημαντρίδα vocat, manifeſte indicat cretam fuiſſe, qua ad obſignandas literas Veteres uſi. Servius ad Æneid. VI. *Quod cum cives ejus agnoviſſent, ſive invidia, ſive miſeratione commoti, ei epiſtolam miſerunt, creta, antiquo more, ſignatam.* Maxime vero nobilis creta Aſiatica. Cicero in Orat. pro L. Val. Flacco, *Hæc, quæ eſt à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, quæ fere eſt omnibus nota nobis, qua utuntur omnes non modo in publicis, ſed etiam in privatis literis, quas quotidie videmus mitti à publicanis, ſæpe unicuique noſtrûm.*

1382. Σφραγῖδα δέλτῳ] Tabellis quondam, quarum hoc loco mentio, Græci pariter & Romani uſi. Erant forma triangulari. Euſtathius ad Dionyſium, Δέλτοι, κυρίως μὲν οἱ τόμοι, ὅσοι τριγωνοειδεῖς ἐσχηματίζοντο ἐν τοῖς πάλαι, καθὰ καὶ νῦν ποιοῦσί τινες· ὕστερον δὲ ἁπλῶς αἱ βίβλοι λέγονται, ἀπὸ τῆς παλαιᾶς χρήσεως, καθὰ καὶ πυξία, διὰ τὸ τοὺς παλαιοὺς τοῖς ἐκ πύξου πινακίοις τὰ γράμματα ἐντυποῦν. Hieronymus lib. I. Epiſt. I. quæ eſt ad Niciam, *Ante chartæ aut membranarum uſum, aut in dedolatis è ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutuo epiſtolarum alloquia miſſitabant, unde & portitores earum* tabellarios, *&* ſcriptores *à libris horum* librarios *vocavere.* Feſtus, *Tabellis pro chartis utebantur, quibus ultro citroque, ſive privatim, ſive publice opus erat, certiores abſentes faciebant.* Symmachus lib. IV. cap. XXVIII. *Mallem ſcribere, Aborigenum more, dictionem ſalutis alternæ ligno, aut corticibus.* Vide quæ vir doctiſſ. Joſt. Lipſius Inſtitut. Epiſtol. cap. I. Cera autem oblinebantur iſtæ tabulæ. Agellius lib. XVII. *Pugillaria nova nondum etiam cera illita accepiſſe.* Polyænus lib. II. Δημάρατος ἐπιστείλας Σπαρτιάταις περὶ τῆς Ξέρξου στρατείας, εἰς πτύχα ἀκήρωτον τὴν ἐπιστολὴν γράψας ἐπεκήρωσεν, ἵνα ὡς ἄγραφος διὰ τῶν φυλάκων κομισθῇ, & apud Auctores paſſim. Signa autem imprimebantur ceræ lino impoſitæ, quo tabulæ perforatæ conſtringebantur, quod cum Jacobo Cujacio, doctiſſ. Juriſconſulto, obſervavit olim eruditiſſimus juvenis P. Colvius.

1384. Τὸν ἀρτιόμισθον Κᾶρα δηώσουσι στρατόν] Militum, tam apud Græcos, quam Romanos, duo erant genera, illi ſuo ſumptu militabant, & *Aſſidui* dicebantur: hi publico, & *Ærarii*, atque *Metelli* ſunt nominati. Cares autem male audiiſſe, quod mercede conducti militarent, nemini ignotum. Vide Strabonem, Heſychium, Etymologici, & Proverbiorum Auctores. Turpe enim apud Athenienſes habebatur mercede conductum quidpiam facere. Ulpianus ad Demoſthenis Olynth. III. Ἡ μισθοφορὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἐφύβριστος. Hinc apud Polyænum lib. I. Themiſtocles Nauclero, Καταπρᾶν ἠπείλησεν Ἀθηναίοις, ὅτι χρήμασι πεισθεὶς αὐτὸν ἄγοι. Poſtea tamen id permiſſum à Pericle, ut eſt videre apud Ulpianum eundem ad Orat. Demoſthenis περὶ τῆς συντάξεως. Laudantur vero etiam Carum horum in rebus bellicis ſtudia, quorum argumenta reliquerunt ſcutorum anſas, umbilicos, inſignia, & criſtas, quæ omnia ipſi invenerunt. Strabo lib. XIV. Τῆς δὲ περὶ τὰ στρατιωτικὰ ζήλου τά τε ὄχανα ποιοῦνται τεκμήρια, καὶ τὰ ἐπίσημα, καὶ τοὺς λόφους, ἅπαντα μὲν γὰρ λέγεται Καρικά. Ἀνακρέων μέν γέ φησιν,

Διὰ δηὖτε Καρικοεργέος ὀχάνου
Χεῖρα τιθέμεναι.

Emendo ex Homeri Interprete & Etymologicographo, Καρικοεργέος ὀχάνου. Polyænus lib. VII. in Pſammeticho, Ψαμμήτιχος δὲ Πίγρητα τὸν Κᾶρα συνόντα ἔχων, παρ' αὐτοῦ μαθὼν ὡς πρῶτοι Κᾶρες ἐπέθεντο τοῖς κράνεσι λόφους, &c. Homeri Scholiaſtes Iliad. Δ'. Κανόνας, (φησὶν Ὅμηρος) ῥάβδους, αἷς ἐκράτουν τὰς ἀσπίδας, οὔπω γὰρ ἐχρῶντο τοῖς πόρπαξιν, ὡς ὄχανα ἐκάλουν, ὕστερον γὰρ ἐπενοήθησαν ὑπὸ Καρῶν, ὥς καὶ Ἀνακρέων φησί, Καρικοεργέος ὀχάνου. Quæ totidem verbis apud Etymologici Auctorem, in Κανών. Hinc λόφον Καρικὸν dixit Alcæus,

Λόφον τε σείων Καρικόν.

Itaque propter hæc ſua inventa ſcutum parvum, & galeam cum mortuis ſepelire ſoliti fuerunt. Thucydides Συγγραφῆς lib. I. Δήλου καθαιρομένης ὑπὸ Ἀθηναίων ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ, καὶ τῶν θηκῶν ἀναιρεθεισῶν, ὅσαι ἦσαν τῶν τεθνεώτων ἐν τῇ νήσῳ, ὑπὲρ ἥμισυ Κᾶρες ἐφάνησαν, γνωσθέντες τῇ τε σκευῇ τῶν ὅπλων, συντεθαμμένῃ, καὶ τῷ τρόπῳ, ᾧ νῦν ἔτι θάπτουσι. Scholiaſtes ejus, Οἱ Κᾶρες πρῶτοι εὗρον τοὺς ὀμφαλοὺς τῶν ἀσπίδων, καὶ τοὺς λόφους, τοῖς γὰρ ἀποθνήσκουσι συνέθαπτον ἀσπίδιον μικρόν, καὶ λόφον, σημεῖον τῆς εὑρέσεως.

1389. Κέχηνας] Id eſt, ſtulti, ita nuncupati Athenienſes. Heſychius, Κέχηνας ἡμᾶς λέγομεν κεχηνότας τινὰς τὸ ἀρχαῖον αὐτῶν ἐμφανίζοντας, Ἀθηναίους, λαμπροὺς τῷ ἤθει. Nam ita emendo eum locum. Nominis iſtius cauſſa eorum ingens δυσβουλία, quam Neptunus, in contentione de Attica regione Minervæ poſthabitum ſe ægre ferens, immiſiſſe fertur. Hanc innuens Demoſthenes περὶ Εἰρήνης, inquit, Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι τῷ βουλεύεσθαι, ὑμεῖς δὲ μετὰ τὰ πράγματα. Ad eam & ab Ariſtophane Veſpis alluſum, cujus etiam Concionantes vide. Putabatur tamen, ut hoc addam, iſtam eorum δυσβουλίαν Minerva beneficii loco in εὐβουλίαν vertere.

1393. Βασσάρας λαμπουρίδος] Sive βασσάραν vulpem accipias, ſive meretricem, parum refert. Si vulpem, eo modo antea, ἀσκέρας κιμαρίδας. Thracum autem lingua vulpes βασσάρα, ſive βάσσαρεις dicitur, ut docet vetus Interpres Perſii Sat. I. Inde Bacchæ *Baſſarides*, quia vulpinis pellibus ſuccingerentur. Apud Heſychium, ubi legitur, Βάσσαρεις, ἀλώπηξ, καὶ βασσαρίτη παρὰ Κυρηναίοις. Emendabis, καὶ βασσάρα. Subdit idem, Βασσάρεια τὰ ἀλωπέκεια οἱ Λίβυες λέγουσιν.

1396. Ὀθνεία χατρεύοντος Αἴθωνος πτερά] Æthon eſt appellatus Eryſichthon, propter nimiam illam ingluviem. Ælianus Ποικ. Ἱστορ. lib. I. ventres quoſdam enumerans, Καὶ Ἐρυσίχθονα τὸν Μυρμιδόνος, ὅθεν τοι καὶ Αἴθων ἐκλήθη φασί· ubi omnino Αἴθων legendum, quod poſtea doctiſſimo viro Hadriano Junio etiam in mentem veniſſe cognovi.

1402. Ὅς δή ποτ' ἀμφώδοντος ἐξ ἄκρων λοβῶν Φθίρσας κύφελλα χαλλυνεῖ παρωτίδας] Lego,

Φθίρσας κύφελλ' ἀχαλλυνεῖ παρωτίδας.

Nam eo modo dehoneſtantur aures. Mos vero erat Veteribus, ſi quos propter flagitium captos ignominia afficere vellent, auriculas præſecare. Etymologici Auctor, Οἱ παλαιοὶ τοὺς ἔν τινι ἀτοπήματι ἁλόντας ἐνυβρίζοντες, τὰ ἄκρα τῶν ὤτων ἀπέτεμνον. Plautus Ciſtellaria, Sc. *Niſi quid,*

Capillo ſciſſo atque exciſſatis auribus.

Vide Nonium in *Exciſſatum*. Supplicii id genus λοβὸν dicebatur. Suidas, Λοβὸν, ἡ διὰ τῶν ὤτων τιμωρία διὰ τὸ ὠ μεγάλα· καὶ λοβὸς, ὁ βεβλαμμένος. Julius Cæſar integras aures abſcidit, ut ſcribit ipſe de ſe lib. VII. de bello Gallico, *Majore commiſſo delicto, igni atque omnibus tormentis necat: leviore de cauſſa, auribus deſectis, aut ſingulis effoſſis oculis, domum remittit.*

1414. Τῷ θάλασσαν μετὰ βατῇ] Xerxes bello contra Græcos ponte Helleſpontum conjunxit, & Atho, montem Thraciæ maximum, perfodit. Vide Plutarchum περὶ Ἀοργησίας. Virgilius in Culice,

Non perfoſſus Athos, nec magno vincula Ponto
Jacta, meo quærent jam ſera volumine famam,
Non Helleſpontus pedibus pulſatus equorum,
Græcia cum timuit venientes undique Perſas.

Juvenalis Sat. X.

——— *creditur olim*
Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax
Audet in hiſtoria, cum ſtratum claſſibus iiſdem,
Suppoſitumque rotis ſolidum mare. ———

Zoſimus lib. I. Ἐζεύγνυτο μὲν ὁ Ἑλλήσποντος, πεζοὶ διδοὺς τοῖς πεζῇ διαβαίνουσιν, ὠρύττετο δὲ ὁ Ἄθως, ἅμα τῇ θαλάττῃ καὶ τὰς ναῦς ἐνδεχόμενος. Æſchylus Perſis,

Ὅστις Ἑλλήσποντον ἱρὸν δοῦλον ὡς δεσμώμασιν
Ἤλπισε σχήσειν, ῥέοντα Βόσπορον ῥόον θεοῦ·
Καὶ πόρον μετερρύθμιζε, καὶ πέδαις σφυρηλάτοις
Περιβαλὼν πολλὴν κέλευθον ἤνυσεν πολλῷ στρατῷ,
Θνητὸς ὢν θεῶν δὲ πάντων ᾤετ' οὐκ εὐβουλίᾳ,
Καὶ Ποσειδῶνος κρατήσειν. ———

Ennius Annal. lib. XIII.

Pontibus inſtratis conjunxit littora Xerxes.

Arnobius lib. I. *Ut ille immanis Xerxes mare terris immitteret, & greſſibus maria tranſiret, noſtri nominis effectum eſt injuria?* Agathias lib. IV. Οὐδὲ εἰ Κῦρον εἴποι τις τὸν Καμβύσου, οὐδὲ Δαρεῖον Ὑστάσπου, οὐδὲ μὲν Ξέρξην ἐκεῖνον τὸν ἱππήλατον μὲν δεικνύντα τὴν θάλατταν, ἐν δὲ τοῖς ὄρεσι ναυτιλλόμενον. Iſocrates in Panegyrico ſtudio memoriæ æternæ relinquendæ facta hæc memorat, Βουληθεὶς δὲ (Ξέρξης) τοιοῦτο μνημεῖον καταλιπεῖν, ὃ μὴ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεώς ἐστιν, οὐ πρότερον ἐπαύσατο, πρὶν ἐξεῦρε καὶ συνηνάγκασεν, ὃ πάντες θρυλλοῦσιν, ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δὲ Ἄθω διορύξας. Vide etiam Johan. Tzetzen Chil. I. Hiſt. XXXII. Ammianum Marcellinum lib. XXII. Falſum vero hoc eſſe contendunt, qui Magorum hiſtoriam conſcripſerunt, & Herodotum, ejus ſermonis auctorem, mendacii arguunt. Diog. Laërtius lib. I. in Proœmio, Περὶ τούτοις καταγινώσκουσιν Ἡροδότου οἱ τὰ περὶ Μάγων γράψαντες, μὴ γὰρ εἰς τὸν ἥλιον βέλη Ξέρξην ἀκοντίσαι, μηδ' εἰς τὴν θάλασσαν πέδας καθεῖναι θεοὺς ὑπὸ τῶν Μάγων παραδεδομένους.

1418. Σὺν καλίνοισι τειχέων προβλήμασι] Oraculum de ligneis muris faciendis ab Apolline Athenienſibus redditum notum nimis. Syneſius, ut putatur, περὶ Ἐνυπνίων, (ut alios mittam) Καὶ Λοξίας ἐκεῖθεν ὁ Πυθοῖ χρησμῳδὸς, ὅτι τὸ ξύλινον τεῖχος, ὃ τοῖς Ἀθηναίοις ὁ θεὸς ἐδίδου σωτήριον, μάτην ἂν ὄκνησιν ἐκκλησιάζων ὁ δῆμος, εἰ μὴ Θεμιστοκλῆς ἀνέγνω τὸν χρησμὸν τῇ διανοίᾳ.

1421. Στρατῷ δ' ἀμίκτῳ] Plutarchus Παραλλήλοις, quingentis myriadibus in Græciam Xerxem veniſſe Auctor eſt, Iſocrates in Panathenaico DM. in Panegyrico vero ſic ait, Μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης τῆς ὑστέρας στρατείας, ἣν αὐτὸς Ξέρξης ἤγαγεν, ἐκλιπὼν μὲν τὰ βασίλεια, στρατηγὸς δὲ καταστῆναι τολμήσας, ἅπαντάς τε τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίας συναγείρας, περὶ οὗ τις οὐχ ὑπερβολὰς προθυμηθεὶς εἰπεῖν, ἐλάττω τῶν ὑπαρχόντων εἴρηκεν.

1424. Ἀμνὰς δ' ἀναύρων νασμὸς] Juvenalis Sat. X.

——— *credimus altos*
Defeciſſe amnes, epotaque flumina Medo
Prandente. ———

1428. Σκιᾷ καλύψει πέτραν] Lego cum Cantero πέτρον, nam eo vocabulo ſol apud Græcos aliquando ex Anaxagoræ ſententia deſignatur: apud Callimachum, citante Sophoclis Interprete ad Οἰδ. ἐπὶ Κολ.

Εἴδεος ἀμφὶ δὲ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν
Μεμβλωκὸς, πλημμά τι πέτρε ἄλκαρ ἵκετο.

Et apud Euripidem in Oreſte,

Ὁ γὰρ μακάριος, κοὐκ ὀνειδίζω τύχας,
Διὸς πεφυκὼς, ὥς λέγουσι, Τάνταλος,
Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον,
Ἀέρι ποτᾶται, καὶ τίνει ταύτην δίκην.

Vide Pindari Scholiaſten Olympion. Od. I. Eodem modo ἡλίου δίσκον dixit Horapollo Ἱερογλ. lib. II. Γυναῖκα ἔγγυον βουλόμενοι δηλῶσαι, ἡλίου κύκλον σὺν ἀστέρι μετὰ ἡλίου δίσκου δίχα τετμημένου σημαίνει. Fuit autem ob hoc dictum Anaxagoras impietatis à Cleone accuſatus, ſed à Pericle diſcipulo defenſus, quinque talentis mulctatus, in exilium ablegatus eſt. Vide Diogenem lib. II. Ait vero telorum multitudinem Solis radios obſcuraturam. Similiter Ennodius in Panegyrico, *Si cælum lancearum imber obtegeret, qui fortius telum jecerit, non latebit.* Macrobius Saturnal. lib. I. cap. XVI. *Eoque tempore nubes ſagittarum*

Digitized by Google

in adverſos viſa ferri, & hoſtes fugavit, &c. Heliodorus lib. IX. Οὕτως δὲ τι συνεχὲς καὶ ἐπὶ σκοπὸν ἀτεχνῶς ἐξ ἀκροπόλεως τῶν πύργων ἔβαλλον, ὥστε εἰς τέρας φαντασίαν τὴν πυκνότητα παρασχεῖν τοῖς Πέρσαις.

1429. Λοκρὸν δ' ὑποῖα παῦρον ἀνθήσαι ξύλον] De roſa Locrenſi vide Jul. Pollucem lib. V. cap. XVI. quem emendabis ſcribendo καθὰ τὸ Λοκρὸν, non κατά. Ad Xerxem devictum quod attinet, ejus ſella argentea, in qua pugnam navalem ſpectaverat, multo poſt tempore adſervabatur in templo Minervæ Παρθένου, fuitque Αἰχμάλωτος appellata. Harpocrat. Αργυρόπους δίφρος, ὁ Ξέρξου, ὃς Αἰχμάλωτος ἐπεκαλεῖτο, ἐφ' ὃ καθεζόμενος ἐθεώρει τὴν ναυμαχίαν· ἀνέκειτο δὲ εἰς τὸ Παρθενῶνα τῆς Ἀθηνᾶς.

1432. Μόσυνα φυγόπτολον] Antiquitus etiam turres in bellicis navibus exſtruebantur ligneæ, quæ *Falæ* à veteribus Latinis dictæ. Jul. Pollux lib. I. cap. IX. Ἐὰν δὲ ᾖ κατάφρακτον τὸ πλοῖον, ἐπισυμπηγνῦνται πυργοῦχοι, καὶ ἐπ' αὐτῶν πυργίδια δύο, δεξιὸν καὶ εὐώνυμον, ὧν μέσον τὸ κατάστρωμα. Forte propter has Ennio, & Virgilio *naves celſæ* dicuntur.

1452. Εἰς κῦμα κωφὸν] Homerum imitatus Lycophron. Sic Petronius *mutum littus* dixit.

1460. Τὴν φιλόψογον αἰνέσει χελιδόνα] Id eſt, Laudabit me, antea ut garrulam contemptam. Idem prædicit de ſuis vaticiniis Sibylla Erythræa apud Lactantium lib. IV.

——— φήσουσι Σιβύλλην
Μαινομένην ψεύστριαν, ἐπὰν δὲ γένηται ἅπαντα,
Τηνίκα μου μνήμην ποιήσετε, κοὐκ ἔτι μ' οὐδεὶς
Μαινομένην φήσει με θεοῦ μεγάλοιο προφῆτιν.

Obſervandum quoque, quod Caſſandram per convitium χελιδόνα vocat, ita enim olim omnes Barbari vocabantur propter incompoſitam garrulitatem. Heſychius, Τοὺς βαρβάρους χελιδόσιν ἀπεικάζουσι διὰ τὴν ἀσύνθετον λαλιάν. Inde & Æſchylus τὸ βαρβαρίζειν, χελιδονίζειν dicit, & Ion Poeta vetus in Omphale Barbaros χελιδόνας nuncupat. Vide Scholiaſten Ariſtophanis Avibus. Huc pertinet Proverbium, Χελιδόνων μουσεῖον.

1461. Τόσ' ἠγόρευσε] Uſitatiſſima clauſula in fine orationum tam Græcarum, quam Latinarum. Aſconius Verrina II. *Moris veterum fuit, cum ſatis viſum eſſet fluxiſſe verborum, hanc ſibi neceſſitatem finiendæ orationis imponere, ut dicerent ad ultimum, Dixi.* Vide Donatum ad Hecyram & Phormionem Terentianas. Plato Λάχητι, Καὶ δὴ ἃ ἐδόκει εἴρηκα. Sophocles Ἠλέκτρᾳ,

Εἴρηκα μὲν νῦν ταῦτα.

1463. Σειρῆνος ἐσίναξε λοίσθιον μέλος] Quid ſit Σειρῆνος μέλος docere poterit Ariſtænetus lib. I. Epiſt. I. de Laide, Ἡνίκα δὲ φθέγγεται, βαβαὶ, ὅσαι τῆς ὁμιλίας αὐτῆς αἱ Σειρῆνες; ὅσον ἡ γλῶττα στωμύληθρον. Et lib. II. Νὴ τὰς Μούσας, εὐστόμως ᾖδον, ἴσα καὶ Σειρῆνος γλυκεῖαν ἀφιέντες φωνήν. Ælianus Ποικ. Ἱστορ. lib. XII. de Aſpaſia, Φώνημα δὲ εἶχεν ἡδὺ, καὶ ἁπαλὸν εἶπεν, ἄν τις λαλούσης αὐτῆς ἀκούειν Σειρῆνος. Philoſtratus lib. I. de Vita Sophiſtarum in Iſocrate, Ἡ δὲ Σειρὴν, ἡ ἐφεστηκυῖα τῷ Ἰσοκράτους τῷ σοφιστοῦ σήματι, ἐφέστηκε δὲ οἷον ᾄδουσα, πειθὼ κατηγορεῖ τοῦ ἀνδρὸς, ἣν συνεβάλετο ῥητορικοῖς μόνοις (lego νόμοις) καὶ ἤθεσι. Agathias,

——— σὺ δέ μοι καὶ τὸ λάλημα φέρεις
Κοινὸ τὸ Σειρήνων γλυκερώτερον. ———

Petronius, *Tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis ſonus pertentatum mulcebat aëra, ut putares inter auras canere Sirenum concordiam.* Syneſius Epiſt CXXXIX. Ἐμὲ γέ τοι καὶ παρὸν μὲν ἥρεις τῇ γλυκείᾳ Σειρῆνι τῶν λόγων.

1464. Κλαρὶ μιμαλλὼν] Quæ ſint μιμαλλόνες vel pueri ſciunt. Apud Macedones μιμαλλόνες dictæ poſtea, quæ ante κλώδωνες, virgines, quæ Argæo regi cum Galauro bellum gerente ſuppetias tulerunt, ſumpto habitu virili, thyrſiſque pro haſtis utentes. Polyænus lib. IV. Ἀργαῖος ἀμαχεὶ κρατήσας, ἱερὸν ἱδρύσατο Διονύσῳ ψευδάνορι, καὶ τὰς παρθένους, ἃς πάλαι κλώδωνας ἐκάλουν οἱ Μακεδόνες, αὐτὸς κλήζεσθαι ἔλεξε, διὰ τὴν μίμησιν τῶν ἀνδρῶν, μιμαλλόνας. Vide etiam Etymologicographum.

Ibid. Ἡ Μελαγκραίνας κόπις] Lego, Μελαγχραίνας κ. Ariſtoteles lib. περὶ Θαυμ. Ἀκουσμ. ita ait, Ἐν τῇ Κύμῃ τῇ περὶ τὴν Ἰταλίαν δείκνυταί τις, ὡς ἔοικε, θάλαμος κατάγειος Σιβύλλας τῆς χρησμολόγου, ἣν πολυχρονιωτάτην γενομένην παρθένον διαμεῖναί φασιν, οὖσαν μὲν Ἐρυθραίαν, ὑπό τινων δὲ τὴν Ἰταλίαν κατοικούντων Κυμαίαν, ὑπὸ δέ τινων Μελάγκραιναν καλουμένην.

1465. Νησοῦς θυγατρὸς] Sibylla, Neſonis ex Dardano filia. Arrianus, Δάρδανος τὰς τοῦ Τεύκρου βασιλέως θυγατέρας ἔγημε, Νησώ τε, καὶ Βάτειαν· καὶ ἐκ μὲν τῆς Νησοῦς ἦν αὐτῷ θυγάτηρ Σίβυλλα ἡ μάντις, ἀφ' ἧς καὶ ἄλλαι γυναῖκες, ὅσαι ἐγένοντο μαντικαὶ, Σίβυλλαι ἐλέγοντο. Quem locum Theodoro Cantero, viro doctiſſimo, acceptum refero.

Ibid. Ἡ τε Φίκειον τέρας] Sphingem intelligit, quam Bœoti appellant Φίκα, teſte Palæphato. Heſiodi Scholiaſtes ad Ἀσπίδα, Φίκιον, ὄρος Βοιωτίας. ὠνομάσθη δὲ ἐκ τῆς Σφιγγὸς, ἣν Φίκα ἔλεγον οἱ Βοιωτοί. Et ad Theog. Αὕτη δὲ (Σφὶγξ) ἐστὶ θυγάτηρ Χιμαίρας καὶ Τυφῶνος, ἀπ' αὐτῆς ἐκλήθη καὶ τὸ Φίκιον, ἔνθα διέτριβε, Φίκα δὲ αὐτὴν οἱ Βοιωτοὶ ἔλεγον. Feſtus, *Picati appellantur quidam, quorum pedes formati ſunt in ſpeciem Sphingum, quod eas Dorii Phicas vocant.*

1472. Δαίμων δὲ φήμας] Hoc loco δαίμων Lycophroni, quod aliàs τὸ δαιμόνιον Græci veteres dicebant, quo nomine majus quoddam numen intelligebant. Sic Pindarus Iſthmion. Ode VI.

Σὺν τέ οἱ δαίμων φυτεύει
Δόξαν ἐπήρατον.

Theognis,

Χρήματα μὲν δαίμων καὶ παγκάκῳ ἀνδρὶ δίδωσιν.

Et alii Poetæ ſæpe. Cum autem τὸ δαιμόνιον καὶ τὸ θεῖον dicerent, Deum ſupremum, divinitatemque mundi moderatricem intelligebant, Jul. Pollux lib. I. cap. I. Τὰς αὐτῆς χρείας τὸ θεῖον, καὶ τὸ δαιμόνιον.

Ibid. Εἰς τὸ λῷον ἐκδραμεῖν τύχοι] Ex vetere formula, Εἰς ἀγαθόν μοι. Duabus vero utebantur formulis ad amolienda infauſta, & hac, quam diximus, & illa, Εἰς κεφαλὴν σοι Priore utitur hoc loco apud Lycophronem Caſſandra. Moſchus etiam Idyllio II.

Ἀλλά μοι εἰς ἀγαθὸν μάκαρες κρίνειαν ὄνειρον.

Pacuvius apud Feſtum in *Veruncent, Dii monuerint meliora, atque amentiam averruncaſſent tuam*: quæ ita emendo,

——— *Dii monuerint*
Meliora, atque amentiam averruncaſſent tuam.

Et

Digitized by Google

Et fruſtra ſunt, qui aliter corrigunt. Virgilius latius uſurpavit Æneid. tertia,

Dii prohibete minas, dii talem avertite peſtem,
Et placidi ſervate pios. ———

De altera formula, εἰς κεφαλὴν σοι, ita Ariſtophanis Scholiaſtes Acharn. Ἔλεγον οἱ Ἀττικοὶ εἰ κατεύχεσθαι τινὸς, εἰς κεφαλὴν τρέποιτο, τοῦτο δὲ ἐπὶ κακῶν λέγοντες. Virgilius Georg. III.

Dii meliora piis, erroremque hoſtibus illum

Ubi complectitur utramque formulam. Moſchus Idyllio quarto,

Τοῖα, φίλη, μοι ὄνειρα διὰ φρένας ἐπλοίνησε
Παννυχίη, τὰ δὲ πάντα πρὸς Εὐρυσθῆα τρέποιτο
Οἴκου ἀφ' ἡμετέροιο. ———

Apulejus Mileſ. III. *Si quid adverſi tuum caput reſpicit, id omne protinus meo luatur ſanguine.* Theocritus Idyllio VI.

——— αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ Τήλεμος ἐχθρ' ἀγορεύων
Ἐχθρὰ φέροι ποτὶ οἶκον, ὅπως τεκέεσσι φυλάσσῃ.

Pedo in Elegia ad Liviam,

Urbs gemit, & vultum miſerabilis induit unum
Gentibus adverſis forma ſit illa precor.

Terentius Heautont. Act. V. Sc. III.

——— *ab obſecro te, iſtuc inimicis ſiet,*
Egone confitear meum non eſſe filium, qui ſit
meus?

1473. Οὐκ οὖν προσκύνει] Locis & regionibus omnibus Genios præeſſe credebant, Græci vocant ἐγχωρίους θεοὺς, δαίμονας, ἥρωας. Feſtus, *Genium eſſe putarunt uniuſcujuſque loci.* Clemens Protrept. Εἰ γὰρ ἦν δαίμονες λίχνοι τε, καὶ μιαροὶ, ἔστι μὲν ἐφεστῶτες καὶ ἀναφανδὸν οὕτω κατὰ πόλεις δαίμονας ἐπιχωρίους τιμῶν ἐπιδρεπομένους. Servius Georg. lib. I. *Genium dicebant antiqui naturalem Deum uniuſcujuſque loci.* Prudentius lib. II. adverſus Symmachum,

Quamquam cur Genium Romæ mihi fingitis unum,
Cum portis, domibus, thermis, ſtabulis ſoleatis
Adſignare ſuos Genios? ———

Inde eſt apud Virgilium Æneid. V.

Incertus Geniumve loci, famulumve parentis
Eſſe putat. ———

Quintilianus Declamat. I. *Ipſi quoque ſervuli longius quieſcunt, & præſtatur grande ſecretum Genio loci.* Gratius,

Te primum, Vulcane, loci pacemque precamur
Incola ſancte tuam. ———

Ubi *loci ſanctus incola* non alius, quam Genius loci. Calphurnius Eclog. V.

——— *tu ceſpite vivo*
Pone focum, Geniumque loci, Faunumque, Laremque
Salſo farre voca. ———

Vetus inſcriptio,

I. O. M. ET GENIO LOCI
HUJUS. Q. CÆCILI
US. SECUNDUS
LEG. C. SERENI
PROCOS. GALLIÆ
TRANSALPINÆ
V. S. L. M.

Phalaris in Epiſtola quadam ad Himeræos, Τοῖς θεοῖς αὐτὸν ἀφίκαμεν, οἷς ἐπὶ κατάρχετε, καὶ ὅσοι ἔχουσι τὴν Ἱμεραίων γῆν θεοί τε, καὶ ἥρωες. Arnobius lib. I. *Prudentiſſimi vobis videntur, nec reprehenſionis ullius, qui Faunos, qui Fatuas, civitatumque Genios, qui Pauſos reverentur, atque Bellonas.* Philoſtratus lib. I. de Vita Sophiſt. in Dionyſio, Καὶ πάλιν αὐτομολησάσης πρὸς βαρβάρους Βοιωτίας στενάξατε οἱ κατὰ γῆν ἥρωες. Tertullianus lib. de Pallio, *Certe, ſi quis loci Genius, ingemebat.* Heſiodus lib. I. de Geniis loquens,

——— πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.

Petronius, *Noſtra regio tam præſentibus plena eſt numinibus, ut facilius poſſis Deum, quam hominem invenire.* Hunc quoque propitium imprecabantur ſibi mutuo Veteres. Clare Tertullianus de Idololatria, cap. XXII. *Si dedero eleemoſynam, vel aliquid præſtitero beneficii, & ille mihi Deos ſuos, vel coloniæ Genium propitios imprecetur.* Et cum ingrederentur primum aliquam regionem, aut poſtliminio in eam redirent, ſolebant eam religioſe ſalutare, in honorem Genii, quem ei præeſſe credebant. Probabile id multis Auctorum teſtimoniis. Æſchylus Agamemnone,

Πρῶτον μὲν Ἄργος καὶ θεοὺς ἐγχωρίους
Δίκη προσειπεῖν, τοὺς ἐμοὶ μεταιτίους
Νόστου. ———

Plautus Bacchidibus, Sc. *Herilis, &c.*

Herilis patria, ſalve, quam ego biennio
Poſtquam hinc in Epheſum abii conſpicio libens.

Ovidius Metamorph. lib. III.

Cadmus agit grates, peregrinæque oſcula terræ
Figit, & ignotos montes agroſque ſalutat.

Tertullianus Apologetici cap. XXI. *Diſperſi, palabundi, & cœli & ſoli ſui extorres, vagantur per orbem, ſine homine, ſine Deo rege, quibus nec advenarum jure terram patriam ſaltem veſtigio adorare conceditur.* Symmachus lib. V. Ep. LXXII. *Octavo demum die multa reluctatus itineris difficultate, larem patrium ſalutavi.* Philoſtratus Heroicis, Καταπλεύσαντες δὲ, καὶ τὴν γῆν ἀσπασάμενοι, βαδίζουσιν ἐπὶ τὸ ἱερὸν, καὶ προσευξάμενοι τῷ Ἀχιλλεῖ, καὶ θύσαντες. Neque ſolum ſalutabant, ſed & ſacrificabant. Apollonii Scholiaſtes extremo II. Τοὺς ἀποδημοῦντας ἔθος ἦν ἐν ἀλλοδαπῇ θύειν τοῖς ἐγχωρίοις θεοῖς, καὶ ἥρωσι. Codinus, Ἐπεὶ ἦν κατὰ τὴν εἱμαρμένην ἀφίκοντο, καὶ θυσίας ἐξιλάσκοντο δαίμοσι, κόραξ, &c. Et in Epiſtola Cydippes ad Acontium,

Protinus egreſſæ ſuperis, quibus inſula ſacra eſt,
Flava ſalutatis thura, merumque damus.

Heliodorus lib. X. Τὰ μὲν ἦν πρῶτα ἐχώρει τὴν ὄχθης ἀεὶ τοῦ Νείλου καὶ παραποταμίας ἐχόμενος, ἐπεὶ δὲ εἰς τοὺς καταῤῥάκτας ἀφίκετο, θύσας τῷ Νείλῳ, καὶ θεοῖς ὁροείοις, ἐκτραπεὶς, τῆς μεσογαίας μᾶλλον εἴχετο. Etiam qui in aliam regionem diſceſſuri, ſacrificabant iis, atque id appellabant θύειν τὰ ἀποβατήρια. Stephanus in Βουθρωτὸς, Μυθεύονται Ἕλενον ἐκ Τροίας πλέοντα εἰς Ἐπεῖρον (ita ſcribo, non ἰταλίαν) θύσαντι ἀποβατήρια ἐν Ἠπείρῳ, τὸ θῦμα ἢ βοῦν ἀποδράσασαν ἐκ τῆς βουπλῆγος, ὠχεῖτο φεύγουσα διὰ τῆς μεταξὺ πόντου εἰς τὸν κόλπον, &c. Etiam VALE dicebant. Ovid. Metamorph lib. XIII.

Troja, vale, rapimur, clamant, dant oſcula terræ
Troades. ———

Theophylactus Simocatus in Epiſtola quadam,

Ἐπὶ δ' Αἴτνην, τὸ Σικελικὸν ὄρος, ἀπαίρομαι, εἰ πόλεις χαίρειν τῇ Ἀττικῇ. Atque hæc omnia fiebant in honorem Genii locorum præſidis, qui anguis forma colebatur. Hinc Perſio lux,

Pinge duos angues, pueri, ſacer eſt locus. ——

Servius Æneid. v. *Nullus enim locus ſine Genio eſt, qui per anguem plerumque oſtenditur.* Huc facit illud Propertii lib. IV. Eleg. VIII.

Lanuvium annoſi vetus eſt tutela draconis,
Hic ubi Tartareæ non perit hora moræ.

Item Statii inſignis locus Thebaid. v.

Interea campis nemoris ſacer horror Achæi
Terrigena erigitur ſerpens, tractuque ſoluto
Immanem ſeſe vehit, ac poſt terga relinquit.
Livida fax oculis, tumidi ſtat in ore veneni
Spuma virens, ter lingua vibrat, terna agmina adunci
Dentis, & auratæ crudelis gloria frontis
Prominet, Inachio ſanctum dixere Tonanti
Agricolæ, cui cura loci, & ſilveſtribus aris
Pauper honos ——

Et ille Iſidori Orig. lib. XII. cap. IV. *Angues autem apud veteres pro Geniis locorum erant habiti ſemper.* Ad hos Genios pertinet etiam quod Pythagorici aliis alios locis fortunatiores putabant, prout cujuſque hominis Genius cujuſque loci Genio conveniret. Atque iſta de loci Genio, in quo omine deſino, & finem Commentario meo impono.

I N

IN

Lycophronis Caſſandram

JOHANNIS POTTERI

COMMENTARIUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN LYCOPHRONIS ALEXANDRAM *JOHANNIS POTTERI* COMMENTARIUS.

EXIGERE hic videtur operis inſtituti ratio, ut, antequam ad obſcura Poematis ænigmata ſolvenda nos accingamus, de Poeta ipſo nonnihil præmittamus; ſed hac Nos oneris parte levarunt doctiſſimi Viri, Iſaacius Tzetzes, Gulielmus Canterus, & Johannes Meurſius, quorum è ſcriptis petere poſſis, Amice Lector, & plenis faucibus haurire, quæcumque ſuperſunt de Lycophrone. Cum igitur hanc laudem præripuerunt Viri Seculorum memoria illuſtres, quid Nobis in hoc Commentarii limine agendum relinquitur? Id, nempe, unum, ut Scholiaſtæ ætatem, genus, vitam, ſcripta, (quæ paucis hactenus cognita ac percepta ſatis videntur) quæ, & qualia fuerint, exponamus. Sed neque hic rem aggredior intactam penitus, & illibatam; præivit enim Nobis in hac non devia prorſus, etſi non valde trita, ſemita, Nicolaus Gerbelius, in ſua ad Johannis Tzetzæ, Iſaacii noſtri fratris, Chiliades Præfatione. Ab illo itaque mutuantes, quæ ad inſtitutum noſtrum videbuntur pertinere, alia quædam, quæ partim ex Impreſſis, partim ex MSS. Codicibus obſervare contigit, adjiciemus.

Si de nomine quæras, variis id modis ſcriptum atque pronunciatum reperies, dum alii Cæcum, alii Zezium, alii Zezen appellandum judicarunt, eos dictitantes, *aſperam vaſtamque pronunciationem, & ſonum plane barbarum probare*, quibus Tzetzen ſcribendum eſſe videretur. Verumtamen ipſe Auctor ſeſe nuſquam aliter, quam Tzetzen nominat, apparetque mirifice eum hoc nomine fuiſſe delectatum; nam quandoque etiam ad tædium id ingeminat, quod etiam de fratre ejus, Johanne Tzetze, obſervavit Gerbelius, *Ita ſcripſit Tzetzes, ſic ſentit Tzetzes, Non omnium meminiſſe poteſt Tzetzes*; atque ejus generis prope infinita, in quibus non memini ullum ex MSS. vel Impreſſis Codicibus hoc nomen vel ſemel variaſſe. Floruiſſe videtur qningenta plus minus abhinc annis, circa annum à Chriſto nato MCLXXVI. Patrem habuit Michaelem Tzetzen, matrem Eudociam, avum paternum Johannem Tzetzen, literarum quidem rudem, ſed eruditorum hominnm amatorem. Avus ejus maternus fuit genere Græcus, avia materna Abaſgis, ſive Ibera. Itaque Tzetzes noſter à materna avia Abaſgicam originem, à paterno maternoque avo Græcam, de qua nonnumquam gloriari videtur, trahit, uti prolixe narrat Johannes Chiliade v. Hiſt. xvii. Porro nemini dubium eſſe poteſt, quin eadem cura educatus, iiſdem imbutus præceptis fuerit Iſaacius noſter, quibus informatam ſuam pueritiam memorat Johannes. Exacta infantia, pater prudentiſſimus ſatis habens perſpectum, quam ægre deleantur, quæ molli & cereæ ætati impreſſa ſunt, nihil prius habuit aut antiquius, quam ut teneri puerorum animi ad virtutem, ad pietatem, ad optima quæque inſtruerentur: numquam igitur deſtitit talia illis præcepta ſedulo & ſerio inculcare, *Ut*, nempe, *contemnerent opes, parvi facerent potentiam, non eſſent honorum, aut φιλοδοξίας cupidi*: uti narrat Johannes in Epiſtola quadam, quam fini iv. Chiliadis Hiſt. ſubjunxit. Poſt actam ſub hac tutela pueritiam, clariſſimis iſtius ſeculi præceptoribus tradidit in omni artium & ſcientiarum genere erudiendos, ſub quibus quantum profecerint, ut in cæteris, tum præſertim in Critica, teſtatur, præter egregia eorum ſcripta, omni doctrina referta, quæ pauca ex multis temporum injuria ad nos devenere; præter hæc, inquam, quantum de Repub. literaria meruerint hi Fratres, teſtatur illud *Grammaticorum* cognomen, quo illa ætas voluit Eorum memoriam poſteritati commendari. Ad hos autem Commentarios quod ſpectat, de eis nihil aliud opus erit dicere, quam quod obſcurum hoc Poema, quod omnia omnium ætatum ingenia exercuit, ſit ab iis ita dilucide explicatum, ut poſſit à quovis ingenio, quod non in hujuſmodi plane cæcutiat, non legi modo, verum etiam (pauca excipias) intelligi. Non tamen is ſum, qui Tzetzen in omnibus ſequi velim, quid enim mirum ſi in illo ſeculo, in illo Poemate doctiſſimus quivis hæſerit, & nonnumquam etiam fœde erraret? Id vero doleo, imo indignor potius, Gulielmum Canterum qualibet arrepta occaſione Tzetzæ ſine modo convitia fundere, & virum doctiſſimum immerito ſæpe lacerare; præſertim cum Adnotationum, quas pro ſuis venditat, partem tantum non majorem ex Tzetzæ Scholiis ipſum ſubripuiſſe conſtet. Id vero maxime omnium bilem mihi commovit, quod Canterus iſte plagii Tzetzen incuſet, eumque Theonis, & aliorum neſcio quorum, de quibus, præter nomina, nihil aliud ſupereſt, ſcrinia compilaſſe clamitet, & hoc, nullo teſte, nulla auctoritate, nullo alio indicio nixus, quam quod illi Tzetzen ætate præceſſerint, & ab eo ali-

 * quoties

quoties laudentur. Sed has refellit calumnias, & amplius evincit, antiquos illos Interpretes ad Tzetzæ tempora aut non perveniſſe integros, aut non eſſe tanti faciendos, quanti eos æſtimavit bonus Canterus; hæc, inquam, ſatis probat ingens illud pretium, in quo eo ævo habiti ſunt Tzetzæ noſtri Commentarii, & hoc abunde conſtabit ex unico exemplo, quod ex Johannis Tzetzæ Chiliade VIII. Hiſt. CCIV. apponam,

Λυκόφρονες γεγόνασι διάφοροι τὴν κλῆσιν·
Λυκόφρων, παῖς τοῦ Μάστορος, ὡς Ὅμηρός που γράφει,
Καὶ ἕτεροι Λυκόφρονες σοφοί τε, καὶ τῶν ἀσόφων.
* * * * *

Οὗτος ὁ παῖς τοῦ Λίκου (lege Λύκου) δὲ, εἴτε μὲν τοῦ Σωκλέους
Λυκόφρων, ὁ καὶ σύγχρονος ὑπάρχων Πτολεμαίῳ,
Πολλὰ μὲν συνεγράψατο δράματα τραγῳδίας,
Καὶ βίβλον, ἣν ἐπέγραψεν τὴν κλῆσιν Ἀλεξάνδραν,
Εἰς ἣν ὁ Τζέτζης ἔγραψεν ἐξήγησιν, καὶ ἄλλας·
Ταύτην δὲ τὴν ἐξήγησιν ἐσφετερίζετό τις,
Οὐχὶ τὴν βίβλον παρ' αὐτοῦ λέγων ἐξηγηθῆναι,
Ἀλλ' ἑρμηνείαν τὰ ἐντὸς σύμπαντα τῆς βίβλου,
Τὴν βίβλον ἐπικρύπτων δὲ, καὶ τοῖς φοιτῶσι λέγων,
Οἰκείῳ πόνῳ λογισμοῦ, ἅπερ ἑρμηνεύει,
Ἀπέντα καὶ τὸν Τζέτζην δὲ καὶ λοιδορῶν, καὶ τύπτων.
Ἕως πολλοὶ τῶν φοιτητῶν τῇ κέλλῃ τῇ ἐκείνου
Λαθραίως παρεισφρήσαντες, ἐφεῦρον τὸ βιβλίον,
Καὶ τὸν ἐξηγησάμενον οὕτως ἐξυβρισμένον,
Ἀλγυνόντα καὶ μάλιστα τοῖς εὐηργετημένοις,
Ἀνθ' ὧνπερ ἐκληρώσατο μοῖραν τῶν παλαμναίων,
Ὥστε καὶ καθυβρίζεσθαι τοῖς εὐηργετημένοις.
Τοὺς δ' ἀχαρίστους ὕβρισας ἐκ τρισαλιτηρίων
Ἔνθεν, μὴ δεόμενοι τεχνίδων χρηστηρίων.

Ad mores Tzetzæ, vitæque rationem quod attinet, teſtatur Johannes Epiſtola ſupra laudata, ſe cum Fratre in animi bonis fœlicitatem ſuam collocare, opes autem, honores, & cætera Fortunæ munera contemnere. Hoc tamen ex eorum Scriptis nimium conſtat, utrumque ſui paullo fuiſſe amantiorem, adeo ubique laudes ſuas inferciunt, doctrinam prædicant, alios ſpernunt, ſe omnibus præferunt. Videntur uterque mutua ſui admiratione, mutuoque amore flagraſſe, quod abunde patet cum ex aliis eorum monimentis, tum præcipue ex libello quodam, (hactenus, ni fallor, inedito) quem de Proſodia ſcripſit Johannes, & Fratris prææmatura morte extincti memoriæ conſecravit; quod opus verſibus Heroicis inchoatur, & clauditur, quos, quia ad rem noſtram faciunt, ex MS. Codice, quem ſuppeditavit Bibliotheca *Barocciana*, exſcripſi, & aliquot in locis emendatos appoſui:

Ἰωάννου τοῦ γραμματικοῦ Τζέτζου διδασκαλία περὶ τῶν ἐν τοῖς στίχοις μέτρων ἁπάντων, διὰ στίχων πολιτικῶν, τὰ δὲ προοίμια μόνα συντίθενται διὰ στίχων ἡρωϊκῶν, ὁμοίως καὶ ὁ ἐπίλογος.

Γραμματικοὶ μαθέειν ποθέοντες μέτρια πάντα,
Τῇ δὲ βίβλῳ προσέχοντες, ἀρύετε ὅσσα κεκεύθει,
Τὴν γὰρ ἀδελφειῷ Τζέτζος θέτο νέρτερα δῶρα,
Τὴν θέτο νέρτερα δῶρ' Ἰωάννης Ἰσαακίῳ,
Οἶτον ἀμειψαμένῳ παρὰ μοῖραν ἐξ ὀδυνάων,
Ἃς ἔτλη Σαυρίη τε ξίδῳ δ' ἔτι, κάππεσε τύμβῳ.
Κεῖνον ὀδυρόμενος τὸν ἀδελφεὸν, οἷά περ ἔτλη,
Βουλόμενοί τε μέτροις παλαίοις τόνδε δακρύσαι,
Τὴν βίβλον ἐξετελέσσατο μέτρια πάντα προφάσκων.
Μυρμιδόνες προπάροιθε περὶ Πατρόκλοιο θανόντος
Μνῆμα λυγρὸν ἑτάρῳ ξανθὰς ἀπέκειραν ἐθείρας.
Κλαῦσαν Ἀχιλλέα Πιμπληΐαδες ἐννέα Μοῦσαι,
Χρύσεον ἐς τύμβονδε καὶ ἀμφοτέρους καταθέντες
Ἥρωας ἐδάκρυσαν, ἐπεὶ κατὰ μοῖρα κατέσχε.
Παρθένος αὖ χαλκέη περὶ σήματι δάκρυσε Μίδου·
Ἀσσύριοι σφετέρῳ δὲ Ὀσυμάνδρῃ βασιλῆϊ
Χρυσείῳ εὐστεφάνῳ σταδιαῖον τύμβον ἔρεψαν.
Μαυσωλὸν Κᾶρες περὶ κίονα μεσσόθι λίμνης
Θάψαν, θαῦμα μέγιστον ἐν ὑστατίοισι βροτοῖσι.
Πυρομελεῖς τὸ πάρος δὲ θαρῆιον, ἀμφὶ τάφον δὲ
Παῖδες Ἀθηναίων ὀλυκάδεια δάκρυα λεῖψαν.
Πύργων δὲ στεφάνους ἐπ' Ἀλεξάνδρου βασιλῆος
Κεῖραν Μακεδόνες Ἡφαιστίωνι θανόντι·
Ἄλλοι δ' ἄλλα ἔρεξαν ἐπὶ προτέρων λυκαβάντων.
Αὐτὰρ ἐγὼ, κασίγνητε, γλυκὺ φάος, Ἰσαάκιε,
Κρείσσον ἐμοῦ βιότοιο, καὶ εἴ τι βέλτερον ἄλλο,
Σεῖο ἀποφθιμένοιο ὑπ' ἀργαλέων ὀδυνάων,
Τηλόθεν ἡμετέρης, καὶ ἡμετέρων ἑτάρων,
Ἡμετέρην γενέθλην ἐπεὶ ἔμβαρυς ἔχρασε δαίμων,
Οὐ χρυσείην ἐς λάρνακα θεὶς, πλοκάμοισι πυκάσσω,
Παρθένον οὔτε χαλκείῃ σῷ περὶ σήματι θήσω,
Πότμον ὀδυρομένην μάλ' ἀπηνέα τὸν ξίδῳ ἔτλης
Πλεῖστ' ἀικαζόμενος κυνανθρώπῳ Ἀραβίῃ
Οὐλομένῃ, στρατιῆς ἣ πολλοὺς ἔμβαλε γαίῃ,
Ἠτορ ἀπηρέα χρύσεον, ὃ μέγα κεῖον ἐκπελεύσεσθαι,
Πυρομελὴς ὃ σαίη δὲ βροτὸς ὅς σε δακρύσει,
Οὐ πολίων κείρω στεφάνας, οὐδ' ἄκρα κόρυμβα,
Οἷά περ ἐξετέλεσσαν ὅσοι πάρος ὄλβιοι ἦσαν,
Ἀλλά σε νῦν δακρύουσιν ἐφισταίτες περὶ τύμβον,
Ἡδὲ σὺν Χαρίτεσσι πολυστεφάνων Ἀρετάων
Ναὶ μὴν μύρονται περὶ ἄλλα σὺν αὐταῖς Μοῦσαι,
Κειράμεναι πλοκάμους, δακρύουσι σὺν αὐταῖς Λόγοι
Μορφῇ ἐν ἀνδρομέῃ περὶ κῆρι δακρυχέοντες.
Αὐτὰρ ἐγὼ τεφιλητὸν ἀδελφεὸν, ὄμμα, καὶ ἦτορ,
Ζωὸς ἀποφθιμένοιο σεῦ ὕστερος ὢν ἐπὶ γαῖαν,
Μνῆμα καλὸν τελέω σοι, ὅπερ σέθεν ἄξιον ἐστὶ,
Καὶ ξέδος ὃ σεῖο μνῆμα, σὺ δ' αὖ ξέδευ ἔσσεαι μνῆμα,
Ἡ γὰρ γηράσασα ποτὲ χρόνῳ ἐξαπολεῖται,
Αὐτὰρ, ὦ Ἰσαάκιε, τεὸν κλέος ἄφθιτον ἔσται.
Θάψω γάρ σε μέσῃσι ψυχαῖς εἰς τάφον οἷον,
Ὅνπερ μέτροις παντοίοις Μοῦσαι τελέουσι,
Καὶ χρονικὰ δὲ βίβλους συντεξάμενος μεταλέξω,
Σὸν πότμον γοάων τε, καὶ ἄσπετα δάκρυα λείβων,
Αὐτὰρ ἐπεὶ τοὺς ζώοντας κορέσαιμι δακρύων,
Ἀντήσω καὶ Ὁμήρου ὅσοις ἐπέεσσι δακρύσαι,
Πάντας θ' ὅσσοι ἔασιν ὑπὸ χθονὸς ἔξοχοι ἄλλων.
Ἀλλά γε καὶ μετρίων νῦν δίζομαι αὐτὰ κέλευθα,
Σεῖο χάριν ποθέουσι περιφραδέως ἐρεείνων,
Τόφρα τεοῖς θρηνήμασιν ἐμμέτροισι τυχόντες,
Ἰδμοσύνῃ προφέροιεν μέτρια ἐν διακρίσει,
Κλῆσιν δ' αὖ προφέρουσα ποδῶν ἐξάρχομαι ᾠδῶν.

Poſt finem deinde libelli hos habet Verſiculos;

Γραμματικοῖς ποθέουσι τὰ μέτρια πάντα δαῆναι,
Ταῦτά τοι ἐξερέεινα καὶ ἐς τέλος ἐκτελέεσσα,
Μέτρια φραδμοσύνῃσι περισσολάδην ἀγορεύσας,
Ὑμεῖς αὖτις ἕκαστος ἐν οὔασι ταῦτα βαλόντες,

Οὔασι

Digitized by Google

Οὔασι καὶ πτερίδεσσι, καὶ ἀστικίαις διδυμῶσι,
Μνημοσύνῃ φορέοντε καὶ ἀμφοτέρων κασιγνήτων,
Τοῦ τε προσχομένοιο, καὶ ὃς τάδε μέτρια τεῦξεν.

Poſtquam hæc quæ de Iſacio Tzetze præfati ſumus, typis mandata fuerant, quædam ſe rationes obtulerunt, quibus pene perſuaſi fuimus, Commentarium, qui ad hunc uſque diem Iſacii Tzetzæ nomen tulit, à Joanne ejus fratre conſcriptum fuiſſe.

Primo enim ſi ſtylum & ingenium Scholiaſtæ noſtri conſideremus ea eum ſcriptore Chiliadum hiſtoricarum in omnibus conveniunt. Uterque nimius eſt in ſui laudibus, uterque nomen ſuum toties inſerit, ut ejus amore quodam captus eſſe videatur. Denique tum in enarratione fabularum, tum in explicatione vocum magna inter eos conſenſio eſt: Conf. Chiliad. I. hiſt. XIV. cum Scholiis ad. v. 712. & ſeqq. Chiliad. IV. hiſt. XVI. eum Scholiis ad. v. 277. Chil. V. hiſt. II. eum Scholiis ad. v. 139. Chiliad. XI. hiſt. 380. cum Scholiis ad. v. 310. &c.

Secundo, quamvis tanta inter fratres morum & opinionum conſenſio aliâ ex causâ proficiſci poſſet; tamen Joannes Tzetzes ſe commentarium hunc ſcripſiſſe aperte fatetur Chiliad. IX. hiſt. CCXCVI. quem locum à nemine hactenus obſervatum fuiſſe miror.

Φάλλαινα τὶς ἰχθύς ἐστι θαλάσσιος κητώδεις (lege κητώδης)
Παρὰ τὸ ἄλλεσθαι εἰς φῶς, φάλλαινα καλουμένη·
Εκτὸς ἐξερχομένη γὰρ ὑδάτων καὶ θαλάσσης,
Ηλίου θάλπεται βολαῖς· ταύτης μὲν αὖθι ταύτης
Εστι καὶ τὶ ζωΰλλιον φάλλαινα καλουμένη,
Ο ταῖς λυχνίαις ἵπταται, τοῦ πυρὶ δὲ θνήσκει·
Παρὰ τὸ ἄλλεσθαι εἰς φῶς, καὶ αὕτη καλουμένη.
Εν δὲ ταῖς εἰς Λυκόφρονα ἐμοῦ (lege ἐμοὶ) ἐξηγήσεσι,
Καὶ περὶ τούτου ἔγραψα τότε τοῦ ζωϋλλίου·
Εστι καὶ ζῶον ἕτερον φάλλαινα κεκλημένον
Φάλλαινα, ψύχη, ψαφά τε, καὶ πυραυσίμορφός δε
Οπερ φασὶ κοινότερον τινὲς, κανδηλοσβέσταν.

Quæ conferenda ſunt cum Scholiis ad. v. 83.

His denique addam epiſtolam Joannis Tzetzæ quam exſcriptam è MS. Codice in Bibliothecâ Regia Pariſ. mecum pro ſingulari ſua humanitate communicavit vir doctiſſimus Ludolphus Neocorus: quæque hanc rem pene extra dubitationem poſuit.

Epiſtola Joannis Tzetzæ XXI. in Cod. 1565. Biblioth. Reg. Pariſ.

Τῷ Πατριαρχικῷ πρωτονοταρίῳ κυρίῳ Βασιλείῳ τῷ Ἀχειδηνῷ, ἐν τῇ εἰς τὸν Λυκόφρονα Ἰσαακίου τοῦ Τζέτζου ἐπιγραφῇ εὑρόντι Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου.

Φειδίας ἐκεῖνος ὁ πλάστης Ἀγορακρίτῳ ποτὲ χαριζόμενος φιλίας θεσμῷ, ἀνθρώπῳ χαρικῷ μὲν τὴν τέχνην, ἀλλ' οὐκ εὐχειρέως γράφειν εἰδότι, αὐτὸς οὗ μάλα πρὸς πλαστικὴν εὐτεχνίαν ἀγαλματώσας τὸ ἐν Ῥαμνοῦντι Διὸς καὶ Νεμέσεως ἄγαλμα, τούτῳ ἀνέθηκεν, ἐπιγράψας τῷ ἀγάλματι, Ἀγορακρίτου Παρίου· καὶ τὸ τῆς τέχνης [a] ἐνδεὲς δὲ ἐπιγράμματος ἐκείνῳ χαρίζεται. εἶτα Φειδίας μὲν ξενίας θεσμῷ ἀνδρὶ δυσπαλάμῳ περὶ τὴν τέχνην χαρίσασθαι περὶ τὰ μέγιστα οὐ κατώκνησεν; ἡμεῖς δὲ περὶ τὸν ἀδελφὸν, Φειδίου φανέμεθα δύσπεψοι, καὶ οὐκ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τούτῳ Φειδίᾳ ποιήσωμεν, εὐπαλάμων τε ὕμνων τελοῦντι κατὰ Πίνδαρον τέκτονι, καὶ ἡμῶν στεργομένῳ ἀσύγκριτα, ὥσπερ Φειδίᾳ ὁ Ἀγοράκριτος, καθ' ὅσον ἄρα καὶ ἀδελφότης πρὸς θέλγητρα ξενίας ἐφιλκυστικώτερον; [b] οὕτω κἀγὼ καὶ Φειδίας ἐκεῖνος τὰς ἐπιγραφὰς ἐπεγράψαμεν· ἀλλ' οὔτε Φειδίας ποτὲ, οὔτε ὁ Τζέτζης νενόσηκε παραπληξίαν ἢ λήθαργον, ὡς εἰς τοσοῦτον ἐλθεῖν τῶν μανιῶν, ὡς καὶ τοῦ οἰκείου λελῆσθαι ὀνόματος, καθάπερ τινὲς ὑποτόπασαν.

1. Λέξω τὰ πάντα νητρεκῶς, ἅ μ' ἱστορεῖς] Figuram his verbis ineſſe ait Euſtathius Homero familiarem, qua à multitudine ad paucitatem contrahitur Oratio; ecce ejus verba, Iliad. γ'. pag 314. Edit. Baſil. Συνήθες Ὁμήρῳ τὸ σχῆμα, τὸ ἐκ πληθυντικῶν καταβαίνειν εἰς ἑνικόν. οἷον καὶ τὸ, Ανθρώπους τίνυσθε, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ· ἐκ γὰρ τοῦ ἀνθρώπους εἰς τὸ ὅστις μετέβη, διότι οὐ πάντες οἱ καμόντες, ἤτοι θανόντες, κολάζονται, ἀλλ' ὁ κακός. Τοιοῦτο παρὰ ἄλλοις μυρίοις καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ, Διαπτύων ὅμως πύχοιμ', ὅστις μ' ἀτίσειε. καὶ τὸ, Δίκη γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν, Οστις πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς, Στυγεῖ. Καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ, Τὰ πλουσί' ἀεὶ κατέχοντα σώματα Πάσχει τοιαῦτα δέ τι, Οστις ἀνθρώπου φύσιν γεγὼς, ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ. Τοιοῦτο δὲ καὶ τὸ, Λέξω τὰ πάντα, ἅ μ' ἱστορεῖς. καὶ τὸ, Ελεξα πᾶν, ὅσον περ ἐξηπιστάμην. Καὶ ἐν τῇ α' ῥαψῳδίᾳ τὸ, Πάντες, ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ. καὶ ἐν τῇ δ' τὸ, Ταῦτα δ' ἀρεσσόμεθα, εἴ τι κακὸν εἴρηται. Iterum in Odyſſ. α' v. 11.

Ενθ' ἄλλοι μὲν πάντες, ὅσοι φύγον αἰπὺν ὄλεθρον.

Ορα τὸ, πάντες ὅσοι φύγον· ὅπερ ὅμοιον παρὰ τῷ Λυκόφρονι, τὸ, Λέξω τὰ πάντα νητρεκῶς, ἅσπερ θυμῷ ἔχω.

3. Οὐ γὰρ ἥσυχος κόρη Ελυσε χρησμῶν ὡς πρὶν &c.] Duplicem hic fuiſſe apud Veteres vaticinandi modum innuit Poeta: alterum quidem pacatum, & quietum; alterum vero, turbulentum, & furentium, aut Bacchantium ſimilem; quæ differentiæ interdum ex diverſitate dæmonum, interdum ex magnitudine, imbecillitate, aliiſque divini influxûs affectionibus provenire putabantur, ut nos docet Iamblichus lib. de Myſteriis Sect. III. cap. V. Εκ δὴ τούτων καὶ τὰ σημεῖα τῶν ἐπιπνεομένων γίνονται πολυειδῆ, κινήσεις τε τοῦ σώματος, καὶ μορίων τινῶν, παντελεῖς τε αὐτοῦ ἠρεμίαι, τάξεις τε ἐναρμόνιοι, καὶ χορεῖαι, καὶ φωναὶ ἐμμελεῖς, ἢ τἀναντία τούτων. καὶ ἤτοι τὸ σῶμα ἐπαιρόμενον ὁρᾶται, ἢ ὀγκούμενον, ἢ μετέωρον ἐν τῷ ἀέρι φερόμενον, ἢ τἀναντία τούτων περὶ αὐτὸ φαίνεται γιγνόμενα, φωνῆς ὁμαλότης κατὰ μέγεθος, ἢ κατὰ τὰ μεταξὺ διαλαμβανόμενα τῇ σιωπῇ διαστήματα πολλὰ διαιρεῖται, καὶ ἀνωμαλία. αὖθις ἐνίοτε μουσικῶς μὲν ἐπιτεινομένης καὶ ἀνιεμένης τῆς ἠχοῦς, ἐνίοτε δ' ἄλλον τρόπον. Et hic indicat Poeta Caſſandram, cum de tot tantiſque rebus, de tot regnorum, urbiumque everſione, & conſtitutione, tot regum, & heroum variis caſibus vaticinatura erat, propiore Dei numine afflatam fuiſſe, quam prius, cum de rebus minoris momenti quieta & tranquilla loquuta fuerat. Aliis tamen Poetis viſum eſt Caſſandram ſemper introducere, furenti more fata aperientem.

4. Ελυσε χρησμῶν] Κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν χρησμῶν, inquiunt Scholia MSS. in Barocc. Codice, ſed perperam; etſi enim non diffitear *ſolvendi* verbum

a In MS. Cod. ἐνδεὲς δέ.
b Hic in margine Scholium ſequens adſcriptum erat: ὥσπερ καὶ Σισυφοῦς ἐπέγραψε τὸν Κύρου ἀνδριάντα Θεμιστογένει Συρακουσίῳ, κἂν ἐπεκράτησεν ὅμως καὶ πάλιν Σισυφῶντος καλεῖσθαι.

bum finem rei nonnumquam denotare, ut cum Plautus dixit, *Vita ſolvere*: cum tamen os, aut linguam aliquis dicitur *ſolvere*, intelligendus eſt rupto quaſi ſilentio os aperire, metaphora à nodi ſolutione ducta; quo modo Ovidius *Solvere linguam ad jurgia* dixit; & Virgil. Georg. IV. v. 452. de Proteo,

graviter frendens, ſic fatis ora reſolvit:

i. e. aperuit. Quinetiam *Lumina in lacrymas ſolvere*, dixit Lucanus: ut alia teſtimonia omittam in re tam obvia.

Ibid. Αἰόλον ϛόμα] Αἰόλος varia habet ſignificata: Porphyrius, Αἰόλος, ταχὺς, ἀπὸ τῆς ἀέλλης. Theocriti Scholiaſtes, ἀπὸ τῶν Αἰολέων. Heſych. Αἰόλος, ποικίλος ἢ εὐκίνητος, ἀπὸ τοῦ αἰολεῖν, ὅ ἐστι κινεῖν. Euſtathius, & Scholiaſtes noſter tradunt, Æolum virum fuiſſe callidum, & inde verſutos omnes dictos eſſe, αἰόλους: & hæc ſignificatio non eſt ab hoc loco prorſus aliena; quodnam enim majus eſt ſagacitatis indicium, quam rerum futurarum ante multos annos præſenſio? quodnam ingenii plane divini teſtimonium evidentius exhiberi poterit, quam ea prædicere, quæ in obſcuro Temporis utero jacent recondita; quæque nulla ars, nulla philoſophia, nec ipſa magiſtra rerum experientia explicare, nedum inveſtigare queat? Hinc apud Veteres more receptum fuiſſe accepimus, ut nec bellum gererent, nec leges ferrent, nec aliquid grave negotium ſuſciperent, quod non eſſet vatum conſenſu prius approbatum. *Proditum clariſſimis Auctoribus ſcio*, (inquit Cœlius) *Athenienſes publicis conſiliis divinos quoſdam ſacerdotes adhibuiſſe, quos* Mantes *vocant. Nam & Lacedæmonii regibus ſuis Augures aſſeſſores dabant. Quin & ſenibus* (*ſic enim conſilium nuncupant publicum*) *Augur intererat.* Antiq. l. XVIII. c. XXV. Addit autem Strabo tantam fuiſſe eorum ſapientiæ opinionem, ut etiam imperio digni judicarentur, Geogr. l. XVII. Sed non opus eſt ad aliorum teſtimonia confugere, cum Poeta noſter hoc abunde teſtatus ſit, dum *Siſyphium* vocat Calchantem vatem, quod Siſyphus calliditate, & prudentia notus ſit, ut infra patebit, v. 980.

Κάλχας ὀλαιόθυον Σισυφεὺς ἀντηρίδ' μων.

Alii ϛόμα αἰόλον exp. varium; quod Caſſandra de rebus variis vaticinata ſit; utpote quæ enumeratis Græcorum, & Trojanorum pugnis, cædibus, miſeriis, erroribus, coloniis, &c. artificioſiſſimam Hiſtoriæ ſeriem ad Poetæ uſque tempora deducat. Mihi tamen placebit magis, qui αἰόλον hic exponet obſcurum, & intricatum, variiſque ambagibus implicatum: cujus ſignificationis admonuit nos antiquus Sophoclis Interpres, cum tradit Noctem αἰόλαν dictam eſſe, quod ſit μέλαινα, i. e. nigra; & nigra pro obſcuris ſumi nemini ignotum eſt. Ecce ejus verba, Αἰόλα νὺξ· μέλαινα, ὡς οἱ νεώτεροι. ἢ ποικίλη, διὰ τὰ ἄστρα. ἢ ταχεῖα, διὰ τὸ Νυκτὶ θοῇ, παρ' Ὁμήρῳ. Idem, ſed multo clarius, docet Æſchylus, quem Poeta noſter non raro exprimit, in Prometheo,

Ἦκον ἀναγγέλλοντες αἰολοστόμους
Χρησμοὺς, ἀσήμους δυσκρίτους τ' εἰρημένους.

h. e. ἀναγγέλλοντες ποικίλως, καὶ αἰνιγματώδεις, καὶ ἀσαφεῖς, inquit Scholiaſtes.

6. Δαφνηφάγων] Lauro vim ineſſe vaticinatricem, unde μαντικὸν φυτὸν appellata eſt, ſecundum illud,

——— *venturi præſcia laurus*,

Poeticam etiam facultatem adjuvare, & Apollini ſacram eſſe, qui duplici Arti, Vaticinatrici nempe, & Poeticæ præeſſe credebatur; ex ejuſque amica, Daphne, originem, & nomen traxiſſe, nemini ignotum eſſe poteſt. Verum hoc loco prætereundum non erit, eos, qui Arti Vaticinatrici nomina dederant, tribus potiſſimum modis Lauro uſos fuiſſe. Primo, quod innuit Poeta, ea veſci ſolebant, quum erant oracula daturi; & hoc inter conditiones ad vaticinandum neceſſario requiſitas, peneque ipſi Caſtitati æquale habitum fuiſſe memorat Sibylla in Tibullo,

——— *ſic uſque ſacras innoxia laurus*
Veſcar, & æternum ſit mihi Virginitas.

Secundo, Lauro capita coronare ſolebant. Tertio, Lauri virgam manibus geſtabant, quæ, ut alia omittam teſtimonia, de ſe teſtatur Caſſandra, apud Æſchylum, Agamemn. v. 1272.

——— ἔχω τάδε
Καὶ σκῆπτρα, καὶ μαντεῖα περὶ δέρῃ στέφη.

Porro ſcipionem illum laureum, ἰθυντήριον dictum fuiſſe, ex Heſychio diſcimus: Ἰθυντήριον, ὃ φέρουσιν οἱ μάντεις σκῆπτρον ἀπὸ δάφνης. Nec omittendum ex ipſa Lauro nonnumquam Vates omina elicuiſſe: quod faciebant, laureum ramum in ignem mittendo, qui, ſi igne crepitaret, bono erat omini; ſin taceret, malo; unde δάφνην dictam putarunt nonnulli, ἀπὸ τοῦ δὰ φωνεῖν, quod, cum *valde crepitaret*, fœlicitatis eſſet prænuntia. Tibullus, lib. II. El. V. v. 81.

Ut ſuccenſa ſacris crepitet bene Laurea flammis,
Omine quo felix, & ſacer annus eat.

Et Propertius tacentis malefica omina memoravit, lib. II. El. XXI. v. 36.

Deficiunt magico torti ſub carmine rhombi,
Et jacet extincto Laurus aduſta foco.

Ibid. Φοιβάζειν] Φοιβάζειν proprie dicebatur Pythia, aut Caſſandra, aut quævis alia *Phœbi* numine afflata, cum, ut ait Claudianus,

——— *totum ſpirant præcordia Phœbum.*

Catachreſtice etiam ἐφοίβαζον, qui ab aliis numinibus prophetiam acceperant, quod Phœbus vatum præfecturam peculiari jure ſibi vendicare creditus ſit, quam tamen non ex ſe, ſed à Jove patre communicatam habuit; quod recte obſervatum aliquot Poetarum locis lucem dabit. Æſchylus Sacerdotibus,

Στέλλειν ὅπως τάχιστα, ταῦτα γὰρ πατὴρ
Ζεὺς ἐγκαθιεῖ Λοξίᾳ. ———

Ubi innuit, Apollinem à Jove futurorum cognitionem, quam deinde hominibus tradit, habere. Idemque teſtatur Virgilius, apud quem Harpyia Æneadis ſic fatur, Æn. III. 250.

Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta:
Quæ Phœbo Pater omnipotens, mihi Phœbus
Apollo
Prædixit, vobis Furiarum ego maxima panda.

Quam ob cauſam, cum Apollo apud Æſchylum

Digitized by Google

lum oraculis ſuis debitos honores ſolvi jubet, addit, Jovis etiam reſponſa æquali in pretio habenda eſſe, Eumenidibus,

Κἀγώ τε χρησμοὺς, τοὺς ἐμούς τε, καὶ Διὸς
Ταρβεῖν κελεύω. ———

Et hæc ratio aſſignari ſolet, cur Jovi τοῦ Πανομφαίου cognomen tributum ſit; quod nempe ſit πασῶν τῶν ὀμφῶν αἴτιος, i. e. aliis omnibus Diis & hominibus facultatem vaticinandi daret. Homerus Il. θ'.

Ἔνθα Πανομφαίῳ Ζηνὶ ῥέζεσκον Ἀχαιοί.

Ad quod Euſtathius hæc verba habet, Πανομφαῖος ἐστὶν, ὁ πάσης μαντείας αἴτιος. οἱ γὰρ ἄλλοι μάντεις ὑποφῆται Διός εἰσιν, εἴτε δαίμονες ἐκεῖνοι, εἴτε ἄνθρωποι. p. 597. Edit. Baſil. Ad Caſſandram vero quod attinet, ut ad ipſam redeam, notum eſt illam vaticinium ex Apolline didiciſſe, promiſſo ei concubitu; unde Φοιβὰς tam à Latinis, quam Græcis Poetis frequenter dicitur, Euripides Hecub. v. 827.

Ἡ Φοιβὰς, ἣν καλοῦσι Κασσάνδραν Φρύγες.

Et Seneca Agamemn. v. 588.

Effræna Phœbas entheas laurus quatit.

Et eodem ſenſu paullo ante dixerat,

Tenetque regnum Famula verdici Dei.

7. Σφιγγὸς κελαινῆς] Scholiaſtes tradit Sphingem hic κελαινὴν, i. e. *nigram*, appellari, ἢ διὰ τοὺς φόνους, ἢ τὰ αἰνίγματα, & poſſet aliquis ob cædes horrendas hoc epitheto notari, ut infra patebit; ſed cur eo ſenſu Caſſandræ conveniat, nulla ratio reddi poteſt: quamobrem indubium eſt, Lycophronem eam heic Sphingi comparare, quod obſcure & ænigmatice vaticinata fuerit. Et *nigra*, vel *atra* pro occultis ſumi notiſſimum eſt: Æſchylus Supplic. v. 83.

Μέλαιναι ξυντυχίαι
Μερόπεσσι λαοῖς.

h. e. latet homines, qualis eos fortuna, qui caſus maneant, ut explicat Scholiaſtes, Τοῖς μὲν (inquit) ἀνθρώποις ἐκ ὑπουόητός ἐστιν, ἀλλὰ μέλαινά τις αὐτοὺς κατέχει συντυχία. Et voci κελαινὸς exacte apud Latinos reſpondet *obſcurus*: eodem modo Lycophron occulta vocabit τὰ ἐν σκότει, i. e. *tenebroſa*; nec aliter dixit Horatius,

Prudens futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit Deus.

9. Κλύοις] Decoro conſulit Nuntius, qui coram Priamo rege verba faciens, optandi modum adhibuit, omiſſa imperandi ruſticitate: quam venuſtatem Attica præcipue Muſa cognitam habuit. Æſchylus, in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις,

——— ὦ πολιοῦχοι
Θεοὶ, τοῖσι μετ' ἔξω
Πύργων ἀνδρολέτειραν
Καὶ τὰν ξιφόπλακτον ἄταν
Ἐμβαλόντες, ἀροῖσθε
Κῦδος. ———

Et apud Soph. Electr. Clytæmneſtra Apollinem ſic modeſte affatur,

Κλύοις ἂν ἤδη, Φοῖβε προστατήριε.

Ubi Demetrius Triclinius hæc verba habet, Εἰώθασιν οἱ Ἀττικοὶ ἐπ' ὅτε τὰ προστακτικὰ εὐκτικῶς φέρειν. Vetus autem Interpres moris hujus rationem reddit; Κλύοις, ἀντὶ τοῦ ἐπάκουε· ἐπὶ γὰρ μεγάλων προσώπων, ἐφ' ὧν ἐδόκει βαρὺ φανερῶς προστάττειν, ἐχρῶντο οἱ Ἀττικοὶ εὐκτικῷ μετὰ τοῦ ἄν, ὡς ἐνταῦθα. Pleniſſime hunc morem perſequitur, ejuſque alias etiam cauſas enumerat Euſtathius, Commentario in Iliad. α'. p. 9. Ed. Baſ. qua ſola uſi ſumus, ut hoc ſemel moneam; Δεῖ γὰρ εἰδέναι, (inquit) ὅτι ἀπανέργως καὶ φυσικῶς, πάσα παρακίνησις, καὶ διέγερσις, καὶ [...] εἰς ἔργον ἐρεθισμὸς διὰ προστακτικοῦ ῥήματος γίνεται· [...] ποτε δυσωπία τις ὑπεστιν, ἢ φόβος, ἢ αἰδὼς, ἢ [...]ρεσις, ἢ ἄλλη τις ἔνδειξις φωνῆς θερμότητος ἐνδιάζοντος, τότε ἀντὶ προστακτικοῦ, εὐκτικῶς ὁ λόγος σχηματίζεται. καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ἐφεῦρε τὰ εὐκτικὰ ῥήματα. Quin etiam Optandi modus pro Imperfecto Indicandi nonnumquam adhibetur, ut quum apud Æſchylum, Prometheus in cognomine Dramate Jovi ſic fatur,

Ἡ δυσπετῶς ἂν τοὺς ἐμοὺς ἄθλους φέροις.

Ubi Scholiaſtes, Δυσχερῶς ἂν τοὺς ἐμοὺς ἄθλους ἔφερες, τὸ γὰρ φέροις ἀντὶ τοῦ ἔφερες. τοῦτο δὲ Ἀττικὸν, τὸ τοὺς εὐκτικοὺς ἐνεστῶτας ἀντὶ τοῦ παρῳχημένου λαμβάνεσθαι. Nonnumquam vero pro Imperandi modo, Futurum Indicandi uſurpant, ut apud Sophoclem Antigon. v. 83.

Ἀλλ' οὖν προμηνύσῃς γε τοῦτο μηδενὶ
Τοὔργον, κρυφῇ δὲ κεῦθε. ———

Ubi Triclinius, Ἰστέον ὅτι οὐ μόνον τὰ εὐκτικά ἐστιν ὅτε προστακτικῶν δυνάμεις ἔχοντα εὑρίσκεται, ἀλλὰ καὶ ὁριστικὰ ῥήματα ἐπὶ μέλλοντος, ὡς ἐστι κἀνταῦθα· εὑρήσεις δὲ ἀλλαχοῦ, εἰ ζητοίης. Frequentiſſime vero pro Imperativis adhibentur Infinitivi modi; Ariſtophan. Ran. Act. I. Scen. II.

——— τόδ' ἤδη καὶ σὺ σαυτόν.

Ubi Biſetus, nuperus Scholiaſtes, τότε καὶ σὺ ἤδη, ἤγουν ἴθι, ἄφες, χέσαις σαυτόν. αἱ δὲ παραλήψεις τῶν ἀπαρεμφάτων ἀντὶ προστακτικῶν Ἰώνων εἰσίν. Ὅμηρος Ιλ. β'.

Πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν, ———

ἀντὶ τοῦ, ἀγόρευε. Et Phocylides, initio Νουθετικοῦ Ποιήματος,

Μήτε γαμοκλοπέειν, μήτ' ἄρσενα Κύπριν ὀρίνειν,
Μήτε δόλους ῥάπτειν, μήθ' αἵματι χεῖρα μιαίνειν,
Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν,
Ἀρκεῖσθαι παρέουσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.

Ne tibi ſint Veneris furtiva, aut maſcula curæ
Munera: ne tacito verſes ſub pectore fraudem:
Nulla manus cædes, aut ſanguis polluat: auri
Nullos per fraudes, aut vim tibi congere acervos:
Sed bene quæſitis fruere; & quæcumque dabit ſors
His contentus abi; nec turpi vivere rapto.

Sed in his, & ſimilibus docent Grammaticorum nonnulli, verbum θέλε, aut aliquid tale ſupplendum eſſe.

Ibid. Ἀναπεμπάζειν] Heſychio eſt, ἐπαναλαμβάνειν τὰ προειρημένα, ἀνασκέπτεσθαι, ἀναριθμεῖν. Fit autem ἀπὸ τοῦ πεμπάζεσθαι, τὸ κατὰ πέντε ἀριθμεῖν, τὸ γὰρ πέντε Αἰολεῖς πέμπε λέγουσιν, ut ait Idem. Phavorinus, Ἀναπεμπάζειν, ἀναπέμπεσθαι, ἀναμιμνήσκεσθαι, εἴρηται ἀπὸ τοῦ τοῖς πέντε δακτύλοις ἀριθμούντων. οἱονεὶ κατὰ πεντάδα ἀριθμούντων. Euſtath. Il. α'. Πέμπε Αἰολεῖς τὸ πέντε φασὶν, ὅθεν καὶ πεμπάζειν, κυρίως τὸ κατὰ πεντάδας ἀριθμεῖν, ἐξ οὗ ἀναπεμπάζειν μεταφορικῶς τὸ ἀναμετρεῖν, καὶ ἀναλογίζεσθαι. Huic loco poſtremus, ſive metaphoricus ſenſus convenit, quo dicitur *cum animo verſare, etiam atque etiam expendere*, id quod Græci ἀναμάσσεσθαι τὸ πρᾶγμα, Latini *ruminare*

Digitized by Google

nare negotium appellant, ut ait Eraſmus Adag.

10. Διοίχνει οἴμας &c.] Continuata metaphora uſus eſt Poeta, à viæ decurſu ad ſermonem tranſlatione eleganter facta: quæ metaphora aliis familiaris eſt, quoties de ſermonis, ut conſiliorum, aut rerum agendarum methodo verba faciunt, quod exemplis clarius patebit; Ariſtophanes Pace,

—— ἡμεῖς δ' αὐτοῖσι διαταῦς
Ην ἔχομεν ὁδὸν λόγων εἴπομεν.

Idem alio loco,

Φράζου, Ερεχθείδη, λογίων ὁδὸν, ἥν σοι Απόλλων
Ιαχεν. ——————

Æſchylus eodem ſenſu dixit λόγων ἴχνος, Prometheo,

Τὰ λοιπὰ δ' ὑμῖν, τῇ δέ τ' ἐς κοινὸν φράσω,
Ες ταυτὸν ἐλθὼν τῶν πάλαι λόγων ἴχνος.

Ex eodem fonte enarrare Græci ἀνελθεῖν, ἐπελθεῖν, &c. Latini *percurrere* frequentiſſime dicunt. Ariſtoph. Equit.

———— εἶθ' ἐπέλ-
θοις ἅπαντά μοι σαφῶς.

Euripides Phœniſſ. v. 1213.

———— ἀλλ' ἄνελθέ μοι πάλιν
Τί τἆπὶ τούτοις παῖδ' ἐμὼ δρασείετον;

Ubi Scholiaſtes, Ανελθε· ἀνάδραμε, διήγησαι. Sed non ad Orationem modo, verum etiam, ut dixi, ad curas, cogitationes, conſilia, aliaque ſimilia hæc verba applicantur. Ariſtophanes in Avibus de cantu dixit,

—— πέτομαι δ' ὁδὸν μελέων
Αλλοτ' ἐπ' ἄλλαν.

Sophocles Oedip. Tyran. v. 67.

Πολλὰς ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις.

Euripides eadem metaphora uſus eſt, Hecub. v. 743.

Οὔ τοι πέφυκα μάντις, ὥστε μὴ κλύων
Εξιστορῆσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων.

Et in Oreſte, v. 632.

Διπλᾶς μερίμνης διπτύχους ἰὼν ὁδούς.

Sophocles denique verbum πορεύεσθαι tam ad res, quam ſermonem applicavit, Oedip. Tyran. v. 894.

Εἰ δέ τις ὑπέροπτα χερσὶν,
Η λόγῳ πορεύεται,
Δίκας ἀφόβητος.

Hinc natum Proverbium, Εν τριόδῳ εἰμὶ λογισμῶν, cum quis variis curis, & cogitationibus huc illuc agitur, quo ſe vertat neſcius. Suidas, Εν τριόδῳ εἰμὶ λογισμῶν, παροιμία ἐπὶ τῶν ἀδήλων, καὶ ἀμφιβόλων πραγμάτων, ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἐν τριόδῳ γενόμενος, οὐκ οἶδε ποίᾳ χρήσεται ὁδῷ.

13. Εγὼ δ' ἄκραν βαλβίδα &c.] Cum viæ prius, & ſemitæ Orationem comparaſſet, continuato Tropo ejus initium comparat Carceribus, ſive loco, à quo emittebantur, qui curſu certabant. Similiter Ariſtophanes Veſpis,

Καὶ μὴν εὐθύς γ' ἀπὸ βαλβίδων περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδείξω
Τῆς ἡμετέρας, ὡς οὐδεμιᾶς ἥττων ἐστὶ βασιλείας.

Quem locum ſic explicat Interpres vetus, Από βαλβίδων, ἀπ' ἀρχῆς εὐθέως. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν σταδιοδρομούντων. βαλβὶς γάρ ἐστιν ἡ ἀφετηρία, γραμμὴ δὲ, ἐφ' ἧς εἱστήκεισαν, ἕως ἂν ἀποσημανθῇ ὁ δρόμος αὐτῶν. Nonnunquam, ut obſervavit Salmaſius in Plinian. Exercitat. in Solini Polyhiſt. Βαλβὶς ſtadii erat lignum traverſarium inter duo alia exſtantia poſitum, quod, ſigno dato, funibus laxabatur, & in lineam ſubtus cavatam decidens, limini januæ complanato ſimile exiſtebat. Quod innuunt Ariſtophanis Scholiaſtes vetus Equit. & Heſychius, quorum ille tradit βαλβίδα fuiſſe lignum in curſus initio poſitum, hic vero utrimque habere alia quædam exſtantia. Ariſtophanis Scholiaſtes, Βαλβὶς καλεῖται τὸ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ δρόμου κείμενον ἐγκάρσιον ξύλον, ὃ καὶ ἀφετηρίαν καλοῦσι. Heſychius, Βαλβὶς, ἀφετηρία, * * καὶ παρὰ Ιπποκράτει βαλβῖδες, τὸ ἔχον ἑκατέρωθεν ἐπαναστάσεις. Utrimque autem duo Hermulæ exſtabant, qui fune demiſſo repagulum ſolvebant. Hinc patet quid intelligendum ſit per Ακραν βαλβίδα μηρίνθου χάσας. Hæc de curſu peditum, in equeſtribus enim certaminibus alium fuiſſe μηρίνθου uſum haud ignoro, nam ante carceres ſuſpenſus erat funiculus, quo cohibebantur equi, ne ante datum ſignum exirent, atque æquo limite continerentur omnes: docuit hoc Pauſanias, Πρὸ δὲ τῶν ἁρμάτων, (inquit) καὶ τῶν ἵππων τῶν κελήτων, διήκει πρὸ αὐτῶν καλώδιον ἀντὶ ὑσπλήγγων.

14. Λοξῶν ἐπῶν] Continuavit heic priorem metaphoram; cum enim comparaſſet orationem viæ, aut ſemitæ, jam ænigmata, & obſcuras orationis ambages aſſimilat *tortuoſis* viarum flexibus, è quibus haud facile aliquis ſe expedire poterit; nam λοξὸς idem valet, quod ἐπικαμπὴς, πλάγιος, σκολιός. Unde Apollo Λοξίας, παρὰ τὸ λοξῶς μαντεύεσθαι, quia ſolebat reſponſa ſua obſcuris verborum involucris tegere. Suidas, Λοξίας, ὁ Απόλλων, ὁ λοξὴν ἰὰν ἀποπέμπων, λοξῶς γὰρ ἐμαντεύετο,

Κροῖσος Αλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

Sunt tamen qui Apollinem Λοξίαν inde vocatum ſcribunt, quod per varios flexus iter annuum in Zodiaco perficiat. Idem loco citato addit, Η ὁ λοξὴν πορείαν ποιούμενος, ὁ αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡλίῳ. Ariſtophanes initio Pluti de Apolline verba faciens,

———— τοῦ δὲ Λοξίου
Ος θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου.

Ubi Interpres vetus, Τῷ δὲ Λοξίᾳ· τῷ Απόλλωνι, ἤτοι τῷ λοξὴν ἰὰν πέμποντι, λοξὰ γὰρ μαντεύεται ὁ θεός. ἢ τῷ λοξὴν πορείαν ποιουμένῳ, ὁ αὐτὸς γάρ ἐστι τῷ ἡλίῳ. His conſentit Etymologici Auctor, Λοξίας, ὁ Απόλλων, ὡς μὲν οἱ Πυθαγορικοὶ, ἀπὸ τοῦ λοξὴν τὴν ἰὰν, τουτέστι τὴν φωνήν· ἢ παρὰ τὸ λοξῶς ἰέναι τὸν ἥλιον διὰ τοῦ ζῳδιακοῦ, καὶ Λοξίας, ὁ λοξὴν κίνησιν κινούμενος, ὁ αὐτὸς γὰρ τὸ ἡλίῳ. Lege τῷ ἡλίῳ.

15. Πρώτην ἀράξας νύσσαν] Plures ſtatuebant νύσσας in curſus certamine: unam in initio, alteram in fine, & in medio aliam; unde hæc vox ambigua eſt, interdumque pro initio, ut heic; interdum pro meta, ſeu fine accipi ſolet. Tzetzes ἀφετηρίαν explicat, at Suidæ νύσσα eſt, καμπτὴρ, τέρμα, βαθμός. Quales autem fuerint hæ νύσσαι, explicat Homerus Iliad. ψ'. v. 327.

Εστηκε ξύλον αὖον ὅσον τ' ὄργυι' ὑπὲρ αἴης,
Η δρυὸς, ἢ πεύκης, τὸ μὲν οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ,
Λᾶε δὲ τοῦ ἑκάτερθεν ἐρηρέδαται δύο λευκὼ,
Εν ξυνοχῇσιν ὁδοῦ, λεῖος δ' ἱππόδρομος ἀμφὶς,
Η τευ σῆμα βροτοῖο πάλαι κατατεθνειῶτος,
Η τόγε νύσσα τέτυκτο ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων.

17.

17. Κρατπνοῖς ὑπερποτᾶτο Πηγάσου πτεροῖς] Homerus narrat Auroram equos habuiſſe Lampum & Phaethontem, ſequioris autem ævi Poetæ Pegaſo vectam referunt. Euſtathius Iliad. λ΄. de Aurora loquens, eam ait eſſe ἔποχον ξυνωρίδος ἵππων καθ' Ὅμηρον, Λάμπου καὶ Φαέθοντος, τῷ Πηγάσῳ κατὰ τοὺς νεωτέρους. Scholiaſtes vetus Iliad. ζ΄. v. 155. Auroram à Jove impetraſſe refert, ut Pegaſo veheretur, Τὸν δὲ ἵππον (de Pegaſo loquitur) λαβεῖν φησὶ Ἠῶ, δεηθεῖσαν τοῦ Διὸς, δῶρον πρὸς τὸ ἀκόπως ποιεῖσθαι τὰς τοῦ κόσμου περιόδους. Quidam tradunt Pegaſum fuiſſe Auroræ filium, unde eum *Memnonis unigenam* vocavit Catullus, ut Dianam, *Phœbi unigenam*, ſunt enim *Unigenæ*, duo fratres, aut ſorores: Epigr. de Coma Berenices,

Abruptæ paullo ante comæ mea fata ſorores
Lugebant, quam ſe Memnonis Æthiopis
Unigena impellens nutantibus aëra pennis
Obtulit Arſinoës Chloridos ales equus.

Pegaſi autem pinnas Auroræ affingunt, propter rapidiſſimum cœli vertiginem, quæcumque enim citato motu feruntur, Pegaſo comparari ſolent, Seneca Troad. v. 380.

Quidquid ſol oriens, quidquid & occidens
Novit; cæruleis Oceanus fretis
Quidquid vel veniens, vel fugiens lavat,
Ætas Pegaſeo *corripuit gradu.*

Et quæ celeri rapidoque curſu moventur, alas habere dicuntur; unde ἔπεα πτερόεντα dixit Homerus: Mercurius quoque, Deorum nuncius, alas habere creditus eſt, Venti item, & id genus alia. Et πτερόεντα Lexicographi *celerem* explicant; Suidas, Πτερόεντα, ταχέα, κοῦφα. Πτερόεντι, ταχεῖ, ταῖς τῶν ἀνέμων οἰκείαις συστροφαῖς ἐοικότι. Sacræ etiam Paginæ Scriptores his metaphoris ſubinde uti ſolent, præſertim divinus ille Pſalmorum Auctor, Pſ. XVIII. v. 10. ubi de Deo loquitur, Καὶ ἐπέβη ἐπὶ Χερουβὶμ καὶ ἐπετάσθη, ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων. Quod intelligendum videtur de veloci judiciorum Dei executione. Et Pſal. CXXXIX. *Auroræ pinnas* dixit: *Aſſumam* (inquit) *pinnas Auroræ, & commorabor in ultimo maris.*

18. Τιθωνὸν ἐν κοίτῃσι τῆς Κέρνης πέλας Λιποῦσα] Hæc Auroræ ſurgentis deſcriptio Poetis eſt admodum familiaris, Homerus initio Iliad. λ΄.

Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο
Ὤρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι, ἠδὲ βροτοῖσι.

Ubi Euſtathius, Περίφρασις ποιητικὴ τὸ, Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων. ἔστι δὲ ὁ νοῦς τοῦ περιφράσεως, ὡς ἡμέρα ὑπὸ ἡλίου γέγονε. Τὸν δὲ μῦθον τοῦτον καὶ ὁ Λυκόφρων ἐν καταρχῇ τοῦ αὐτοῦ ποιήσεως ἐκτίθεται. Virgilius Æneid. IV. v. 584.

Et jam prima novo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Ibid. Κέρνης πέλας] Varias de hujus Inſulæ ſitu ſententias ſi quis enumerare vellet, totas is paginas implere poterit; ad præſens inſtitutum ſat erit, ſi pateat Auctores idoneos in Oriente poſitam affirmare, unde ſuum curſum incipit Aurora: hoc autem teſtatur Euſtathius in Dionyſium Περιηγητὴν v. 218. de hac Inſula agens, Η θέσις δὲ αὐτῆς διαφωνεῖται, οἱ μὲν γὰρ ἀνατολικὴν αὐτὴν ὑποτίθενται, ὡς καὶ Λυκόφρων ἐμφαίνει, οἱ δὲ δυτικὴν, Διονύσιος δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς.

19. Σὸν ἀμφιμήτορα κάσιν] Tuum (i. e. Priami) paternum fratrem. Nam Ἀμφιμήτειος fratrem denotat ex eodem patre, matre autem diverſa genitum. Heſychius, Ἀμφιμήτωρ, ὁμοπάτειος, ἀλλ' οὐχ ὁμομήτειος. Suidas, Ἀμφιμήτωρ, ὁ ἑτερομήτωρ, Αἰσχύλος. Unde ἀμφιμάτορας κόρους dixit Euripides, fratres eodem patre, diverſa matre natos, Andromache v. 466.

Οὐδέ ποτ' ἂν δίδυμα
Λέκτρ' ἐπαινέσω βροτῶν,
Οὐδ' ἀμφιμάτορας κόρους.

Ubi Scholiaſtes, Ἀμφιμάτορας, τοὺς ἐκ διαφόρων μητρῶν, ἐξ ἑνὸς δὲ πατρός. Pari ratione ἀμφίπτολιν dixit Æſchylus, malum ex diverſis urbibus natum, Choephor. v. 73.

Ἐμοὶ δ' ἀνάγκαν γὰρ ἀμφίπτολιν
Θεοὶ προσήνεγκαν.

Ubi Interpres vetus, Ἀμφίπτολιν, τὴν ἐκ διαφόρων πόλεων, ὡς ἀμφιμάτορας κόρους φησὶν ὁ Εὐριπίδης. Cæterum paternum Priami fratrem appellat Tithonum, nam Laomedon Priamum genuit, & Tithonum, illum ex Leucippe, hunc autem ex Rhœone, vel Strymone, Homerus Iliad. υ΄. v. 237.

Λαομέδων δ' ἄρα Τιθωνὸν τέκετο, Πρίαμόν τε.

Phavorinus, Τιθωνὸς, κατὰ τὸ μυθικὸν, καὶ τὴν ἱστορίαν, ἦν ἀδελφὸς Πριάμου ἀμφιμήτειος· ὁ μὲν γὰρ Πρίαμος ἦν Λευκίππης, ὁ δὲ Τιθωνὸς Ῥοιοῦς, τῆς Κασάνδρας, υἱὸς, ἢ Στρυμοῦς· ἀμφότεροι δὲ πατρὸς Λαομέδοντος.

20. Οἱ δ' ἔσω χρόνῳ εὐγάληνα χερμάδος Ναῦται λίαζον] Ut naves portum haberent tranquillum, mos erat funibus earum puppes ad terram, aut petram alligare; hos Latini *Retinacula*, Græci πείσματα, vel πρυμνήσια vocabant. Suidas, Πρυμνήσιον, τὸ ὑπόγειον σχοινίον. Hinc emendo Heſychium, apud quem legitur, Πρυμνήσια, ὑπόγεια, σχοινία. Lege, ὑπόγεια σχοινία. Unde cum portum intrabant, funes hoſce ligare dicuntur, ut apud Homerum Od. κ΄. v. 95. ubi Ulyſſes de ſe ait,

Αὐτὰρ ἐγὼν οἶος σχέθον ἔξω νῆα μέλαιναν,
Αὐτοῦ ἐπ' ἐσχατιῇ πέτρης ἐκ πείσματα δήσας.

Et Seneca in Medea, v. 611.

Et tot emenſus pelagi labores,
Barbara funem religavit ora.

E contra cum navigabant, *ſolvere funes* dicuntur, Ovidius Met. l. XV. v. 695.

Æneadæ gaudent, cæſoque in litore tauro,
Torta coronatæ ſolvunt retinacula navis.

Et l. XIV. v. 445.

Solvitur herboſo religatus ab aggere funis,
Et procul inſidias, infamatæque relinquunt
Tecta Deæ. ———

Ulyſſes apud Homerum à Læſtrygonibus ſibi timens, funes præ feſtinatione ſe dicit abſcidiſſe, Od. κ΄. v. 126.

Τόφρα δ' ἐγὼ, ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ,
Τῷ ἀπὸ πείσματ' ἔκοψα νεὸς κυανοπρῴροιο.

Cauſa autem cur naves funibus ligabant, erat, ut immunes præſtarentur à venti fluctuumque impetu & agitatione, tutæque & tranquillæ in portu quieſcerent; unde, ſi quando contingeret portus ventis procellisque minus obnoxius, funes non adhibebant; teſtis Homerus Od. ι΄. v. 136.

Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν.

Porro hunc verſum ante oculos habuit Euſtathius

thius in Odyſſ. ν'. Τρίβον δὲ λίθον λέγει, ὃν περὶ τὸ πρῶ τὸ πρωτῷ, ἢ περὶ τὸ χεῦ τὸ ἐδίω, χρόνον ὁ Λυκόφρων καλεῖ.

23. Ἰουλόπεζοι] Coincidit hoc epitheton cum Sophocleo πολύκωπος Trachin. v. 663. Nam à remorum multitudine naves comparantur Julis, qui vermes ſunt in vitibus plerumque & ilicibus inveniuntur quos Græci ὄνους, ὀνίσκους, vel etiam σκολοπένδρας, Latini à pedum multitudine, *multipedas*, *centipedas*, & *millipedas* appellant. Theon in Aratum, Ἴουλος, σκώληξ ἐστὶ πολύπους, μυρίοις γὰρ ποσὶ χρῆται, ὅμοιος τῇ σκολοπένδρᾳ, οἱ δὲ αὐτοὺς τὰς σκολοπένδρας ἰούλους φασίν. Nicandri Scholiaſtes, Ἴουλος, εἶδος θηρικὸς, ἢ σκώληκος τῶν καλουμένων μυριόποδος. Vide Suidam, Heſychium, Ariſtotelem Hiſt. Animal. lib. IV. cap. VI. Dionem Chryſoſtom. p. 98.

Ibid. Εὐῶπες] Simili metaphora Æſchylus dixit εὐπροσώπῳ κοίτᾳ Choephor. v. 969. Et navium proræ ſolent cum animalium vultibus comparari. Idem in eadem Tragœdia v. 389. dixit Πάροιθεν τῆς πρῴρας, i. e. τῆς ὄψεως, *ante faciem*. Et ſicut Lycophron naves dixit *formoſos* habere *vultus*, ita viciſſim Æſchylus homines ait eſſe *proris pulcris* præditos. Unde in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, cum voluit Parthenopæo pulcritudinis laudem tribuere, eum appellat καλλίπρῳρον. Ubi Scholiaſtes vetus hæc ſcribit, Τοῦτο δὲ τροπικὸν ἀπὸ τῆς νεὼς, ὥσπερ γὰρ ἡ πρῴρα ταύτης θεωρία τις καὶ ἄποψις τυγχάνει τῶν πόῤῥωθεν, καὶ οἷον δι' αὐτῆς τὸ μακρόθεν διαγιγνώσκεται, οὕτω καὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου εἶδος πρῴρα τις φαίνεται, καὶ προσορᾶται γὰρ ἐμφανῶς ἅπασι, καὶ ἐκφαίνεται μάλιστα τῶν ἄλλων μερῶν. Idem in Agamemnone v. 244. dixit στόματος καλλιπρῴρου, i. e. εὐμόρφου, explicante Scholiaſte. Huc reſpexit Heſychius, Καλλίπρῳρον, εὐπρόσωπον. Idem, Πρῷρα, πρόσωπον, ἢ τὸ ἔμπροσθεν τοῦ πλοίου. Hinc Senes dicuntur πρῳράχθεις, quod ipſorum vultus deorſum ſpectent, quaſi pondere aliquo oppreſſi. Idem, Πρῳράχθη, ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν πλοίων, ἐκεῖνα γὰρ ἐν τῇ πρῴρᾳ τὸν φόρτον φέρει, καὶ ἐπαιωρούμενα ἐγκαθίζεται τῇ θαλάσσῃ· φυσικῶς δὲ οἱ γέροντες ἐπὶ τὸ πρόσωπον φέρονται. Simili metaphora Homerus dixit naves, *genas* habere *minio* ornatas, eo quod proras haberent rubro colore depictas, Iliad. β'. v. 144.

Τῷ δ' ἅμα νῆες ἕποντο δυώδεκα μιλτοπάρῃοι.

Ubi Euſtathius p. 233. Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι μίλτος, χρῶμά ἐστιν ἐρυθρὸν, δι' οὗ τὰ τῶν νηῶν ἔμπροσθεν βάπτονται εἰς ὡραϊσμὸν, ἅπερ πρῷραι λέγονται, ὡς ἐκ προορᾶν, κραθέντων τῶν δύο οο εἰς ω μέγα. ἐντεῦθεν δὲ οἱ ποιηταὶ ὁρμώμενοι τολμῶσι καὶ παρειὰς λέγειν τὰ τοιαῦτα μέρη τῶν νηῶν, καὶ πρόσωπα. Λυκόφρων δὲ εἰς πλέον ἐξαχθεὶς, καὶ κόρας τὰς νῆάς φησι, λαβὼν τὴν ἀρχὴν ἐκ τοῦ μιλτοπάρῃον, κόραις γὰρ οἰκεῖον τὸ μιλτοπάρῃον. ἵνα δὲ πλατύτερον τὸ τοιοῦτον εἶδος θεωρηθῇ, σημειωτέον ὅτι οὐ μόνον ἡ παρειὰ ἐπιβεβύληνται εἰς μεταφορὰν, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κεφαλῆς· ὅτι δὲ καὶ τὰ κατὰ ὅλον τὸ σῶμα τό, τε ἀνθρωπικὸν, καὶ τὸ ἁπλῶς ζωϊκόν. καὶ ἡ μὲν ἀντιμέτωπος καὶ ἀντιπρόσωπος μάχη, καὶ τὸ τῆς εὐφορμῆς εὐπρόσωπον, καὶ τὸ τηλαυγὲς πρόσωπον τοῦ ἔργου, καὶ ὅσα τοιαῦτα, λείως μεταφέρονται. Pergit deinde plura exempla huc ſpectantia per tres fere paginas congerere, quorum poſt finem hæc verba habet, Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι τὸ μὲν μιλτοπάρῃος ἐπίθετον ἐστὶ νηὸς εὐπρῴρου, ἔχοντος πρός τινα ὁμοιότητα παρθένου καλλιπαρῄου, καθότι καὶ κόραι ποιητικῶς αἱ τοιαῦται νῆες εἴρηνται, ὡς καὶ παρθένοι τινὲς τριήρεις αἱ πρωτόπλοοι. ἔχει δὲ ὁμοίως τῷ μιλτοπαρῄῳ, καὶ ὁ καλλίπρῳρος διὰ τὸ ἐν ταῖς τριήρεσιν ἔστιν ὃ, ὡς οἷον εἰπεῖν, εὐπρόσωπον, διὸ καὶ εὐῶπες αἱ αὐταὶ παρὰ Λυκόφρονι. αἱ δέ γε πελαργοχρῶτες, οὐ τοιαῦται μὲν, ἔχουσι δέ τι καὶ αὐταὶ κάλλους, χρῳζόμεναι δίολα κατὰ πελαργοὺς, ἐν οἷς τὸ μὲν πτιλὸν μελανίαν δηλοῖ, λευκότητα δὲ τὸ ἀργόν. ἡ δὲ παρὰ Σοφοκλεῖ ποικιλόστολος ναῦς, διάδηλόν τι χρῶμα ἐστὶν, ὡς πολλοῖς χρώμασι ποικιλλόμενον. p. 235. Quibus verbis ſatis explicat, quomodo intelligi debeat εὐῶπες, ut non opus ſit ad ὀπὰς Scholiaſtæ, aut Meurſii ὀφθαλμοὺς confugere.

24. Πελαργοχρῶτες] Ex citatis Euſtathii verbis jam ante patuit hoc epitheton deſumtum eſſe à navium colore, qui partim albus eſt, ratione velorum; partim niger, ſi naves ipſas conſideres, quas pice obductas fuiſſe, unde & toties ab Homero μέλαιναι dictæ, nemo eſt, opinor, qui ignorat. Et hic *ciconiarum* eſſe color traditur, unde & ipſæ nomen ſuum apud Græcos nactæ. Suidas, Πελαργὸς, κυρίως διὰ τὸ ἔχειν πτερὰ μελάντερα, καὶ λευκὰ πελλὸν, (lege πελὸν, ex Phavorino, qui hoc tranſcripſit) καὶ μέλαν, καὶ ἀργὸν, τὸ λευκόν.

Ibid. Αἱ Φαλακραῖαι κόραι] Paridis naves dicuntur ex arboribus Phalacræis fabricatæ fuiſſe: erant autem Phalacræ, Idæ promontorium, ſeu vertex, dictus à φαλακρὸς *calvus*, quod in ſummo ejus capite propter glaciem nivemque nec gramen, nec arbores naſci potuere; vel quod deciſis arboribus, inde nudum, & quaſi *calvum* manſit, glabreta enim omnia Veteres φαλάκρας appellare conſueverunt. Stephanus Byzantinus, Φαλάκραι, ἄκρα τῆς Ἴδης, ὅτι οὐκ ἔχει ζώφυτον διὰ τὴν χιόνα καὶ τὸν κρύσταλλον, ἀλλ' ἐψίλωται· καὶ πάντα τὰ ἐψιλωμένα ὄρη ἐλέγοντο Φαλάκραι. Ὁ ἐκ τόπου, Φαλακραῖος. Λυκόφρων,

Στιβῶν κύβηλιν, ἢ Φαλακραῖον κλάδον.

Καὶ θηλυκῶς Φαλακραῖαι κόραι, καὶ οὐδέτερον. Quod autem Lycophron Paridis naves appellat Φαλακραίας κόρας, eadem ratione factum exiſtimat Euſtathius loco citato, qua prius dixerat εὐῶπας, mihi vero placet magis Canteri explicatio, qui ita dictas putavit, quod eſſent ex arboribus Phalacræis compoſitæ, ſecundum Horatianum illud,

Quamvis Pontica pinus,
Silvæ filia nobilis.

Simili metaphora Æſchylus, quem ubique fere de induſtria exprimere videtur Poeta noſter, Choephor. v. 389.

Γναμπτόμενοι δ' ἀλὶ, φεῦ,
Σκύλλονται πρὸς ἀναύδων, ἰὼ, παίδων
Τᾶς ἀμιάντου. ———

Ubi piſces appellat ἀναύδους παῖδας ἀμιάντου, h. e. mutos & vocis expertes (unde & ἔλλοπες dici ſolent) ſoboles maris, quod nullis ſordibus polluitur; aqua enim marina pura, & omni pollutione libera credita eſt, unde & in luſtrationibus adhiberi ſolebat. In eadem Tragœdia vinum dixit vitis prolem,

Ἀκήρατόν τι μητρὸς ἀγρίας ἄπο
Ποτὸν παλαιᾶς ἀμπέλου γάνος τόδε.

Et paullo poſt, flores vocat Terræ liberos,

Ἄνθη τέκνα, παμφόρου γαίας τέκνα.

Nec

Nec abhorret quod in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ. fumum appellat *ignis germanum*, v. 500.

Λιγνὺν μέλαιναν, αἰόλην, πυρὸς κάσιν.

25. Καλυδνῶν] Calydnæ plures à Geographis memorantur, hoc loco duas Inſulas vult Poeta, juxta Tenedum ſitas, qua navigatur ad Lectum, Idæ promontorium, de quibus Strabo lib XIII. Περίκειται δὲ αὐτῇ (Τενέδῳ) νησία πλείω, καὶ δὴ καὶ δύο, ἃ καλοῦσι Καλύδνας, κειμένας κατὰ τὸν ἐπὶ Λεκτὸν πλοῦν. καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Τένεδον Καλύδναν τινὲς εἶπον. Horum partem exſcripſit Euſtath. Il. β'. p. 241. Idem Commentario in Dionyſium v. 530. huc reſpexit: Εἰσὶ δὲ τῶν Σποράδων καὶ αἱ παρὰ τῷ Λυκόφρονι Καλύδναι, ὧν μία ἰδίως Κάλυδνα καλεῖται· ἀφ' ἧς καὶ λοιπαὶ συγκειμέναι τὴν αὐτὴν κλῆσιν ἔλαχον. Item Scholiaſtes vetus Apollonii Rhodii in Argon. lib. I. v. 285. Εἰσὶ δὲ ἐν τῷ Σικελικῷ πελάγει ταύτας δὲ ὁ ποιητὴς Καλύδνας νήσους καλεῖ, οἱ καὶ ὁ Λυκόφρων ἄλλας νήσους καλεῖ Καλύδνας.

Ibid. Λευκὰ φαίνουσι πτίλα] Recte heic eorum errorem notavit Meurſius, qui aut ſolos remos, aut ſola vela avium pennis comparari contenduot, quum utraque ſpeciem alarum præbeant, & velocis motus cauſæ ſint. De velis teſtatur, ejuſque rei rationem reddit Euſtathius Iliad. α'. ad verſum 480.

Οἱ δ' ἱστὸν στήσαντ', ἀνά θ' ἱστία λευκὰ πέτασσαν.

Ubi hæc verba habet, Τὸ δὲ ἱστία λευκὰ πέτασσαν, δηλοῖ μὲν τὸ ἀνεπέτασαν καὶ ἔπλευσαν, ἀρχὴ δὲ γέγονε τοῦ Πτερὰ νηὸς καὶ τὰ ἱστία λέγεσθαι, διαπετάννυνται γὰρ καὶ ἀνάλογοί εἰσιν αὐτά, ὥσπερ πτερὰ τοῖς πτηνοῖς, οὕτω καὶ αὐτὰ ταῖς ναυσί. Hinc Virgilius *mare velivolum* dixit, Æn. I. v. 228.

Deſpiciens mare velivolum, terraſque jacentes.
Idem Æneid. III. 520.

——— *velorum pandimus alas.*

Hinc etiam Dædalus fertur alas ſibi comparaſſe, quoniam primus velorum uſum inveniſſe dicitur; & ſicut heic Poeta iter marinum deſumta ab avibus metaphora expreſſit, ita viciſſim Virgilius iter per aërem natationi comparavit, Æneid. VI. 16. ubi de Dædalo loquitur,

——— *gelidas enavit ad Arctos.*

Heſiodus etiam vela dixit alas, Ἔργων καὶ Ἡμερῶν β'. 246.

Εὐκόσμως στολίσας νηὸς πτερὰ ποντοπόροιο.

Nec minus frequenter alæ remos denotant, Ovidius Metam. V. Fab. IX.

Poſſe ſuper fluctus alarum inſiſtere remis
Optaſtis. ———

Idem Icari alas remis comparavit, Met. VIII. Fab. III.

——— *rapidi vicinia ſolis*
Mollit odoratas, pennarum vincula, ceras;
Tabuerant ceræ, nudos quatit ille lacertos,
Remigioque carens, non ullas concipit auras.

Haud aliter Euripides dixit ἐρέσσει πτέρυξι, i. e. volat. Et apud Æſchylum in Agamemnone Vultures dicuntur,

Πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι. ———

i. e. volantes. Huc etiam videtur ſpectare, quod extremæ remorum partes πτερὰ, & ταρσοὶ dicantur, Jul. Pollux Onomaſt. lib. I. cap. IX. Τῆς δὲ κώπης, τὸ μὲν ὃ λαμβάνονται οἱ ναῦται, ἐγχειρίδιον· τὸ δὲ μέσον, αὐχήν· τὸ δὲ τελευταῖον, πτερὰ, καὶ ταρσοὶ κωπῶν. Emendo Heſychium, apud quem ſic hodie legitur, Πτερῶν· ταρσοῦ πτερῶν. Lege ταρσοῦ κωπῶν. Quod autem remorum extremitates, ab avium plumis petita metaphora, his nominibus inſigniebantur, inde patet, quod ut πτερὰ, ita etiam ταρσοὶ ſenſu proprio de alis dicantur; hinc Aratus in Phænomenis de Cycno cœleſti ait,

——— ταρσοῖο τὰ δεξιὰ πείρατα τείνων.

Ubi ταρσοῖο de ala exponendum docent Theonis Scholia, Τὰ γὰρ δεξιὰ (inquit) τῆς πτέρυγος, ὃ δηλοῖ τῆς Ταρσοῦ &c. Apertius Suidas, Ταρσὸς, κυρίως τῶν ὀρνίθων ἡ πτέρωσις, ἀφ' ἧς καὶ τῶν κωπῶν ὁμοίως ὁ σχηματισμός· οὕτως Ἡρόδοτος. Rurſus, Ταρσοὶ, τὰ ἀγγεῖα τῶν τυρῶν, καὶ τὰ ἴχνη τῶν κωπῶν. καὶ Ταρσοῖς, πτεροῖς ἄκροις. Cæterum Herodoti locus, ad quem reſpexit Suidas, eſt in Clione. Ad Lycophronem redeo, apud quem certe non multum intereſt, utrum alas de velis, vel remis accipias. Tzetzes de remis intelligit in ſuis Scholiis, at Euſtathius de velis dictum exiſtimat, priorem tamen ſenſum, quem Homeri eſſe affirmat, huic præfert, Odyſſ. λ'. Πτερὰ δὲ νηὸς τὰς κώπας λέγει (Ὅμηρος) κρεῖττον ἤπερ Λυκόφρων τὰ ἱστία, εἰ γὰρ τάχους αἴτια τῇ νηῒ τὰ ἱστία, καθὰ καὶ αἱ κῶπαι, ἀλλὰ τὸ σχῆμα πτερῶν μᾶλλον αἱ κῶπαι σώζουσιν, ἤπερ τὰ λαίφεα.

27. Ἀπαρκτίαις στρηνοῖσιν αἴθωνος πνοαῖς] Uſitatiſſima eſt apud Poetas hæc conſtructio, qua ſubſtantiva genitivi caſus in adjectiva poſſeſſiva mutantur. Similem phraſin habet Sophocles Oedip. Tyran. v. 1462.

Αἷν οὔποτ' ἡ 'μὴ χωρὶς ἐστάθη βορᾶς
Τράπεζ', ἄνευ τοῦδ' ἀνδρός.

Ad quod Triclinius, Δέον δ' εἰπεῖν, Ἡ τράπεζα ἡμῶν τοῦδε τοῦ ἀνδρός· Ἡ ἐμὴ εἶπε τὸ τράπεζα εἶπε, καὶ ἔστιν ὅμοιον τῷ, Κρηναῖα λειμώνων τέκνα. Et hanc conſtructionem latius perſequitur Euſtathius Iliad. β'. p. 130. Ἰστέον δὲ ὡς ἐν τούτοις κεῖται σχῆμα καινὸν τοιοῦτον· ἀπὸ κτητικοῦ ὀνόματος ἀναλυθέντος ποιεῖται Ὅμηρος γενικὴν σύνταξιν, οὕτως,

Νεστορέῃ παρὰ νηῒ Πυλοιγενέος βασιλῆος,

ἤγουν παρὰ τῇ νηῒ τοῦ Νέστορος, τοῦ Πύλου βασιλέως. Τοιοῦτον καὶ τὸ, Τῷ Λαβδακείῳ παιδὶ Πολυδώρῳ τε, καὶ ἑξῆς, ἤγουν τῷ υἱῷ τοῦ Λαβδάκου, καὶ τοῦ Πολυδώρου, καὶ τοῦ Κάδμου, καὶ τοῦ Ἀγήνορος. Ὅμοιον καὶ τὸ,

Τοῖς Τευταρείοις βουκόλου πτερώμασιν,

ἤγουν τοῖς τοῦ Τευτάρου Σκύθου οἰστοῖς· Καὶ τὸ,

Ἀπαρκτίαις στρηνοῖσιν αἴθωνος πνοαῖς,

ἤγουν ταῖς πνοαῖς τοῦ ἀπὸ τῶν ἄρκτων βορρᾶ. Εἴη δ' ἂν τοιοῦτον καὶ τὸ, Οἶκος βασιλικὸς τοῦ παντοδυνάμου· καὶ, Πρᾶγμα ἐμὸν τοῦ εὐτελοῦς, ἤγουν ἐμοῦ τοῦ ταπεινοῦ. Idem Iliad. ε'. p. 458. hæc addit, Τὸ Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου, ὅμοιόν ἐστι τῷ, Νεστορέῃ παρὰ νηῒ Πυλοιγενέος βασιλῆος. ὡς ἐκεῖνο τῇ τοῦ κτητικοῦ ἀναλύσει ἐσχηματίσθη εἰς σύνταξιν, οὕτω καὶ τοῦτο· τὸ γὰρ Νεστορέῃ ἀναλυθὲν εἰς τὸ, τῇ τοῦ Νέστορος, οὗ ἔχει πρὸς τὸ εἰπεῖν, παρὰ τῇ Νέστορος βασιλῆος νηΐ· οὕτω καὶ τὸ Γοργείη κεφαλὴ δεινοῦ πελώρου, λέγει κατ' ἀνάλυσιν, ὅτι ἡ κεφαλὴ τῆς Γοργοῦς, τοῦ δεινοῦ πελώρου. Ὁμοίως καὶ ἐκ τοῦ Σοφοκλέους τὸ, Λαβδακείῳ παιδὶ, Πολυδώρῳ τε, καὶ Ἀγήνορος· καὶ ἐκεῖ γὰρ ἐνόθη ἡ σύνταξις δι' ἀναλύσεως τοῦ Λαβδακείῳ παιδὶ, ἵν' ᾖ, Τῷ παιδὶ τοῦ Λαβδάκου, καὶ τῶν ἑξῆς.

28. Σχάσασα στόμα] i. e. λύσασα στόμα, nam χάσαι apud Lycophronem idem valet ac λῦσαι, χαλάσαι;

χάσαι : hinc paulo ante ἐχάζοντο ὑπαλύξαι, idem eſt, ac ſi dixiſſet ἔλυον. Heſychius, Σχάσει, ἀφήσει. Phavorinus, Τὸ χάσαι τρία ταῦτα σημαίνει, ἀμύξαι, ἐκκρῖναι, χαλάσαι, παρ᾽ Ἱπποκράτει. Sed frequentius ſenſum non diverſum modo, ſed contrarium huic voci impoſuerunt Auctores, apud quos Σχάσαι κώπην, ceſſare à navigationis opera. Euripidis Scholiaſtes Phœniſſ. v. 457. Σχάσας, ὃ μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων· χάσαι γὰρ, τὸ ἐπισχεῖν τὴν κωπῶν τὴν εἰρεσίαν. Item Σχάσαι γῆρυν, *vocem comprimere*; Euripides Tragœdia laudata v. 967.

Κρέον, τί σιγᾷς, γῆρυν ἄφθογγον χάσας;

Ubi Scholiaſtes, Ω Κρέον, τί σιωπᾷς, τὴν φωνὴν ἄηχον ἐπισχὼν, καὶ οὐκέτι φθεγγόμενος. Paullo poſt, Σχάσας μεταφορικῶς ἀντὶ τοῦ ἀποκόψας, καὶ ἀποκλείσας. Plura qui volet, Heſychium, & Suidam conſulat.

Ibid. Βακχεῖον στόμα] Βακχεῖον idem hic valet, quod ἔνθεον, nam à notiſſimo illo furore, quo perciti feruntur Bacchi Sacerdotes, factum eſt, ut enthuſiaſticus, amatorius, & quivis denique alius furor, *Bacchicus* diceretur, & voces ex iſto fonte derivatæ rabiem, inſaniamque, & motus quoſlibet vehementes, & præternaturales denotarent. Hinc Heſychius, Βακχεύει, μαίνεται, τραγῳδεῖ. Βακχευθεῖσα, ἐξοιστρημένη, ἐξιστᾶσα. Βακχεύοντες, μαινόμενοι, σειόμενοι. Ad rem noſtram paullo propius Suidas, Βακχεύων, μαινόμενος, καὶ Κατεβακχεύοντο, τουτέστιν, ἐνεθουσίων, ἐπιπνοίας τινὸς πληρωθέντες. Exempla hujus rei apud Poetas admodum ſunt frequentia, cum Sibyllæ, aliæque vaticinatrices, Mænades, Bacchæ, &c. appellantur. Seneca, ut alios quamplurimos omittam, de Caſſandra ait, loco citato,

Cuſtodit ore Mænas *impatiens Dei.*

29. Ατης ἀπ᾽ ἄκρων βουπλανοκτίστων λόφων] Satis de his collibus Tzetzes, Canterus, Meurſius; cæterum Euſtathius opinionem, quam ex eo citavit Meurſius, Apionis, & Herodori teſtimoniis confirmat, Iliad. α΄. p. 118. Ἰστέον δὲ (inquit) ὅτι ἡ τοῦ Ἡφαίστου ῥῖψις οὐρανόθεν καὶ τοιοῦτόν τι δηλοῖ, ὡς ὁ ἄνω τόπος ὁ αἰθέριος, περὶ ὃν οἱ θεοὶ οὐδὲν φθαρτικὸν, καὶ ἐπιβλαβὲς, καὶ ὅλως φαῦλόν τι παραδεχόμενον ἔχουσι· διὸ οὔτε ὁ μυθικὸς Βρόντης, καὶ Στερόπης, καὶ Ἄργος φιλοῦνται τῷ Διΐ, ἀλλὰ καὶ ἡ Ὁμηρικὴ Ἄτη ἐκεῖθεν κατηνέχθη· ὅθεν καὶ λόφος Ἄτης ἐν Τροίᾳ παρὰ Λυκόφρονι, ἔνθα ὑπὸ Διὸς ἐκείνη ἐῤῥίφη, ὡς καὶ ἐν τοῖς Ἀπίωνος καὶ Ἡροδώρου δηλοῦται. Ad Dardani oraculum quod ſpectat, ejus geminum habuit Cadmus; Ovid. Metam. lib. III. v. 10.

Bos tibi, Phœbus ait, ſolis occurret in arvis,
Nullum paſſa jugum, curvique immunis aratri;
Hac duce carpe vias; &, qua requieverit herba,
Mœnia fac condas, Bœotiaque illa vocato.

De eodem Seneca Oedip. v. 719.

Monituque Phœbi, juſſus erranti
Comes ire vaccæ, quam non flexerat
Vomer, aut tardi juga curva plauſtri,
Deſeruit fugas, nomenque genti
Inauſpicata de bove tradidit.

31. Αἴ, αἴ, τάλαινα] Trojæ miſerias, variaſque clades enarratura Caſſandra, orationem exorditur ab Herculis expeditione, qui ſub Laomedonte rege Trojam, ſex navium exercitu conſcripto, debellavit, & diripuit. Homerus Iliad. ε΄. v. 640.

Ὅς ποτε δεῦρ᾽ ἐλθὼν ἕνεχ᾽ ἵππων Λαομέδοντος,
Ἓξ οἴῃς σὺν νηυσὶ, καὶ ἀνδράσι παυροτέροισιν
Ἰλίου ἐξαλάπαξε πόλιν, χήρωσε δ᾽ ἀγυιάς.

Ejuſdem fabulæ meminit Sophocles in Ajace p. 26. Ed. Steph. ubi Triclinius ad verba Lycophronis reſpexit: Στρατὸν δὲ λέγει, ὃν κατὰ τῆς Τροίας Ἡρακλῆς ἤγαγετο, ἀμυνόμενος Λαομέδοντα, διὰ τὸ μὴ ἵππους λαβεῖν, οὓς ὑπέσχετο αὐτῷ δοῦναι εἰ τὸ κῆτος ἀνέλοι· ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Λυκόφρονι. Quod autem Hercules à ceto voratus fuerit, alia cauſa à nonnullis redditur; nempe, quod naufragio facto in mare ex navi deciderit, atque ibi belluæ præda fuerit. Æneas Gazæus Theophraſto, Ὥσπερ καὶ Ἡρακλῆς ᾄδεται, διαῤῥαγείσης τῆς νεὼς ἐφ᾽ ἧς ἔπλει, ὑπὸ κήτους καταποθῆναι, καὶ διασωζεσθαι· citante Hugone Grotio, qui verſus ſequentes ſic Latine expreſſit,

Triveſperi Leonis, olim quem ſuis
Malis voravit ſæva Tritonos canis,
Cum vivus intra, ceu coquus, verſans jecur,
Imo lebetis in ſine ignibus foco
Sudore totum per caput madeſceret.

34. Ημάλαψε] Alium ab Interpretibus noſtris ſenſum huic voci tribuit Etymologici Auctor, cujus verba hæc ſunt; Ημάλαψε σημαίνει τὸ ἔκλαψε. Λυκόφρων. παρὰ τὸ ἅμα βλάπτειν. Alium adhuc Euſtathius ſub finem Commentarii in Iliad. ν΄. Τὸ ἀμαλδύνειν (inquit) λέξις μὲν ἐστι ποιητικὴ, πεζῷ λόγῳ δύσχρηστος, γίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ ἀμαλὸν, ὃ δηλοῖ τὸ ἁπαλὸν, πλεονασμῷ τοῦ δ, ὅθεν καὶ ἀμαλάπτειν παρὰ Λυκόφρονι, καὶ οἷα τι ἁπαλὸν, καὶ εὔφθαρτον ἀφανίζειν, ὡς δηλοῖ τὸ, Ημάλαψε κάρχαρος κύων. Diverſam ab his ſignificationem tradit in ſuis Collectaneis Varinus Camers, quæ & cum Canteri verſione convenire poterit, Ημάλαψεν, ἔλαψεν, ἐξόρισεν, κατέπιεν· παρὰ τὸ ἅμα λάπτειν, ἀμαλάπτειν, μεταφορικῶς, ἀπὸ τῶν κυνῶν. Λυκόφρων, Εκπορτίς λέοντος, ὅν ποτε γνάθοις Τρίτωνος ἠμάλαψε κάρχαρος κύων. Quarum ſignificationum nulla, imo nec ea, quam attulit Scholiaſtes noſter, eſt ab hoc loco penitus aliena.

36. Αφλόγοις ἐπ᾽ ἐσχάραις] h. e. ceti ventre, cujus nativus calor, nullo adventitio igne accenſus, aut auctus, Herculis cæſariem decoxit. Simile quoddam ex Tragœdia quadam citavit Euſtathius Iliad. α΄. p. 43. Κατὰ τὴν τραγῳδίαν, (inquit) ἀνηφαίστῳ πυρὶ τοῦ θυμοῦ.

37. Σμήριγγας] Huc reſpexit Etymologici Auctor, Σμήριγγα, τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς, ἀπὸ τοῦ μήριγγος, ὅπερ σημαίνει τὴν κεφαλὴν, πλεονασμῷ τοῦ σ. Λυκόφρων. καὶ σμικρὸς ἀπὸ τοῦ μικρὸς, πλεονασμῷ τοῦ σ.

Ibid. Κωδείας πέδῳ] Κώδεια, vel κωδία proprie denotat papaveris caput, teſtibus Harpocratione, Heſychio, & Suida; ſed pro humano capite non raro à Poetis uſurpatur, Homerus Iliad. ξ΄. v. 499.

——— ὁ δὲ φὴ κώδειαν ἀνασχὼν.

Ad quod Scholiaſtes vetus, Κώδεια, ἡ τοῦ μήκωνος κεφαλὴ, ὅ ἐστι εἶδος βοτάνης· ὥσπερ ἂν, φησὶν, εἴποι τὴν κεφαλὴν ἀνατείνας. Item Nicander,

Ἀμφιβρότην κώδειαν ὑπὸ ξιφέεσσιν ἀμηθείς.

Ubi Scholia vetera, Κώδειαν, τὴν κεφαλήν· ὡς καὶ Ὅμηρος, Ὁ δ᾽ ἔφη κώδειαν ἀνασχών. Idem teſtatur Julius

Digitized by Google

lius Pollux Onomaſt. lib. II. c. IV. Καὶ μὴν τοι κεφαλαῖοι πάντως καὶ κάδεια καλοῦσιν, ἀπὸ τῆς τοῦ μήκωνος κεφαλῆς ὠνομάσαντες. Cum autem humanum caput Herbæ capiti comparavit Poeta, quid mirum ſi ejus ſuperficiem, ex quo capilli effloreſcunt, *agro*, herbarum genitrici, ſimilem dixerit. Nec alio modo dicere ſolemus Montis *pedes*, *latera*, *verticem*, deſumta ab animalium membris metaphora; ſic apud Græcos πόδα, δειράς, λόφος, aliaque complura, quæ de animalium ſolummodo membris proprie dici poſſunt, montibus applicari amant. Euſtathius Il. β'. p. 233. Παρὰ δὲ τοῖς μεταφέρουσι, καὶ πόδων ὀρεινὸς κεῖται, ὡς δηλοῖ τὸ, Κορυφῆς ὑποπρύλλοντες πόνοντες. εὕρηνται δὲ ἀμάδες ὄρους, ὃ ἐστι τράχηλοι, ὅθεν πολυδειράς Ολυμπος, καὶ λόφοι ὀρεινοὶ, ὡς ἀπὸ τῶν τοῦ βοῶν λόφου, καθὰ καὶ οἱ Ετυμολόγοι φασίν. ὅτι δὲ καὶ αὐχένες οἱ κατὰ τοὺς ἐκθέντας πόνοντες· καὶ μὴν καὶ ῥάχεις πετρώδεις, ὡς οἷα πελοπώδεις τινὲς ὄρους ἐξοχαί· ἡ δὲ φάραγξ ἡ ὀρεινὴ, παρωνυμία ἐστὶ τοῦ ἐν ζώοις φάρυγγος, &c.

38. Ο τεκνοραίστης] Hercules à Junone ad inſaniam adactus, uxorem Megaram, & liberos occidit, Lyci hoſtis uxorem & liberos eſſe ratus. Fabula ex Diodoro Siculo, Euripide, Seneca, Pindaro, &c. notiſſima eſt, Euſtathii tamen verba, quia ad hunc locum ſpectant, apponam ex Odyſſ. λ'. Μέγαρα, Κρέοντος θυγάτηρ βασιλέως Θηβῶν, Ηρακλεῖ γαμηθεῖσα, ἔσχε παῖδας τρεῖς· Ηρακλέους δὲ σταλέντος τὸν εἰς Κέρβερον, ἐκράτει τοὺς Ηρακλείδας τούτους Λύκος βασιλεὺς τηνικαῦτα Θηβῶν. Ηρακλῆς δὲ ἄνω γενόμενος, ἀνεῖλεν ἐκεῖνον αὐτῇ γυναικὶ, καὶ τέκνοις· Ηρας δὲ χόλῳ εἰς μανίαν συνελαθεὶς, διεχειρίσατο καὶ τοὺς παῖδας, ὧν χάριν ἀνεῖλε τὸν Λύκον, διὸ καὶ Τεκνοραίστης κεῖται Λυκόφρονι.

39. Ατρωτον] Quo pacto Junoni Hercules vulnus inferre potuit, ſi non erat vulneribus obnoxia? Hyperbolice nempe loquutus eſt, ut cum dixit Sophocles Ajace v. 577. ἄρρηκτον οἶκον, i. e. ſecundum Triclinium, στερεόν, haud facile pervium. Et *invictum*, *inſuperabilem* nominamus, qui eſt fortis, & cedere neſcius.

40. Εν τ' αὐλῷ μέσῳ] Αὐλὸς dicitur quidquid in longum porrigitur, unde inſtrumentum muſicum nomen habuit, valles etiam αὐλῶνες dicuntur, & apud Homerum galea αὐλῶπις appellatur, quod in conum ſit erecta, Iliad. λ'. v. 352.

——— ἐρύκακε γὰρ τρυφάλεια
Τρίπτυχος, αὐλῶπις. ———

Ubi Euſtathius, Αὐλῶπις δὲ, ὡς εἰς αὐλὸν ἀνήκουσα, ὅ ἐστιν, εἰς στενὸν καὶ μακρὸν ἀπολήγουσα, κεῖται γάρ ποτε καὶ ἐπὶ τοιούτου ὁ αὐλὸς, ὡς ἐν τῷ,

——— αὐλὸς ἀνὰ ῥῖνας παχὺς ἦλθεν.

Quod Hemiſtichium occurrit in Odyſſ. χ'. ubi iterum hæc verba habet, Αὐλὸς δὲ νῦν, κατὰ τοὺς παλαιοὺς, κρουνὸς, ἐξακόντισμα αἵματος, ὀξεῖα ἀναφορά. αὐλὸς γὰρ, φασὶ, πᾶν τὸ στενόν. ὅθεν καὶ ἔναυλοι, στενοὶ ποταμοὶ, τοιοῦτον δέ τι καὶ οἱ αὐλῶνες· ὅθεν τὰ διαυλωνίζοντα πνεύματα, καὶ διαυλωνία, τοπικὴ στενότης, καθ' ἣν ὄρτυγες, ἢ ἁπλῶς ἄγριοι ὄρνιθες ἀγρεύονται. Nec alio ſenſu intelligendum eſt illud Iliad. ρ'. v. 297.

Εγκέφαλος δὲ παρ' αὐλὸν ἀνέδραμεν ἐξ ὠτειλῆς.

Ad quod iterum Euſtathius, Αὐλὸν δὲ λέγει, ἢ τὸ ὀξὺ τοῦ δόρατος, ἐπεὶ καὶ αἰγανέας δολιχαύλους που λέγει τὰς μακροξύλους. ἢ τὸ τρῆμα τῆς κυνέης, τὸ διὰ τοῦ ἔγχεος. καὶ ἄλλος δὲ, αὐλὸν τὸν ἐξακοντισμὸν φησι, καὶ τὴν ἐπιμήκη φορὰν τοῦ αἵματος. αὐλὸς γὰρ, ὡς καὶ προεδηλώθη, πᾶν τὸ ἐπίμηκες, καὶ οὐχὶ πλατύ. ὅθεν καὶ οἱ αὐλῶνες, καὶ ὁ τῶν πνευμάτων ἀνακαμπτικὸς διαυλωνισμός. καὶ αὐλὸς, καὶ δίαυλος, τὸ στάδιον, καὶ ἐξ αὐτοῦ μεταφορικῶς καὶ ἡ ἁπλῶς ἐπ... ἀνάκαμψις, ὡς τὸ, Διαύλειος κυμάτων φορήματ... &c. emendo, Διαύλοις κ. φ. nam reſpexit ad hunc verſum Euripidis,

Πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φερόμενος.

Idem tradit aliis etiam in locis, id quod vetus Homeri Scholiaſtes, Etymologici Auctor, aliique Lexicographi confirmant. Hinc patet cur αὐλὸς vocetur ſtadium, cujus figura erat oblonga. Hinc etiam ſtadium duplicatum vocabant δίαυλον, quod ex gemino αὐλῷ, vel itinere, conſtabat, cum nempe decurſo primo ſtadio, à meta ad ipſos carceres redibatur; Suidas, Δίαυλος, ὁ διπλοῦν ἔχων τὸν δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ, τὸ πληρῶσαι τὸ στάδιον, καὶ ὑποστρέψαι.

41. Πατρὸς Παλαιστοῦ μέσον ὀχμάσας δέμας] Cum Hercules purgaſſet ſtabula Augeæ, Eleorum regis, & promiſſa mercede eſſet fraudatus, conſcripto exercitu Elidem invaſit, & devicto Augea, regionem depopulatus, ex præda ſpoliiſque captis Olympicam ſolemnitatem inſtituit; in qua cum totam circumſtantem coronam ad palæſtricum certamen provocaſſet, & neminem reperire poſſet, qui ſecum congredi auderet; fama eſt, Jovem, ſumto palæſtritæ habitu, in arenam deſcendiſſe, & cum diu anceps pugna fuiſſet, & ad neutrum inclinaret victoria, filio tandem ſe prodidiſſe: hinc ei nomen Παλαιστοῦ inditum. Sunt autem hæc verba hypotypoſis luctatoris antagoniſtæ lumbos conſtringentis; cujus rei vivam nobis dedit imaginem Ovidius Metam. lib. IX. Fab. I. ubi Achelous ſuum cum Hercule certamen depingit his verbis,

Non aliter vidi fortes concurrere tauros,
Cum pretium pugnæ toto nitidiſſima ſaltu
Expetitur conjux: ſpectant armenta, paventque,
Neſcia quem maneat tanti victoria regni.
Ter ſine profectu voluit nitentia contra
Rejicere Alcides à ſe mea pectora: quarto
Excutit amplexus, adductaque brachia ſolvit,
Impulſumque manu (certum eſt mihi vera fateri)
Protinus avertit, tergoque oneroſus inhæſit.
Si qua fides, (neque enim ficta mihi gloria voce
Quæritur) impoſito preſſus mihi monte videbar:
Vix tamen inſerui ſudore fluentia multo
Brachia, vix ſolvi duros à corpore nexus.

Cæterum heic Lycophron Euripidem expreſſit Oreſt. v. 264.

——— μὴ ὤσα τὸν ἐμὸν Ερινύων
Μέσον μ' ὀχμάζεις, ὡς βάλῃς εἰς Τάρταρον.

Ubi Scholiaſtes quid proprie ſit ὀχμάζειν docet. Οχμάζω (inquit) γίνεται ἀπὸ τοῦ ὄχω, ἔξω, ὄχμα, οὐ μόνον ἡ ἐξοχὴ, ἀλλὰ καὶ ἡ συνοχή. ἀπὸ δὲ τοῦ ὄχμα γίνεται ὀχμάζειν, τὸ κωλύειν, καὶ ἐπέχειν· καὶ ὀχμάσαι, τὸ κατασχεῖν, καὶ ἑλεῖν, ὃ παρὰ τῷ Ευριπίδῃ ἐνταῦθα διὰ τοῦ τοῦ κεῖται, Μέσον μ' ὀχμάζεις. Eadem phraſis aliis etiam Poetis familiaris eſt, ſed in deteriorem

 plerum-

Digitized by Google

plerumque partem ſumitur, & athletam ὀχμαζόμενον victum eſſe ſignificat; nam ſecundum Phavorinum, σημαίνει καὶ τὸ ἐν μάχῃ κρατεῖσθαι. Quo ſenſu apud Ariſtophanem Nub. Act. III. Sc. II. quidam, cum adverſario ſe putavit invictis argumentis os occludiſſe, ait,

— εὐθὺς γάρ σε μέσον ἔχω λαβὼν ἀφύκτως.

Ubi Scholiaſtes doctiſſimus, Ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν παλαιστῶν λαμβανομένων εἰς τὸ μέσον, καὶ ἡττωμένων. Et in Equit. Act. I. Sen. I. cum voluit dicere Cleonem tandem ſuperatum eſſe, & populo inviſum factum, ait,

Νῦν γὰρ ἔχεται μέσος.

Ad quod idem vetus Interpres, Νῦν γὰρ τὸ κατ' αὐτοῦ μῖσος αὔξεται, καὶ ἐπιπέπλεκται φησί. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν παλαιόντων, τῶν τοὺς ἀντιπάλους μεσολαβούντων, καὶ ἐκ τῶν κρείττονος γενομένου.

42. Κρόνου παρ' αἰπεινὸν ὄχθον] Olympiam vult Lycophron, ſive montem, in quo Olympica certamina celebrari ſolebant, ita dictum, quod Κρόνῳ, i. e. Saturno, ſacer eſſet. Phavorinus, Κρόνιον, ἀκρωτήριον τῆς Πίσσης, ὅπου γὰρ τὸ Κρόνιον λόφον ἄγεται τὰ Ὀλύμπια. Et hoc ex pluribus Pindari locis conſtat, Olymp. Od. v.

Σωτὴρ ὑψινεφὲς Ζεῦ,
Κρόνιόν τε ναίων λόφον.

In eodem libro cum de Hercule loquitur, qui, inſtituto certamine, claram reddidit Olympiam, ait, Καὶ πάγον Κρόνου προσεφθέγξατο. Ibidem Od. I.

——— παρ' εὐδείελον ἐλθὼν
Κρόνιον. ———

Eodem ſenſu vocavit πέτραν Κρόνου, petra enim pro monte non raro ſumitur, Od. VI.

Ἵκοντο δ' ὑψηλοῖο πέ-
τραν ἀλίβατον Κρόνου.

Iterum clare dixit Olympicos ludos hic celebratos eſſe, Od. VIII.

Ἀλκιμέδοντα δὲ πὰρ Κρόνου λόφον
Θῆκεν Ὀλυμπιονίκαν.

Alterum tantum exemplum hujus rei proferam ex Nemeonic. Od. XI. ubi iiſdem verbis uſus eſt, quo Poeta noſter,

Καὶ παρ' εὐδένδρῳ μολὼν ὄχθῳ Κρόνου.

Quin etiam mos erat apud Veteres Saturno, aut Jovi montes excelſos dicare; & in Sacris Scripturis hi ſunt, ut obſervavit Canterus, qui vocantur *Montes Dei*. Porro in hujuſmodi locis non raro collocatæ erant ſtatuæ; Æſchylus Agamemn. v. 293.

Ἀθῷον αἶπος Ζηνὸς ἐξεδέξατο.

Hinc Jupiter Ἀθῷος dictus. Heſychius, Ἀθῷος, ὁ ἐπὶ τοῦ ὄρους ἱδρυμένος ἀνδριάς, ὁ Ζεύς. Sacrificia etiam offerre, & Deorum cultum heic obire ſolebant, quoniam hi loci cœleſtibus domibus propinqui erant. Hinc in Sophocle cum Hercules Hyllum filium interrogat, Utrum cognitum habeat Oetam montem? reſpondet Hyllus, Sibi notum eſſe, quod ſæpius ibi Diis ſacrificarit; Trachin. v. 1198.

Ηρ. Οἶσθα δὲ τὸ Οἴτης Ζηνὸς ὕψιστον πάγον;
Υλ. Οἶδ', ὡς θυτήρ γε πολλὰ δὴ σταθεὶς ἄνω.

Idem mos apud Ethnicos fere univerſos videtur obtinuiſſe, de Perſis teſtatur ex Strabone Euſtathius Il. α'. Θύουσιν (inquit) ἐν ὑψηλῷ τόπῳ Πέρσαι, τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία. Strabonis autem locus ita ſe habet in Perſidis deſcriptione, Geogr. lib. XI. Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα, καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται, θύουσι δὲ ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία. Quod ex Herodoto videtur deſumſiſſe, qui in Clione cap. CXXXI. hæc verba habet, Οἱ δὲ νομίζουσι Διῒ μὲν, ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες, θυσίας ἔρδειν, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες. Idem factum in aliorum etiam Deorum ſacrificiis narrat Xenophon Κύρ. Παιδ. lib. VIII. Εὐθὺς οὖν λαβὼν ἱερεῖα ἔθυε Διῒ τε Πατρῴῳ, καὶ Ἡλίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἐπὶ τῶν ἄκρων, ὡς Πέρσαι θύουσι. In Phœnicia etiam, & conterminis regionibus eundem morem invaluiſſe conſtat ex Sacris Literis, quibus proditur Judæos in hoc finitimas gentes imitatos fuiſſe; quo nomine iram ſuam in eos denuntiat ubique Deus per Prophetas; quæ res notior eſt, quam ut exemplis confirmari debeat.

43. Ἵππων ταρακτὴς δαίμων &c.] In curriculo Olympico, Iſthmico, Nemeatico, Delphico loci erant, ad quos venientes equi, magno attoniti terrore refugiebant, ſæpe non ſine gravi aurigarum periculo; hinc locus, aut, ſecundum alios, loci Genius, qui timorem iſtum immittere credebatur, Ταράξιππος dictus. Is in Olympia, ſecundum Lycophronem, Iſchenus erat, quem Scholiaſtes tradit natum eſſe ex gigante, Mercurii & Hiereæ filio. Is porro, cum patria fame laboraret, & unicum mali remedium eſſe pronunciaſſet Oraculum, ſiquis nobilium ſe morti devoveret, cæteris recuſantibus, mactari ſe paſſus, hoc in loco ſepultus eſt. Sunt, quibus viſum eſt Pelopem Ταράξιππον appellare: Heſychius, Ταράξιππος, οὗτος ὑπ' ἐνίων ὁ Πέλοψ λέγεται, οὗ τάφος ἐν Ὀλυμπίᾳ. Alii alias cauſas reddunt, quas complexus eſt fere omnes, unàque inſignem nobis relinquit horum locorum deſcriptionem Pauſanias, Eliac. ς'. Παρεξελθόντι δὲ τὸ ἱππόδρομον (inquit) παρήκουσαν ἐς πλέον τὴν ἑτέραν τῶν πλευρῶν, ἔστιν ἐπὶ τῆς μείζονος πλευρᾶς, οὔσης χώματος, κατὰ τὴν δίεξοδον τὴν διὰ τοῦ χώματος, τὸ τῶν ἵππων δεῖμα, ὁ Ταράξιππος. σχῆμα μὲν ἐν βωμοῦ περιφερὲς ἐστι, παραθέοντας δὲ κατὰ τοῦτο τοὺς ἵππους φόβος τε αὐτίκα ἰσχυρὸς ἀπ' οὐδεμιᾶς προφάσεως φανερᾶς, καὶ ἀπὸ φόβου λαμβάνει ταραχὴ, τά τε ἐπὶ ἅρματα κατάγνυνται ὡς ἐπίπαν, καὶ οἱ ἡνίοχοι τιτρώσκονται. καὶ οὕτε ἡνίοχοι ἕνεκα θυσίας θύουσι, καὶ γενέσθαι σφίσιν ἵλεων εὔχονται τὸν Ταράξιππον. Ἕλληνες δὲ οὐ κατὰ τὰ αὐτὰ νομίζουσιν ἐς τὸν Ταράξιππον· ἀλλ' οἱ μὲν εἶναι τάφον ἀνδρὸς αὐτόχθονος καὶ ἀγαθοῦ τὴν ἱππικὴν, καὶ ὄνομα Ὠλένιον αὐτῷ τίθενται, ἀπὸ τούτου καὶ τὴν Ὠλενίαν ἐν τῇ Ἠλείᾳ πέτραν φασὶν ὀνομασθῆναι. Οἱ δὲ τὸν Φλιοῦντος Δαμέωνα μετασχόντα Ἡρακλεῖ τῆς ἐπὶ Αὐγέαν καὶ Ἠλείους στρατείας, αὐτόν τε ἀποθανεῖν, καὶ τὸν ἵππον ἐφ' ᾧ ἐπωχεῖτο ὑπὸ Κτεάτου τοῦ Ἄκτορος, καὶ τὸ μνῆμα κοινὸν Δαμέωνι καὶ τῷ ἵππῳ γενέσθαι. Λέγουσι δὲ καὶ ὡς Μυρτίλῳ κενὸν ἐνταῦθα ἠρῷον ποιήσει Πέλοψ, καὶ θύσειέ τε αὐτῷ, τὸ ἐπὶ τῷ φόνῳ μήνιμα ἱλάμενος, καὶ ἐπονομάσειε Ταράξιππον, ὅτι τῷ Οἰνομάῳ διὰ τοῦ Μυρτίλου τὰς τέχνας ἐταράχθησαν αἱ ἵπποι. Τοῖς δὲ ἐστιν εἰρημένον, ὡς αὐτὸς Οἰνόμαος, ὁ τοὺς ἱππεύοντάς ἐστιν ἐν τῷ δρόμῳ βλάπτων. Ἤκουσα δὲ καὶ ἐς τὸν Παρθένιον Ἀλκάθουν ἀγόντων τὴν αἰτίαν, ὡς ἐνταῦθα μάρῳ λάβοι γῆς ὁ Ἀλκάθους ἀποθανὼν ὑπὸ Οἰνομάου, τῶν Ἱπποδαμείας γάμων ἕνεκα· ἅτε δὲ ἀτυχήσαντα ἐν ἱπποδρόμῳ, βάσκανόν τε εἶναι τοῖς ἱππεῦσι καὶ οὐκ εὐμενῆ δαίμονα.

Digitized by Google

μονα. Ἀνὴρ δὲ Αἰγύπτιος Πέλοπα ἔφη λαβόντα παρὰ Ἀμφίονος τοῦ Θηβαίου κατορύξαι τι ἐνταῦθα, ὅθεν καλοῦσι τὸν Ταράξιππον· καὶ ὑπὸ τοῦ κατορωρυγμένου ταραχθῆναι μὲν τῷ Οἰνομάῳ τότε, ταράσσεσθαι δὲ καὶ ὕστερον τοῖς πᾶσι τοὺς ἵππους. Ἠξίου δὲ οὗτος Αἰγύπτιος εἶναι μὲν Ἀμφίονα, εἶναι δὲ καὶ τὸν Θρᾷκα Ὀρφέα μαγεῦσαι δεινόν· καὶ αὐτοῖς ἐπᾴδουσι θηρία τε ἀφικνεῖσθαι τῷ Ὀρφεῖ, καὶ Ἀμφίονι εἰς τὴν τοῦ τείχους οἰκοδομίαν τὰς πέτρας. Poſt his variorum varias de Taraxippis opiniones, ſuam tandem profert Auctor, Ὁ δὲ πιθανώτατος (ἐμοὶ δοκεῖν) τῶν λόγων Ποσειδῶνος ἐπίκλησιν εἶναι τοῦ Ἱππίου φησίν. Deinde pergit de Taraxippo Iſthmico, & Nemeatico loqui, quem tamen multo minus equis infenſum ait, quam Olympicum, Ἐςι δὲ καὶ ἐν Ἰσθμῷ Ταράξιππος Γλαῦκος ὁ Σισύφου, γενέσθαι δὲ αὐτῷ τὴν τελευτὴν λέγουσιν ὑπὸ τῶν ἵππων, ὅτε Ἄκαστος τὰ ἆθλα ἔθηκεν ἐπὶ τῷ πατρί. Ἐν Νεμέᾳ δὲ τῶν Ἀργείων ἥρως μὲν ἦν οὐδείς, ὅστις ἔβλαπτε τοὺς ἵππους, πέτρας δὲ ὑπὲρ τῆς ἱππικῆς τὴν καμπὴν ἀνεστηκυίας χρόαν πυῤῥάς, ἡ ἀπ' αὐτῆς αὐγή, κατὰ ταὐτὰ καὶ τὸ πῦρ, ἐνεποίει φόβον τοῖς ἵπποις. Ἀλλὰ γὰρ ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ Ταράξιππος πολὺ δή τι ὑπερῆρκὼς ἔςιν ἐς ἵππων φόβον. Idem in Phocicis Taraxippi in curriculo Ludorum Pythiorum meminit; verba ejus hæc ſunt, Τὰ μὲν δὴ ἐς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ Ταράξιππον ἐδήλωσέ μοι τὰ ἐς Ἠλείους τοῦ λόγου. Ὁ δὲ ἱππόδρομος ἔοικε τοῦ Ἀπόλλωνος τάχα μέν τι καὶ αὐτὸς τῶν ἱππευόντων τινὰ ἀνιᾶσαι, ἅτε ἀνθρώποις τοῦ δαίμονος ὁμοίως ἐπὶ ἔργῳ παντὶ καὶ ἀμείνω, καὶ χείρω νέμοντος. Οὐ μὴν τι καὶ αὐτὸς ταραχὴν ἐν τοῖς ἵπποις ὁ Ἱππόδρομος, οὔτε κατ' αἰτίαν ἥρωος, οὔτε ἐπ' ἄλλῃ πέφυκεν ἐργάζεσθαι προφάσει. Ad Olympicum Taraxippum quod attinet, præter rationes ex Pauſania allatas, aliam reddit Scholiaſtes noſter, viz. Commotionem foliorum Lauri arboris, quæ ſepulcro juxta curriculi metam polito accrevit, & à vento concuſſa, atque jugi motu agitata, equos prætereuntes perterruit.

44. Ὁ τῆς θαλάσσης Αὐσονίτιδος μυχοὺς] Αὐσονίαν θάλασσαν, vocat mare Siculum. Auſones proprie erant Latii populi, prope Lirim fluvium, ſecundum Plinium lib. III. cap. V. dicti ab Auſone, Ulyſſis & Circes, vel Calypſûs & Ulyſſis, aut Atlantis, vel Itali filio. Idem tamen Auctor ejuſdem libri capite decimo in Auſtrali Italiæ parte, quæ poſtea Magna Græcia, collocat Johannes Tzetzes ad mare ſitos, inter Volſcos & Campanos ait, Chil. V. Hiſt. XVI.

> Ἡ Αὐσονία ἔσχηκε τὴν κλῆσιν τῶν Αὐσόνων,
> Κατά τινας ἐξ Αὔσονος, υἱοῦ τοῦ Ὀδυσσέως.

Deinde paullo poſt,

> Ἄλλοι δὲ ἀπὸ Αὔσονος τοῦ παλαιοτέρου,
> Τοῦ πάλαι τότε Ἰταλοῦ, τῆς χώρας βασιλέως.
> Τὰς δὲ Αὐρούγκους, μόνους μοι Αὔσονας λέγουσι νέοι,
> Μέσους Οὐόλσκων, Καμπανῶν, πρὸς θάλασσαν κειμένους,
> Ἐξ ὧν κατ' κατέσχηκεν καὶ πᾶσαν Ἰταλίαν.

Ab iis tota Italia dicta *Auſonia*, Virgil. Æneid. lib. VII. v. 54.

> *Multi illam magno è Latio, totaque petebant*
> *Auſonia.* ———

Dionyſius ὁ Περιηγητὴς Auſonas narrat ad Leucopetram uſque pertingere, indeque mare Siculum (de quo heic Lycophron intelligendus) dictum eſſe *Auſonium*, v. 76.

> Ἑξείης δ' ἐπὶ τοῖσιν Ἀργυςιὰς ἔλκεται ἅλμη,
> Ἐνθ' Ἰταλῶν υἷες ἐπ' ἠπείροιο νέμονται,
> Ἐκ Διὸς Αὐσονίης αἰεὶ μέγα κοιρανέοντες,
> Ἀρξάμενοι βορέηθεν ἕως Λευκῆς ἐπὶ πέτρης,
> Ἡ ῥά τε Σικελικοῖο ἐπὶ πορθμοῖο ἐξῄξεται.

Ubi Euſtathius hæc verba habet, Ὅτι τοὺς Ἰταλούς, ὡς τότε μοναρχοῦντας, μέγα κοιρανέειν λέγει, καὶ Αὐσονίους, ἤτοι Αὔσονας, ὀνομάζει, καὶ σημειοῦται ὅτι τοὺς αὐτοὺς εἶναι λέγει Αὔσονας καὶ Ἰταλούς. Λέγονται δὲ Αὔσονες ἀπὸ Αὔσονος, ὃς πρῶτος μὲν τῶν κατὰ Ῥώμην βασιλεῦσαι παρά τισιν ἱςορεῖται, Ὀδυσσεῖ γεγονὼς ἐκ τῆς Κίρκης, ἢ κατὰ τὸν τὰ Ἐθνικὰ γράψαντα, ἐκ Καλυψοῦς γεννηθεὶς τῷ Ἄτλαντι· ἀφ' οὗ καὶ τὸ Σικελικὸν πέλαγος Αὐσόνιον ἐκλήθη ποτέ. Quidquid autem fiat de Auſonum ſitu, & nominis ratione, nobis ſufficiet, ſi conſtabit mare Siculum, in quo Scylla habitare credita eſt, Auſonium olim dictum fuiſſe, quam ad rem Strabonis teſtimonium efficax erit, lib. II. Καὶ τὸ Αὐσόνιον μὲν πάλαι, νῦν δὲ καλούμενον Σικελικόν, συνεξῆν ἐκείνῳ, καὶ συνεχές. Idem poſtea tradit Auſonium id mare dictum eſſe, etſi numquam eam oram habitarint Auſones, lib. V. Τῶν δ' Αὐσονίων οὐδ' ἅπαξ οἰκησάντων ἐπὶ τῇ Σικελικῇ θαλάττῃ, τὸ πέλαγος ὅμως Αὐσόνιον καλοῦσι. Suidas ita dictum credit, quia circa id regnavit Auſon, Ulyſſis & Calypſûs filius, Αὐσόνιος πόντος, ἡ Σικελικὴ θάλασσα, ἀπὸ Αὔσονος, τοῦ Ὀδυσσέως καὶ Καλυψοῦς υἱοῦ, ἐκεῖ βασιλεύσαντος. Stephanus Byzantinus hunc, & alios quoſdam Lycophronis verſiculos laudavit; Αὔσων, ὁ Ἰταλός. Λυκόφρων,

> Κτείνουσιν αὐτὸν Αὔσονες Πελλάνιοι.

Καὶ Αὐσονίς, τὸ θηλυκόν. Καὶ Αὐσόνιος, καὶ Αὐσονία, ἡ χώρα. ἀφ' οὗ Αὐσονεύς, καὶ Αὐσόνιος. Λυκόφρων,

> Ὁ δ' Αὐσονείων ἄγχι Κάλχαντος τάφων.

Καὶ Αὐσονίτης, ὁ αὐτός,

> Παρ' Αὐσονίτην Φύλαμον δομήσεται.

Καὶ Αὐσονῖτις θηλυκόν· ὁ αὐτός,

> Ὁ τῆς θαλάσσης Αὐσονίτιδος μυχούς.

Καὶ Αὐσόνιος κτητικόν.

Ibid. Μυχούς.] Specus maris præcipue ſcrutabantur piſcatores, in iis latere piſces perſuaſi. Hinc Ariſtophanes Theſmophor.

> ——— μυχὸν ἰχθυόεντ' αἰγροδίνητον
> Νηρέος. ———

48. Σάρκας κετήδων λαφρίαν δομήσατο, Λέπτυνιν ὃ πρίμνουσαν] Vetus erat opinio, hominis animam vi ignis à corporis vinculo ſepararari, & flammis, tanquam vehiculo, inſidentem ad ætherias domos aſcendere; quam cauſam aſſignant nonnulli, cur crematio cadaverum adeo apud priſci ævi homines obtinuerit. Euſtathius Il. α'. p. 32. Ὅτι ἔθος ἦν τοῖς Ἕλλησι καίειν τοὺς νεκρούς, ὃ δὴ καὶ εἰς ἔτι παραμεμένηκε παρὰ τῶν βορείων βαρβάρων. Ἐποίουν δὲ τοῦτο ἐκεῖνοι, πρὸς ἔνδειξιν τοῦ τὸ μὲν θεῖον τοῦ ἀνθρώπου ἀναφορηθὲν ἐν ὀχήματι τῷ πυρί, προσπαῖξαι τοῖς οὐρανίοις· τὸ δὲ γεῶδες κάτω μεῖναι· τὸ μὲν πυρὶ δαπανηθέν, τὸ δὲ ἐναπομεῖναι λειψάνοις ὀςῶν. Οἱ δέ φασιν, ὅτι τὸ μὲν νεκρὸν οὐ καθαρὸν ἐδόκει, ἁγνισμὸς δέ τις ἦν ὁ διὰ πυρὸς δαπάνη τοῦ νεκρωθέντος, ὅτι καὶ πῦρ ἁγνιςικόν, διὸ καὶ οἱ καθαρμοὶ διὰ πυρὸς ἐγίνοντο. καὶ Εὐριπίδης δὲ τοιοῦτόν τι ἐμφαίνει ὅτε φησίν, ὅτι τὸ τῆς Κλυταιμνήστρας δέμας Πυρὶ καθήγνισται. ὁ δὲ Λυκόφρων τῇ προτέρᾳ ἐννοίᾳ συντρέχει, ἐν οἷς τὴν Σκύλλαν καυθεῖσαν δομηθῆναι φησίν, ἤγουν ἀνακτισθῆναι, ἀναζωωθῆναι, καὶ γενέσθαι, κατὰ τὴν ποιητικήν, ἀθάνατον κακόν. διὸ καὶ οἱ Γυμνοσοφιςαὶ πυρίκαυςοι γινόμενοι.

γενόμενοι, ἀπεπέδυντο τὴν ζωὴν, ὡς καὶ ὁ τοῦ Ἀλεξάνδρου Κάλανος.

49. Λέπτυνιν] Variæ ſunt hac de voce ſententiæ, dum alii animam denotare contendunt, quod ea ſit λεπτὴ, tenuis admodum & ætheria ſubſtantia: alii Proſerpinam, aut Plutonem intelligi malunt, ἀπὸ τοῦ λεπτύνειν, quod mortui in tenues umbras transformentur; aut quod eorum corpora comminuantur in pulverem. Etymologici Auctor, Λέπτυνιν, αἰτιατικὴ διὰ τοῦ ι. Λυκόφρων· οἱ μὲν τὸν Ἅδην, οἱ δὲ τὴν Περσεφόνην, οἷον τὴν λεπτύνουσαν τὰ σώματα τῶν ἀποθνησκόντων. οἱ δὲ τὴν ψυχὴν, λεπτομερέστατον γάρ ἐστιν.

50. Ἐξηνάριξεν ὅν ποτ' ἀξίφῳ δόλῳ] Δόλον ἄξιφον vocat Neſſi venenatum ſanguinem, quo ad inſaniam adactus Hercules, vivum ſe ardenti rogo injecit. Haud aliter ipſe conqueritur de hoc infortunio apud Sophoclem Trachin. v. 1070. ubi Deianiram uxorem ipſum ſine gladio occidiſſe ait,

Γυνὴ δὲ, θῆλυς οὖσα, κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν,
Μόνη με δὴ καθεῖλε φασγάνου δίχα.

51. Νέκυς τὸν ᾅδην δεξιούμενος πάλαι] Vel δεξιούμενον πάλιν. Si priori modo legas, de Neſſo interpretabere, qui, quum jamdudum *Orcum ſalutaſſet*, i. e. mortuus fuiſſet, Herculem interfecit. Similiter Hercules Tragœdia citata, v. 1166. à Jove accepiſſe narrat, periturum ſe eſſe procuratione hominis mortui,

Ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι,
Πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο,
Ἀλλ' ὅστις ᾅδην φθίμενος οἰκήτωρ πέλοι.
Ὁ δ' οὖν ὁ θὴρ Κένταυρος, ὡς τὸ θεῖον ἦν
Πρόφαντον, οὕτω ζῶντά μ' ἔκτεινεν θανών.

Nec aliter Ajacem ab Hectore occiſum plorat Teucer, quum ſemet Hectoris gladio confodiſſet. Sophocles Ajace v. 1051.

——— εἶδες ὡς χρόνῳ
Ἔμελλέ σ' Ἕκτωρ καὶ θανὼν ἀποφθίσειν.

Sin vero legere malis δεξιούμενον πάλιν, de Hercule intellige, qui jamdudum adiiſſet inferos, Cerberum inde ad ſuperos educturus. Vel, qui cum Plutone certamen quoddam habens, jaculis ipſum ἐδεξιώσατο, i. e. excepiſſet; quæ Tzetzæ interpretatio, etſi Cantero dura nimis viſa fuerit, Homeri & Euſtathii auctoritate ſtabilita eſt; nam Teucer ſe jactat homines τόξοισι δέχεσθαι, Iliad. θ'.

——— τόξοισι δεδεγμένος ἄνδρας ἐναίρω.

Ad quæ verba Euſtathius p. 600. Ἴσως τοιοῦτόν ἐστιν ἀστείως τῷ φιλοφρονουμένῳ, δεξιούμενος, ἵνα ὥσπερ δύοντας καὶ δῶθεν δεξιοῦνταί τινες, οὕτω καὶ Τεῦκρος τοὺς Τρῶας τόξοις, οὓς ἔβαλλεν αὐτούς. οὕτω καὶ τὸν ᾅδην παρὰ Λυκόφρονι, καθά τις νοεῖ, τόξοις ὁ Ἡρακλῆς ἐδεξιώσατο, βαλὼν ἐκεῖνον. Porro Δεξιοῦσθαι, proprie eſt dextram jungere, quæ compellatio apud Veteres (ut hoc obiter moneam) erat fidei, & amicitiæ ſymbolum: propterea Pythagoras admonens quoſlibet in amicitiam non eſſe recipiendos, conſuluit μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν. Et δεξιαὶ plerumque pro fœderibus uſurpantur; Suidas, Δεξιάς, συνθήκας. Heſychius, Δεξιαὶ, αἱ γινόμεναι κατὰ συνθήκας ἐπαφαὶ τῶν δεξιῶν χειρῶν, εἰς σύμβολα τῆς βεβαίας ἰσότης, &c. Hinc in Euripide Menelaus, cum Helenæ fides dubia eſſet, ab ea exigit, ut data dextra, quæ dixiſſet, confirmaret, Helen. v. 844.

Ἐπὶ τοῖς δὲ τοῖς σοῖς, δεξιᾶς ἐμᾶς θίγε.

Et in Iliade, cum Trojani fœdera violaſſent, Heros Græcus quærit, quo loco habitæ ſint

——— δεξιαὶ, ᾗς ἐπέπιθμεν.

Cujus moris cauſa fuit, (ut ex Hanſenio diſcimus lib. de Jurejurando cap. IX.) quod dextra fidei ſedes exiſtimata ſit; eo quod omnis Veterum auctoritas dextræ manus virtute conſtaret, ut ex Callimacho obſervavit Varro: vel quod ex religione numeri denarii, moris fuit veterioris, ut juſtiſſimi quique fidei comparandæ gratia dextras jungerent: denique, in dextra honoris laus eſt, & ea manus imperii ſignum, cujus & inſtrumentum fuit: unde elegans Crinagoræ in Cæſarem Epigramma, ubi dicit nullum eſſe ab hoſtibus metuendum periculum, quamdiu dextra Cæſari ſufficiat ad imperium; Antholog. lib. I. *Non* (inquit) *ſi Oceanus ſe quantum poteſt inflet, non ſi Germania Rhenum ſuum epotet, Romæ ullum erit ab iis periculum,*

——— ἄχρι κε μίμνῃ
Δεξιὰ σημαίνουσα Καίσαρος θαρσαλέην.

Huc etiam referendum eſt illud Ovidii Metamorph. lib I.

—— *Jovi, qui poſtquam voce, manuque*
Murmura compreſſit, tenuere ſilentia cuncti.

54. Λαίτειναν] Vel Λέτειναν, nam varie ſcribitur hujus urbis nomen: Zonaræ Lexicon Λαίτειναν vocat, ſed Pauſanias perpetuo Λέτειναν, memoratque urbem hanc ab Elide diſtare ſtadia CLXXX. & à Letreo, Pelopis filio, conditam eſſe, unde nihil mirum ſi in ea Pelopis oſſa adſervata fuerint; verba Pauſaniæ hæc ſunt Eliac. β'. Ὀγδοήκοντα δὲ (στάδια) ἐκ Λετρίνων καὶ ἑκατὸν ἐπὶ Ἦλιν. τὸ μὲν δὴ ἐξ ἀρχῆς πόλισμα ἦν οἱ Λέτρινοι, καὶ Λετρεὺς ὁ Πέλοπος ἐγεγόνει σφισιν οἰκιστής. ἐπ' ἐμοῦ δὲ οἰκήματα ἐλείπετο ὀλίγα, καὶ Ἀλφειαίας Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ἐν ναῷ.

Ibid. Λοιβαίοις πυρὸς] Dicere heic in animo erat de veteri apud Græcos cremationis more, unde initium habuerit, & quibus ritibus peragi ſolita fuerit, ſed hæc cum fuſe ſint in Archæologiis noſtris (jam edendis) pertractata, illic Lectorem remitto. Id tantum heic adjiciam, manifeſto falſum eſſe veterem Homeri Scholiaſtem, qui Iliade prima ad Herculem moris hujus originem refert, cum vel ex hoc Lycophronis loco, quem & alii Auctores confirmant, in uſu fuiſſe Pelopis temporibus, qui Herculis ævum anteceſſit.

56. Πτερώμασι] i. e. alatis ſagittis; nam ſagittis avium plumas infigere ſolebant, ut majori cum vi & celeritate ferrentur, qui mos etiam hodie obtinet. Hinc πτερόεις ἰὸς apud Homerum Iliad. δ'. v. 116.

Αὐτὰρ ὁ σύλα πῶμα φαρέτρης, ἐκ δ' ἕλετ' ἰὸν
Ἀβλῆτα, πτερόεντα, μελαινέων ἕρμ' ὀδυνάων.

Et Iliad. ε'. v. 171.

Πάνδαρε, ποῦ τοι τόξον, ἰδὲ πτερόεντες ὀϊστοί;

Calaber etiam lib. IV. πτερόεν βέλεμνον dixit,

Κεῖνον ὑπερβαλέειν ἠδὲ πτερόεντι βελέμνῳ.

Oppianus dixit ὀϊστὸν φερεπτέρυγα, & εὔπτερον, Ἁλιευτικ. ϛ'.

Χαλκείοισι,

Digitized by Google

Χαλκείων, οὐδ' ὅσσα φριξοτριχέων ἐπ' ὀϊστῶν.

Et Κυνηγετικ. α'.

——— κόμαωντάς τε, καὶ εὔπτερον, ὠκὺν ὀϊστόν.

Nec alia ratione *jaculum comatum* dixit Sophocles Trachiniis,

Ἧκεν κομήτην ἰὸν ἐς τὸ πλεύμονας.

57. Δάμαρ] Δαμάζεσθαι dicebantur mulieres nubentes, unde apud Homerum Thetis de Jove, qui ipſam Peleo nubere coegiſſet, ait Iliad. σ'. 432.

Ἐκ μέν μ' ἀλλάων ἁλιάων ἀνδρὶ δάμασσεν,
Αἰακίδῃ Πηλῆϊ, καὶ ἔτλην ἀνέρος εὐνήν.

Ubi τῷ ἀνδρὶ δαμάζεσθαι, & τλῆναι ἀνέρος εὐνὴν, phraſes ſunt æquipollentes. Hinc Sophocles Oedipi filias virgines vocat ἀδμήτας ἀδελφὰς, Oed. Colon. v. 1048. & Dianam, quæ perpetuam coluit virginitatem,

——— τὰν Ἄρτεμιν
Τὰν αἰὲν ἀδμήταν.

Electra v. 1245. Ejuſque vetus Interpres in Ajace v. 451. ἀδάμαστον θεὰν, explicat παρθένον, ἄζυγον. Apposite admodum, nam vox ἄζυγος ejuſdem prorſus eſt ſignificationis cum ἀδάμαστος, nam metaphora à juvencis jugo aſſuetis deſumta eſt: hinc de virgine impuberi Horatius Lib. II. Od. V.

Nondum ſubacta ferre jugum valet
Cervice. ——— ———

Attici vero ut uxorem δάμαρτα, ſic virum appellabant κύριον· quibus nominibus uterque admonetur ſui ordinis atque officii. Ariſtophanes Equitibus,

——— ἐφ' ἁρμάτος
Χρυσοῦ διώξεις Σμικύθην, καὶ κύριον.

Ubi Smicytham, virum effœminatum, ridere voluit Poeta: hinc Scholiaſtes vetus, Χρυσοῦ διώξεις· τῷ διώξεις ἔχοντι λόγον πρὸς τὰ προκείμενα, ἐπήνεγκε παρὰ τὴν φωνὴν τὸ, Διώξεις Σμικύθην καὶ κύριον, ὥσπερ ἐν ταῖς εἰσαγωγαῖς τῶν ἐγκλημάτων κηρύττειν εἰώθασιν, ἐπειδὰν γυναικὶ ἐπιφέρηται ἔγκλημα· οὕτω γὰρ προσκαλεῖσθαι εἰώθασιν, Ἡ δεῖνα καὶ ὁ κύριος, τουτέστιν ὁ ἀνήρ. ἅμα οὖν ὡς γυναικώδη τὸν Σμικύθην κωμῳδεῖ, καὶ ἔχοντα κύριον, ὡς αἱ θήλειαι. Et paulo poſt, Τὸν Σμικύθην κωμῳδεῖ ὡς κίναιδον, κύριον δὲ λέγει τὸν ἄνδρα· οὕτω γὰρ ἐπεγράφοντο ἐν τοῖς δικαστηρίοις· Λαμπώ, καὶ Κύριος, τουτέστιν ὁ Περικλῆς.

Cæterum *uxorem* appellat Oenonen, quæ Cebrenis fluvii filia erat, & Alexandro nupſit, dum inter paſtores ageret, ab eodemque poſtea repudiata fuit, cum Helenam duxerat, cujus nuptias heic vocat ἐπεισάκτους, q. d. ſuperinductas; hinc & Oenonen βαρύζηλον appellat. Oenones meminit Apollodorus Mytholog. lib. III. cap. VI. Ἕκτωρ μὲν οὖν Ἀνδρομάχην τὴν Ἠετίωνος γαμεῖ· Ἀλέξανδρος δὲ Οἰνώνην, τὴν Κεβρῆνος τοῦ ποταμοῦ θυγατέρα. Maxime autem omnium Ovidius in Epiſtola Oenones ad Paridem, ubi deſerta uxor de mariti perfidia conqueritur, v. 9.

Nondum tantus eras, cum, te contenta marito,
Edita de magno flumine Nympha fui.
Qui nunc Priamides, (adſit reverentia vero)
Servus eras; ſervo nubere Nympha tuli.

Et iterum v. 79.

At cum pauper eras, armentaque paſtor agebas,
Nulla, niſi Oenone, pauperis uxor erat.

58. Στείλασα κοῦρον τὸν κατήγορον χθονὸς] Præter allatum à Meurſio Parthenii teſtimonium, Ovidius etiam tradit Corythum Paridis fuiſſe filium, Metamorph. VII. Fab. VIII. de Paride loquens,

Quaque pater Corythi parva tumulatus arena eſt.

Hoc etiam ſuo teſtimonio confirmavit C[illegible] Διηγησ. XXIII. additque eum à patre o[illegible]ilium, quod cum Helena familiaritatem cont[illegible]xiſſet, Ὡς Ἀλεξάνδρου, τοῦ Πάριδος, καὶ Οἰνώνης, ὃν ἐγήματο, πρὶν ἢ τὴν Ἑλένην ἁρπάσαι, παῖς Κόρυθος γίνεται, κάλλει νικῶν τὸν πατέρα. τοῦτον ἡ μήτηρ Ἑλένῃ προσέπεμψε, ζηλοτυπίας τε κινοῦσα Ἀλεξάνδρῳ, καὶ κακόν τι διαμηχανωμένη Ἑλένῃ. ὡς δὲ συνήθης ὁ Κόρυθος πρὸς Ἑλένην ἐγένετο, Ἀλέξανδρός ποτε παρελθὼν εἰς τὸν θάλαμον, καὶ θεασάμενος τὸν Κόρυθον τῇ Ἑλένῃ παρεζευγμένον, καὶ ἀναφλεχθεὶς, ἐξ ὑποψίας αὐτὸν ἀναιρεῖ. Eandem fere Hiſtoriam repetit Parthenius Nicaënſis, additque ex Nicandro, Helenæ ipſum filium à nonnullis dici; Erotic. cap. XXXIV. Ἐκ δὲ Οἰνώνης καὶ Ἀλεξάνδρου παῖς ἐγένετο Κόρυθος· οὗτος ἐπίκουρος ἀφικόμενος εἰς Ἴλιον, Ἑλένης ἠράσθη, καὶ αὐτὸν ἐκείνη μάλα φιλοφρόνως ὑπεδέχετο· ἦν δὲ τὴν ἰδέαν κράτιστος. φωράσας δὲ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἀνεῖλεν. Νίκανδρος μέντοι τὸν Κόρυθον, οὐκ Οἰνώνης, ἀλλὰ Ἑλένης καὶ Ἀλεξάνδρου φησὶ γενέσθαι, λέγων ἐν τούτοις,

Ἠρία τ' ἐν (emendo εἰν') Ἀΐδαο κατοιχομένου Κορύθοιο,
Ὅν τε καὶ ἁρπακτοῖσιν ὑποδμηθεὶς (lege ὑποδμηθεῖσ') ὑμεναίοις
Τυνδαρὶς, αἰν' ἀχέουσα, κακὸν γόνον ἤρατο βούτεω.

Ex quibus verſiculis uti jam leguntur male colligit Parthenius, (ut hoc obiter moneam) Nicandrum dicere Corythum Paridis & Helenæ filium, cum nihil tale vel innuendo ſignificet Poeta; nam γόνον ἤρατο βούτεω nihil aliud denotat, quam quod Helena ἠράσατο τὸν βούτεω, τουτέστι τὸν Πάριδος, γόνον, ἢ παῖδα, i. e. Bubulci, ſeu Paridis, filii, h. e. Corythi, amore capta fuit; ἤρατο enim fit à verbo poetico ἔραμαι. Sin vero dicere voluiſſet, Helenam ex bubulco Corythum ſuſcepiſſe, debuit hoc modo verſiculum proferre,

——— κακὸν γόνον ἤρατο βούτῃ.

Itaque legendum puto. Ad Lycophronem ejuſque Scholiaſtem redeo, qui, cum referunt Corythum Græcis ad Trojam navigantibus viæ ducem fuiſſe, Homero contradicunt, apud quem Calchas dicitur per maria iter monſtraſſe. Euſtathius Iliad. α'. Ἡ δὲ Ὁμήρου γνώμη δήλη ἐστὶν, ἀποφηναμένου τὸν Κάλχαντα τοῖς Ἕλλησι τοῦ εἰς τὴν Τροίαν πλοῦ ἀφηγήσασθαι. Audi etiam ipſum Homerum Iliade citata, ubi de Calchante ait, v. 72.

Καὶ νήεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιῶν Ἴλιον εἴσω.

61. Αὐτὴ δὲ φαρμακουργὸς &c.] Magno in pretio habebatur apud Veteres medicina, unde tam clara nomina Æſculapii, Chironis, &c. Reges etiam & Principes non dedignabantur in ea addiſcenda operam ponere, quod Achillis, aliorumque exemplis comprobari poſſit; & Athenienſes, quam regibus aliquot, & ſummis viris negarunt, urbis ſuæ libertatem Hippocrati, celebri medico, ultro obtulerunt. Hinc nihil mirum, ſi Apollo medicinam Oenonæ præbuerit, in raptæ virginitatis ſolatium, ut fuſius narrat Ovidius in Epiſtola jam laudata. Hæc porro, cum Paris eſſet à Philoctete vulneratus, ipſaque ſola opem

Digitized by Google

opem ferre potuit, ſanare ipſum noluit; eo vero mortuo, pœnitentiam agens, vitam laqueo finivit, ſecundum Apollodorum, & Cononem; aut à turri ſe præcipitem dedit, ut Lycophron; aut alio ſe modo confecit, ut alii. Fabula eſt apud Apollodorum loco citato; Αὕτη (Οἰνώνη) παρὰ τῆς Ρέας τὴν μαντικὴν μαθοῦσα, προὔλεγεν Ἀλεξάνδρῳ μὴ πλεῖν ἐπὶ Ἑλένην. μὴ πείθουσα δὲ, εἶπεν, ἐὰν τρωθῇ, παραγίνεσθαι πρὸς αὐτὴν, μόνην γὰρ θεραπεῦσαι δυνάσθαι. ὁ δὲ Ἑλένην ἐκ Σπάρτης ἁρπάσας, πολεμουμένης δὲ Τροίας, τοξευθέντα ὑπὸ Φιλοκτήτου τόξοις Ἡρακλείοις, πρὸς Οἰνώνην ἐπανῆλθεν εἰς Ἴδην, ἡ δὲ μνησικακοῦσα, θεραπεύσειν οὐκ ἔφη. Ἀλέξανδρος μὲν οὖν εἰς Τροίαν κομιζόμενος ἐτελεύτα· Οἰνώνη δὲ μετανοήσασα, τὰ πρὸς θεραπείαν φάρμακα ἔφερε, (ἦν γὰρ Οἰνώνη ἰατρικὴν καὶ μαντικὴν ἤσκει) καὶ καταλαβοῦσα αὐτὸν νεκρὸν, ἑαυτὴν ἀνήρτησεν. Eandem Fabulam non multa cum variatione referunt Conon Διηγησ. XXIII. & Parthenius Ἐρωτικ. IV.

67. Πόθῳ δεδηγμένη ἀγκιστρωμένη] Deſiderio irretita, metaphora à piſcibus ducta, qui hamis capti ſe expedire nequeunt. Etymologici Auctor, Ἀγκιστρώμενος, κατεχόμενος· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κατεχομένων τῷ ἀγκίστρῳ.

69. Στένω, σένω σε διπλᾶ καὶ τριπλᾶ] h. e. graviſſime & vehementiſſime gemo & doleo, geminato ob emphaſin majorem verbo; & quaſi hoc parum eſſet, adjicit amplius *ſe bis terque* dolere: quibus verbis exprimere vult ingentem, & pene verbis majorem dolorem: ut fruſtra ſit Scholiaſtes, qui eo hæc refert, quod Troja ter fuerit direpta, ab Hercule, ab Amazonibus, & Græcis. Quod autem doctiſſimus Meurſius hanc interpretationem amplexus ſit, id plane miror; magis vero, quod tertiam Trojæ direptionem ad Charidemum, neſcio quem, aut Fimbriam, Romanum Legatum, referat, rejectis iis, quæ de Amazonibus refert Scholiaſtes, ut nulla auctoritate ſuffulta; præſertim, cum Homeri etiam illuſtre teſtimonium hinc non alienum videatur, Il. γ'. v. 189. ubi Priamus ait, Trojam ab Amazonibus oppugnatam eſſe.

Ἤματι τῷ, ὅτε ἦλθον Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι.

71. Ἐπαυγάζουσιν] i. e. βλέπουσιν, nam αὐγαὶ ſunt ὀφθαλμοί. Nicander Alexipharmacis,

Ἢ δ' ὑπὸ ζοφίης νυκτὸς κεκαλυμμένος αὐγάς.

72. Τάφους Ἀτλαντίδος κέλωρος] h. e. Trojam, ubi exſtructum erat ſepulcrum Dardani, quem ex Jove & Electra, Atlantis filia, natum referunt. Virgilius Æneid. VIII. v. 134.

Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & auctor
Electra (ut Graii perhibent) Atlantide cretus,
Advehitur Teucros; Electram maximus Atlas
Edidit. ———

Idem tradit Ovidius in Faſtis,

Dardanon Electra quis neſcit Atlantide natum?
Electram ſcilicet concubuiſſe Jovi.

Huc etiam pertinent, quæ tradit vetus Homeri Scholiaſtes Iliad. υ'. 215. Δάρδανος, ὁ Διὸς καὶ Ἠλέκτρας, τῆς Ἄτλαντος θυγατρὸς, διῴκει τὴν Σαμοθρᾴκην, ἐπομβρίας γενομένης, σχεδίαν κατασκευάσας, καὶ ἀσκὸν ἑαυτῷ περιθεὶς, διεκομίσθη εἰς τὴν Ἴδην τῆς Τρῳάδος καὶ ἀποβὰς, Διὸς ὑποθεμένου, κτίζει πόλιν, ἣν ἀφ' ἑαυτοῦ Δαρδανίαν ὠνόμασεν· ἱστορεῖ Λυκόφρων. Reddit rationem, cur Dardanus, relicta Samothracia, in agrum, Trojanum poſtea appellatum, tranavit; quia, nempe, fratris Jaſionis interitu mœſtus, eam terram odio haberet; Ἠλέκτρας δὲ τῆς Ἀτλαντίδος καὶ Διὸς, (inquit) Ἰασίων καὶ Δάρδανος ἐγένοντο. Ἰασίων μὲν οὖν ἐρασθεὶς Δήμητρος, καὶ θέλων καταισχῦναι τὴν θεὸν, κεραυνοῦται. Δάρδανος δὲ ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ ἀδελφοῦ λυπούμενος, Σαμοθρᾴκην λιπὼν, εἰς τὴν ἀντίπερα ἤπειρον ἦλθε. &c. Vid. Apollodorum lib. III. cap. XI.

76. Κέπφος ὡς ἐνήξατο] Ceppho comparat Dardanum, quia per maria ex Samothracia ad Idam venit; cepphus enim avis marina eſt: vel quod magna cum celeritate iter illud confecit; nam avis iſta levitate, & celeritate, nota eſt. Heſychius, Κέπφος, εἶδος ὀρνέου κουφοτάτου περὶ τὴν θάλασσαν διατρίβοντος, ὃ εὐχερῶς ὑπὸ ἀνέμου μετάγεται, ἔνθεν λέγεται ὀξὺς καὶ κοῦφος ἄνθρωπος, κέπφος. Suidas, Κέπφος, εἶδος ὀρνέου, ὁ λεγόμενος λάρος, ἔστι δὲ κοῦφον, καὶ ἐπιπλέον τοῖς κύμασιν. Phavorinus, Κέπφοι, οἱ κοῦφοι, ἀπὸ τῶν ὀρνέων· ὅθεν καὶ τοὺς ἐλαφροὺς τὰς φρένας, κέφους (lege κέπφους) καλοῦμεν. Hinc κεπφωθεὶς dicitur, qui celeri motu fertur, quo ſenſu intelligi poteſt illud Proverb. cap. VII. v. 22. Ὁ ἐπηκολούθησεν αὐτῇ κεπφωθείς. Et quamvis alia ſignificatio, qua nempe exp. ἀπατηθεὶς, non ſit ab hoc loco aliena, prior tamen cum Hebraico textu magis convenire videtur. Heſychius, Κεπφωθεὶς, ἐπαρθεὶς, ἀπατηθείς. Suidas, Κεπφωθεὶς, ἀντὶ τοῦ ἐπαρθεὶς, κέπφος γὰρ εἶδος ὀρνέου κούφου. καὶ Κεπφωθεὶς, ἐρεθισθεὶς, ὀξέως ἐλαυνόμενος.

77. Ζήρυνθον ἄντρον] Zerynthus, antrum erat ob Hecates occulta myſteria, quæ ibi celebrabantur, notiſſimum, quod quidam in Thracia ponunt. Phavorinus, Ζήρυνθον, ἄντρον Θρᾳκικὸν, σπήλαιον. Stephanus Byzantinus, Ζήρυνθος, πόλις, καὶ ἄντρον Ἑκάτης, ἐν Θρᾴκῃ. Λυκόφρων.

Ζήρυνθος ἄντρον τῆς κυνὸς φανοῦς θεᾶς, φασίν.

Emendat Thomas de Pinedo,

Ζήρυνθον ἄντρον τῆς κυνοφάγου θεᾶς
Λιπών. ———

Ego emendo,

Ζήρυνθον ἄντρον τῆς κυνοσφαγοῦς θεᾶς

φασίν. Alii in Samothracia collocant, quod & rectius mihi videtur, quod in hac terra frequentari dicantur Hecates, & Corybantum ſacra, quæ ad hoc antrum pertinebant, ut ex Suida diſcimus; Ζηρυνθία, (inquit) ἡ Ἀφροδίτη, καὶ Ζηρύνθιον, καὶ Ζήρινθον (lege Ζήρυνθον) ἄντρον, ἐν ᾧ τοὺς κύνας ἔθυον, ἔνθα ἦν τὰ τῶν Κορυβάντων, καὶ τῆς Ἑκάτης μυστήρια. Idem tradit Ariſtophanis Interpres in Pace, Οἱ ἐν κινδύνοις γενόμενοι ἐπικαλοῦντο τούτους τοὺς δαίμονας τοὺς ἐν Σαμοθρᾴκῃ, τούς τε Κορύβαντας, καὶ τὴν Ἑκάτην, ἐξ ἧς καὶ διαβόητον ἦν τὸ Ζήρυνθον ἄντρον, ἔνθα ταύτῃ ὠργίαζον, καὶ ἠλευθεροῦντο. Nicandri Scholiaſtes hunc Lycophronis locum habuit præ oculis; Ἄλλοι δὲ (inquit) τὸ Ζήρυνθον ἄντρον ἐν Σαμοθρᾴκῃ φασὶν εἶναι, Λυκόφρων δέ φησι,

Ζήρυνθον ἄντρον τῆς κυνοσφαγοῦς θεᾶς,

ὅ ἐστι, σπήλαιον Ἑκάτης. Nec apud Latinos minus celebre hoc antrum fuit; Ovidius Triſt. lib. I. Eleg. IX. v. 19.

Inde levi vento Zerynthia litora nactis
Threiciam tetigit feſſa carina Samon.

Ibid. Κυνοσφαγοῦς θεᾶς] i. e. Hecates, cui canes immolari ſolebant. Nam cum duplicem præcipue ob cauſam certa animalia in Deorum ſacrificiis adhiberentur: prima erat, quod quorundam

dam cæde delectari crederent Deos: ut cum Cereri porcam, Baccho capram mactabant: quorum illa ſegeti, hæc vitibus infeſta eſt. Hanc ob rationem putant nonnulli (inter quos eſt Scholiaſtes noſter, & ex eo Cælius Rhodiginus Antiq. Lect. l. xx. c. vi.) Hecatæ canes immolari, quod inviſum ſit id animal, cujus latratu phantaſmata, quæ ab Hecate mittuntur, diſſolvuntur; nam cum aër vel æris tinnitu, vel alicujus rei ſtrepitu concutitur, illa offenduntur graviſſime, & nequeunt diutius conſiſtere. Secunda ratio, ob quam certa animalia certis Diis offerebantur, erat, vel quod Diis ſacra habita ſint quædam animalia, vel ob aliquam inter Deum & victimam ſimilitudinem. Hinc malis, & infernis Diis nigræ, & ſteriles mactabantur boſtiæ; bonis albæ, & ſuperis teſticulatæ, ἄγονα τοῖς ἀγόνοις, ἔνορχα δὲ τοῖς οὐρανίοις, ut ait Apollonii Rhodii Interpres Argon. α'. Similem ob cauſam equus Soli ob celeritatem mactabatur, ut ait Ovidius Faſt. lib. I.

Placat equo Perſes radiis Hyperiona cinctum,
Ne detur celeri victima tarda Deo.

Cereri Cerealia dona offerebant, Baccho vini primitias, Veneri columbam, ut de cæteris taceam; ſic &, opinor, in Hecates ſacrificiis canes adhibebantur, nam id animal Deæ ſacrum, ejuſque comes eſſe putabatur. Unde Apollonius Rhodius, de Hecate loquens,

——— ἀμφὶ δὲ τήν γε
Ὀξείῃ ὑλακῇ χθόνιοι κύνες ἐφθέγγοντο.

Et Poeta noſter, cum infra ait Hecubam in canem eſſe mutandam, dicit futuram eſſe Hecates *pediſſequam*, v. 1175. Et Tibullus Eleg. lib. I. cum voluit dicere quandam magam interius cum Hecate commercium habere, ipſam dicit *Hecates canes domuiſſe*, quod illi ſemper ſint ejus pediſſequæ,

Sola tenere malas Medeæ dicitur artes,
Sola feros Hecates perdomuiſſe canes.

Quinetiam canum latratus ei gratus credebatur, unde factum, ut veneficæ, cum eam implorabant, canino more ulularent; quod ex Ovidio diſcimus, Metam. XIV. Fab. VIII.

Et Noctem, Noctiſque Deos, Erebonque, Chaonque
Convocat, & longis Hecaten ululatibus orat.

78. Ἐρυμνὸν κτίσμα Κυρβάντων Σάον] Qui ſint Corybantes, omnibus notum. Porro ubi ſit Saus, pauci dicere potuerunt. Scholiaſtes ait eſſe Thraciæ montem, vel antrum. Canterus inſulam Saonem ponit; vel putat eſſe Thraciæ promontorium, in quo Hecates antrum erat, quod tamen ipſe paullo ante in Samothracia poſuerat: & certe Dardanus in Phrygiam è Samothracia enatavit, ut prius dictum, non ex Saone, aut Thracia; eademque Corybantum ſedes fuit, teſte Dionyſio Perieg. v. 524.

——— Θρηικίη τε Σάμος, Κορυβάντιον ἄστυ.

Ex quibus neceſſe erit Saum dicere Samothraciam; quam etiam ita appellatam fuiſſe clare prodidit Nicandri Interpres ad hunc verſum,

Ἢ Σάω, ἢ Μοσύχλῳ, ὅτ' ἀμφ' ἐλάταισι μανδραῖς.

Καὶ ὁ Σάος δὲ, καὶ ὁ Μόσυχλος (inquit Scholiaſtes) ὄρη εἰσὶ τῆς Σάμου· μέμνηται δὲ τούτων τῶν τόπων, τῆς Λήμνου, καὶ Σαμοθράκης, ἑκατέρας τὰς νήσους διὰ τούτων σημαίνων· ἐκαλεῖτο δὲ Σάος καὶ ἡ ὅλη Θρακικὴ Σάμος. Atque hinc Euſtathius in Dionyſii Perieg. v. 524. ait, Τὴν δὲ Σάμον τὴν Θρᾳκικὴν, Κυρβάντιον ἢ Κορυβάντιον ἄστυ λέγει, διὰ τὰ ἐκεῖ τῶν Κορυβάντων μυστήρια, ὧν καὶ Λυκόφρων μέμνηται.

85. Φῶκαι λάκτρα &c.] Immerito hic à Cantero caſtigatur Tzetzes, quod vituli marini ab eo tradantur erga homines benevoli eſſe, cum id ſit à rerum naturalium ſtudioſis olim obſervatum. Vid. Ælianus lib. IV. cap. LVI.

80. Ζηνὸς κεχλάζων νασμὸς] Ad hunc locum reſpexit Etymologici Auctor, Νασμὸς, (inquit) ὄμβρος, ἀπὸ τοῦ νάω, ὅθεν καὶ νᾶμα, καὶ ναύτης. Λυκόφρων. Ζηνὸς κεχλάζων νασμός. σημαίνει δὲ ἐνταῦθα τὸν κατακλυσμόν. Cæterum à Jove diluvium hoc factum eſſe dicit, ex Veterum opinione, qua Jupiter dicebatur cœlum, æther, & aër; hinc Theocritus Idyll. IV. v. 43.

Χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

Cujuſmodi exempla apud alios quoque Poetas ubique occurrunt: unde Jovi inditum apud Græcos Ὀμβρίου, apud Latinos *Pluvii* nomen. Lycophron v. 166.

Τοῦ Ζηνὶ δυστεκνωθέντος Ὀμβρίῳ δέμας.

Et Tibullus, de Ægypto loquens,

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,
Arida nec Pluvio ſupplicat herba Jovi.

88. Τόργος ὑγρόφοιτος] Τόργος vulturem rapacem denotat, & apud Siculos præcipue in uſu fuit, quorum erat mons Torgium, in quo vultures nidificare ſolebant, unde & hoc nomen eis inditum; Auctore Heſychio, Τόργος, εἶδος γυπὸς αἱματορρόφου· ἔστι δὲ καὶ ὁ γὺψ παρὰ Σικελιώταις. Et paullo ante, Τόργιον, ὄρος ἐν Σικελίᾳ, ὅπου νεοττεύουσιν οἱ γῦπες, ἀφ' οὗ καὶ αὐτοὶ τόργοι. Hæc autem ſignificatio minime eſt hujus loci, quia non in vulturem, ſed cycnum ſe mutavit Jupiter, cum Ledam, Helenæ matrem, compreſſit; τόργον itaque pro cycno poni velim; quod & prius obſervavit Suidas, Τόργος, (inquit) παρὰ Λυκόφρονι ὁ κύκνος λέγεται δὲ καὶ ὁ γύψ. Hoc vero non ideo fieri puto, quaſi τόργος de cycno proprie dici poſſit, ſed quod more ſuo Lycophron ſpeciem unam pro alia poſuerit; haud aliter infra dicet Priamum juxta altare Jovis Agamemnonis interfectum eſſe, quem tamen ad Hercei periiſſe notiſſimum eſt, v. 335. Item Epeum inſtrumenta, quibus equum Durateum fabricavit, & Minervæ Græcæ conſecravit, Myndiæ dicaſſe, v. 950. Plura exempla ex hoc Poeta afferre ſupervacaneum eſſet, cum nec hunc loquendi morem alii Scriptores refugerint; haud enim aliter Euripides Calliſtonem ait in leænam fuiſſe transformatum, quam reliqui omnes in urſam verſam fabulantur; Helen. v. 384.

Ἃ μορφᾷ θηρῶν, λαχνογυίων,
Ὄμματι λάβρῳ, σχῆμα λεαίνης
Ἐξαλλάξασ', ἄχθεα λύπης.

Cujus ſignificationis rationem Euripidis Interpretum nemo ſatis intellexiſſe videtur.

89. Κηλυφάνῳ στρόβιλον ὀστρακωθέντα] Στρόβιλος inter alia

alia ſignificata ovi hemiſphærium denotat, ut ait Phavorinus, Στρόβιλον, στρογγύλον. Στρόβιλος δὲ, τὸ σφαιρῶδες διχότομον τοῦ ᾠοῦ. Item cochleam, teſte Suida; Στρόβιλοι, (inquit) καὶ οἱ κοχλίαι, καὶ οἱ θαλάσσιοι κήρυκες. Unde communiter pro quovis rotundo uſurpari ſolet; & hoc ſenſu apud Lycophronem ſumi docet Euſtathius, Commentario in Dionyſium v. 157. Λέγει δὲ (inquit) τόρνον, τὸ τορνευτὸν, ὥσπερ ὁ Λυκόφρων στρόβιλον, τὸ στροβιλοειδές. Malim tamen hoc loco στρόβιλον cochleam exponere; ut Helena, quam ex ovo natam fabulantur, comparetur cochleæ teſta circumtectæ; quam interpretationem adjuvat vox ὀστρακοπληθῆ. Porro Helenæ fabula notiſſima eſt.

90. Ἀχερουσίαν τρίβον Καταιβάτιν] Sunt qui Acheruſiam viæ Laconicæ nomen eſſe arbitrantur; mihi nihil tale videtur, ſed potius ita dici regionis illius viam quamlibet, in qua Tænarus promontorium fuit, ubi fauces erant ad Inferos deducentes; & antrum oſtendebatur, per quod Herculem ab Inferis rediiſſe Poetæ fabulati ſunt; unde & hanc viam καταιβάτιν, ſive declivem appellavit Lycophron, nam per immania præcipitia patebat ad Inferos iter; Virgilius Æneid. VI. v. 126.

—— facilis deſcenſus Averni,
Sed revocare gradum, ſuperaſque evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt. ——

91. Πύγαργον] Varia habet ſignificata hæc vox quæ Paridi poſſunt applicari, quæque ſatis explicavit Scholiaſtes noſter; itaque nihil aliud addam, quam quod Etymologici Auctor *aquilam* exponit, cui comparatur Paris, quod Helenam rapuerit: Πύγαργος, (inquit) εἶδος ἀετοῦ, Λυκόφρων. δειλὸν, ἢ ἅρπαγα· Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ δειλοῦ, ἀπὸ τῆς λευκῆς πυγῆς, ὥσπερ ἐναντίως μελάμπυγος, ἀπὸ τῆς ἰσχύος. Dictus autem videtur ἀπὸ τοῦ πυγὴν ἀργὴν ἔχειν, ſive quod caudam habeat albis pennis inſignem, ut innuit Æſchylus in Agamemnone,

—— ὁ κελαινὸς
Ὅ, τ' ἐξόπιν ἀργᾶς,
Φανέντες ἴκταρ μελάθρων.

Ubi Scholia vetera, Ὅ, τ' ἐξόπιν ἀργᾶς ὁ ἐξόπισθεν λευκὸς, ὅ ἐστιν ὁ πύγαργος. Alii dictum putant, quod ſit proclivior in Venerem, per antiphraſin, quod ei cauda ſit minime otioſa: eadem Etymologia conveniet, ſi pro *timido*, ut fieri nonnumquam ſolet, accipias. Cæterum Paridis libido, & timiditas ſatis notæ.

Ibid. Οὐ πατρὸς κόπρους &c.] Obſervavit heic Meurſius, regium antiquitus fuiſſe pecora paſcendi ſtudium; quod quidem veriſſimum eſt unde apud Homerum Il. ζ'. v. 422. Andromache, Eetionis, Thebarum Ciliciæ regis, filia, dicit fratres ſuos, dum boum armenta, oviumque greges paſcerent, ab Achille interfectos eſſe,

Πάντας γὰρ κατέπεφνε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς,
Βουσὶν ἐπ' εἰλιπόδεσσι, καὶ ἀργεννῇς ὀΐεσσι.

Ubi obſervare poteris eam de bobus, ovibuſque ſolum loqui, porcorum autem nullam habere mentionem: horum enim greges paſcere ſervorum potius erat, quod hoc turpe eſſet animal, & luto fimoque gauderet; ut diſcimus ex Euſtathii Commentario in hos verſus Iliad. ε'. v. 312.

—— Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη
Μήτηρ, ἥ μιν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε βουκολέοντι.

Σημείωσαι δὲ (inquit) ὅτι ὥσπερ ποιμαίνειν, οὕτω καὶ βουκολεῖν ἔξεστι τοῖς βασιλικοῖς παισὶ, οὐ μὴν συφορβεῖν, τοῦτο γὰρ πάνυ ἀγεννὲς, διὰ τὸ τῶν συῶν οὐ μόνον γεωχαρὲς, ἀλλὰ καὶ ἄλλως ἐκ τρυφῆς. Equos alendi ſtudium adeo fuit in pretio, ut non viri ſolummodo, ſed fœminæ etiam nobiliores ei operam darent; teſtis eſt Homerus Iliad. θ'. v. 185. ubi Hectorem introduxit dicentem equorum ſuorum curam habuiſſe Andromachen,

Ξάνθε τε, καὶ σὺ Πόδαργε, καὶ Αἴθων, Λάμπε τε δῖε,
Νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον, ἣν μάλα πολλὴν
Ἀνδρομάχη, θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος,
Ὑμῖν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν,
Οἶνόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.

Ubi idem obſervavit ex Herodoto Euſtathius, Ἰστέον δὲ (inquit) ὅτι γυναικείαν διακονίαν ὁμοίαν τινὰ τῇ κατὰ τὴν Ἀνδρομάχην καὶ Ἡρόδοτος ἱστορεῖ, ἐν οἷς φησιν ὅτι γυνή τις, ἐπεὶ ἀφίκετο ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ἦρδε τὸν ἵππον, ὃ ἐστιν ἐπότιζεν. Idem de ovibus, bobuſque credendum eſt. Rationem cur ſe his operibus occuparunt Veteres, dabit tibi idem Euſtathius: ut, nempe, laboribus ſe, & exercitiis aſſuefacerent, & pecudum curam gerendo hominibus imperare diſcerent; audi ejus verba ex Iliad. λ'. Ὅρα δὲ καὶ ὅτι ποιμαίνουσι κἀνταῦθα παῖδες εὐγενεῖς, ἐπεὶ, κατὰ τὴν ἱστορίαν, ἔθος τοῖς παλαιοῖς κατὰ τὴν προτέραν ἡλικίαν βουκολεῖν, ἢ ἱπποφορβεῖν, ἢ ποιμνίοις ἐπιστατεῖν, καρτερίας καὶ ἀσκήσεως χάριν, τὴν ἀνθρωπικὴν ποιμαντικὴν ἀσκουμένοις ἐν τῇ τῶν ἀλόγων ἐπιμελείᾳ, δι' ἣν καὶ ποιμένες λαῶν ἐλέγοντο. Mihi autem potius videtur hoc ex antiqua frugalitate & ſimplicitate factum; Veteres enim utplurimum erant αὐτοδιάκονοι, & utcumque in operibus inhoneſtioribus ſervorum bello captorum, aut ære emtorum opera uterentur, cætera tamen ipſi obire ſolebant: quam rem innumeris exemplis confirmavit Homerus, apud quem Heroes ſummi ſacrificiales ritus obeunt, convivia apparant, mortuos ſepeliunt, aliiſque officiis, quæ in delicatioribus ſeculis ſervilia, & libero homine indigna exiſtimata ſunt, funguntur; unicum hac de re teſtimonium dabo, & in id Euſtathii illuſtrationem, ex Iliad. η'. ubi Neſtor Principes Græcos hortatur, ut ipſi mortuis ſepulturam darent, & juſta perſolverent, his verbis,

Αὐτοὶ δ' ἀγρόμενοι κυκλήσομεν ἐνθάδε νεκροὺς
Βουσὶ, καὶ ἡμιόνοισιν· ἀτὰρ κατακήομεν αὐτούς.

Ubi Euſtathius, Τὸ δὲ Αὐτοὶ ἀγρόμενοι, αὐτοδιακονεῖν ἐν καιροῖς καὶ τοὺς ἀρίστους βούλεται. καὶ δηλοῦται τοῦτο ἔκ τε ἄλλων μυρίων τῶν κατὰ τοὺς ἥρωας, καὶ ὅτι δὲ Πάτροκλος καὶ Ἀχιλλεὺς ἐν ταῖς λιταῖς αὐτοὶ τὰ τῆς δεξιώσεως τῶν φίλων πρέσβεων ἐνεργοῦσι· καὶ Μενελάου, φασὶ, τελοῦντος, ὁ νυμφίος οἰνοχοεῖ· καὶ Ὀδυσσεὺς δέ που δμῶσιν ἐπιστρέφει ... πῦρ καῦσαι, καὶ ξύλα κεάσαι δεξιὸς εἶναι λέγεται. τὸ πᾶν δὲ, κατὰ τοὺς παλαιοὺς εἰπεῖν, ἐπετήδευον οἱ ἥρωες τὴν αὐτοδιακονίαν, καὶ ἐκαλλωπίζοντο τῇ ἐν τοῖς τοιούτοις εὐστροφίᾳ. καὶ ἔστιν εἰπεῖν ὡς ἐφιλοτιμοῦντο οὕτω αὐτάρκεις εἶναι δοκεῖν, καὶ τέλειοι, καὶ ἀνενδεεῖς, ὅσα μὴ ἐθέλοντες ὀφλεῖν χάριτας ἑτέροις, οἱ τῶν ἔργων συνεφάπτονται αὐτοῖς ἐπὶ οὕτω μικροῖς, καὶ οὐ πολλοῦ λόγου ἀξίοις, καὶ ἅμα πραγματευόμενοι τὸ ποικιλώτερον.

κωλύτιεσιν. Hæc, fateor, ἐν παρόδῳ nam ad Paridem quod attinet, etſi hoc non videtur obſervaſſe Meurſius, is armenta pavit non regio, ſed paſtorali habitu indutus, nec niſi poſtea agnitus eſt à Priamo rege. Hecuba enim, cum gravida eſſet, ſomniavit ſe facem in utero geſtare, & conjectores conſulti reſpondebant, fore, ut filius, quem in utero habuit, patriam eſſet perditurus. Qua re cognita, Priamus infantem, ubi primum eſſet in lucem editus, Archelao cuidam dedit feris exponendum in Ida monte, ubi à paſtoribus, vel etiam ab ipſo Archelao, aut miſericordia commoto, aut Hecuba id clam jubente, educatus, & paſtorali vitæ aſſuefactus eſt; ubi, cum eſſet in dirimendis controverſiis æquiſſimus, & maximam juſtitiæ famam comparaſſet, orta inter Deas de formæ præſtantia contentione, arbiter electus eſt. Cætera, quæ ad fabulam pertinent, notiora ſunt, quem ut heic habere locum debeant.

93. Θυωρεῖτιν] Θυωρὸς menſam ſacram denotat, quæ placentas, τὰ πέμματα, cæteraque divinis uſibus deſtinata ſuſtinebat. Heſychius, Θυωρὸν, τράπεζαν. ἐφ᾽ ᾗ τὰ θύη φυλάσσουσιν, καὶ τοὺς ἱερεῖς, καὶ μυρεψοὺς οὕτω. Suidas, Θυωρὸς, κυρίως ἡ ἱερὰ τράπεζα· ἔλεγε Φερεκύδης, ὅτι οἱ θεοὶ τὴν τράπεζαν θυωρὸν καλοῦσι. Quæ verba citavit Suidas ex Diogenis Laertii Vita Pherecydis, ubi totidem verbis exſtat hoc dictum, cujus ratio erat hæc, quam dixi; quod, nempe, menſa, quæ ſacris uſibus inſerviebat, θυωρὸς dicta. Phavorinus hunc Lycophronis locum habuit præ oculis, Θυωρὸς, ἡ τράπεζα παρὰ Λυκόφρονι, ἡ καὶ τὰ θυάματα (lege θύματα, vel θυμιάματα) ὁρῶσα καὶ φυλάττουσα. His autem menſis more receptum fuit ut aſſiderent nummularii, qui in fœnora pecuniam elocabant, & aurum argento, argentum obolis, teruncii ſve permutabant; & ne Judæorum quidem Templum ab his fuit immune, ut docent Scripturæ, in quibus Chriſtus dicitur, eos è Templo fugaſſe, menſaſque ſubvertiſſe; Matthæi Evangel. XXI. 12. Καὶ εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξέβαλε πάντας τοὺς πωλοῦντας, καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε. Cujus moris prima cauſa fuiſſe videtur, ut præſto eſſent, & emi poſſent omnia, quæ eſſent ad ſacrificiorum ritus peragendos neceſſaria, unde in Matthæi loco citato Chriſtus eorum etiam *cathedras* ſubvertiſſe dicitur, *qui vendebant columbas*, nam columbæ à Judæis mactari ſolebant. Hinc τραπεζίτης, pro nummulario uſurpari ſolet, Plautus,

——— ſubducam ratiunculam,
Quantum argenti mihi apud Trapezitam ſiet.

Idem ſignificat etiam θυωρείτης; unde emendo Heſychium, apud quem ſic ſcribitur, Θυρωρείτης, τραπεζίτης. Lege Θυωρείτης, τρ. Item qui controverſias his de rebus ortas dirimebant, θυωρεῖται dicti fuiſſe videntur, unde & hic pro *judice* ſumitur; cujus rei nos admonuit Etymologici Auctor, Θυωρεῖτιν [illegible] τὴν βασιλικὴν, ἀργυρογνώμονα, κριτήν. θυωρὸς δὲ, κυρίως ἡ τράπεζα, παρὰ τὸ τὰ θύη δέχεσθαι τῶν θεῶν· ἢ παρὰ τὸ τὰ θύα (lege θύη) ὁρεῖν, ὃ ἐστι φυλάσσειν, παρὰ Λυκόφρονι· νῦν δὲ μεταφορικῶς εἶπεν ἐπὶ τῷ ἄλλας ὅτι ἔκριναν τὰς θεάς. Lege, ἐπὶ τοῦ κάλλους ὅτι ἔκρινε τὰς θεάς.

94. Ὀσρίμων] i. e. ſtabulorum. Heſychius, & ex eo Phavorinus, Ὀσρίμων, ἐν ᾧ αἰθριναί μοναὶ τόποι· οἱ δὲ, ἔπαυλις.

Ibid. Γαμφηλὰς ὄνου] Aſini maxillas vocat Maleam, Laconiæ promontorium, quod V. m. n[illegible] ſuum per mare extenditur: Euripidis Scholiaſtes in Oreſte, v. 364. Μαλέας δὲ ἀκρωτήριον ἐστὶ περὶ Λακεδαιμονίαν, λεγόμενον παρά τισιν ἰδιωτικῶς Ὄνου γναμάγγελος. Quod nomen ei inditum à formæ ſimilitudine: nec alia ratione Æſchylus mare Salmydeſium vocavit *maxillam*, Prometheo,

Τραχεῖα Πόντου Σαλμυδησσία γνάθος,
Ἐχθρόξενος ναύταισι, μητρυιὰ νεῶν.

Ubi Scholiaſtes hæc verba habet, Γνάθον εἶπε, διότι Σαλμυδησσία θάλασσα τοιοῦτον σχῆμα ἔχει, οἷον ἡ τῆς ὄνου γνάθος. Idem dixit *flammæ barbam*, quod flamma in acutum verticem, ſenilis barbæ inſtar, exeat, Agamemnone v. 314.

Φλογὸς μέγαν πώγωνα. ———

Ad quod iterum Scholiaſtes, Πώγωνα λέγει τὴν εἰς ὀξὺ λήγουσαν ἀκμὴν τοῦ πυρός, καὶ ὁ πώγων γὰρ εἰς ὀξὺ λήγει, ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ Αἰσχύλος γνάθον, τὴν ἀκμὴν εἴρηκε καὶ ὀξύτητα τῆς σφηνός. Σημείωσαι δὲ ὅτι ἐκ τούτου ὠνομάσθη παρὰ τοῖς μετεωρολόγοις πωγωνίας ἀστήρ. Si quis plura hujus generis exempla videre volet, Euſtathium adeat. Porro promontorium hoc Laconiæ, Μαλία, Μάλεια, Μάλειαι, vel Μαλέας dictum, à Maleo, rege quodam Argivorum, qui ibi templum exſtruxit Apollinis; adeo vero navigantibus infeſtum erat, ut proverbio originem dederit, quo admonentur, qui juxta Maleam navigaturi ſunt, rerum domeſticarum oblivíſci, tamquam qui certam mortem ſint exſpectaturi. Euſtathius Odyſſ. γ΄. ad hunc verſum,

Ἐν νηυσὶ γλαφυρῇσι Μαλειάων ὄρος αἰπὺ
Ἷξε θέων. —— ———

Ἰστέον δὲ (inqnit) ὅτι ἐκ Μαλειῶν, ὅθεν ἐξώσθη Μενέλαος εἰς Κρήτην, καὶ περὶ ἃς ἐδυστύχησεν ὁ Ἀγαμέμνων εἰς τὸν πλοῦν, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται, παροιμία κεῖται, τὸ, Μαλέας δὲ κάμψας, ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε· οὐ γὰρ εὔπλους, φασὶν, ὁ τόπος. λέγεται δὲ καὶ Μάλεια ἑνικῶς, καὶ Μάλειαι πληθυντικῶς, πρὸς ἔμφασιν τοῦ κατὰ τὸ ἀκρωτήριον μεγέθους· ὥσπερ δὲ καὶ Κρήτη, καὶ Κρῆται, καὶ ἄλλα πολλά. ὁ δὲ Μάλεως, καὶ Μαλέας κοινῶς λέγεται. Ad proverbium quod attinet, id eſt ex Strabonis libro VIII. Ἦν δ᾽ ὥσπερ ὁ πορθμὸς οὐκ εὔπλους ὁ κατὰ Σικελίαν τὸ παλαιὸν, οὕτω καὶ τὰ πελάγη, καὶ μάλιστα τὸ ὑπὲρ τῶν Μαλειῶν, διὰ τὰς ἀντιπνοίας, ἀφ᾽ οὗ καὶ παροιμιάζονται,

Μαλέας δὲ κάμψας, ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε.

Ubi Vett. Codd. quidam legunt Μαλίας, ſecundum Euſtathium. Huc reſpexit Statius lib. VIII.

——— raucæ circumſonat ira Maleæ.

Et Ovidius Amorum Lib. II. Eleg. XVI. v. 21.

Cum domina Libycas auſim perrumpere Syrtes,
Et dare non æquis vela ferenda Notis.
Non, quæ Virgineo portenta ſub inguine latrant,
Nec timeam veſtros, curva Malea, ſinus.

Idem eodem libro Eleg. XI. v. 16.

Hactenus eſt tutum; cætera cæca via eſt.
Et vobis alii ventorum prælia narrent;
Quas Scylla infeſtet, quaſve Charybdis aquas;

Et quibus emineant violenta Ceraunia ſaxis;
Quo lateant Syrtes, quove Malea ſinu.

Eodem quoque reſpexit Virgilius Æneid. V.

——— *nunc illas promite vires,*
Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus uſi,
Ionioque mari, Maleæque ſequacibus undis,

95. Λᾶν] La, vel Las, urbs erat Laconiæ maritima, ſita ſuper petram, quæ Græce Λᾶς dicitur. Huc reſpexit Stephanus Byzantinus, Λᾶ, πόλις Λακωνικὴ, Λυκόφρων,

Καὶ Λᾶν πέρσαντες. ———

Ταύτην ἑλόντες οἱ Διόσκουροι, Λαπέρσαι ἐκλήθησαν. λέγεται καὶ ἀρσενικῶς. ταύτην δηλῶσαι Ὅμηρος φησὶν,

Οἵ τε Λάαν εἶχον, οἵ δ' Οἴτυλον.

Κεῖται δὲ ἐπὶ πέτρας ὑψηλῆς, διὸ καὶ Λᾶ καλεῖται. οἱ κατοικοῦντες, Λααί. Malim Λᾶαι. Verſus ille in Homeri Bœotia exſtat nonageſimus ſecundus, ubi ſic Euſtathius, Τὸ δὲ Λάαν, ὃ ἐστι λίθον, ἐκτείνει μὲν τὴν παραλήγουσαν, καὶ κλίνεται περιττοσυλλάβως, Λάαος, κραθὲν δὲ γίνεται Λᾶς, ὅθεν Λᾶ, πόλις τραχεῖα, ὡς τὸ, Λᾶν πέρσαντες, παρὰ Λυκόφρονι· καὶ Λαπέρσαι Διόσκουροι, οἱ τὴν τοιαύτην Λᾶν πέρσαντες. Hinc patet Thomæ de Pinedo error, qui in Stephano pro Λᾶ, reponere voluit Λᾶς. Homeri Scholiaſtes vetus loco jam laudato, ait, Λάαν· πόλιν Λακωνικῆς, ἣν οἱ Διόσκουροι πορθήσαντες Λαπίρσαι (lege Λαπέρσαι) ἐκλήθησαν· διὰ δὲ τὸ μέτρον ἀναγνωστέον δισυλλάβως, χρὴ γὰρ λέγειν μονοσυλλάβως, Λᾶν. Pauſanias Laconicis hanc urbem tradit à Gythio ſtadia diſtare XL. à mari X. Τὰ δ' ἐν δεξιᾷ Γυθίου (inquit) Λᾶς ἐστι, θαλάσσης μὲν δέκα σταδίοις, Γυθίου δὲ τεσσαράκοντα ἀπέχουσα.

96. Μηλιαυθμοῦ] Verſum hunc laudavit Etymologici Auctor, Μηλιαυθμὸς· Λυκόφρων,

Καὶ μηλιαυθμὸν, ἠδὲ χερσαίας πλάτης,

σημαίνει δὲ ἐν τοῖς προβάτοις κοιμήσεως τόπον, ἤγουν τὴν μάνδραν· παρὰ τὸ μῆλα, τὰ πρόβατα, καὶ τὸ ἰαύω, τὸ κοιμῶμαι, γίνεται ἰαυθμὸς, ἡ κοίμησις, καὶ ἐν συνθέσει μηλιαυθμὸς, ὡς κλαίω κλαυθμός.

97. Τράμπις] Heſychius, Τράμπις, ναῦς, ἄκατος, πορθμεύς· τινὲς πλοῖα βαρβαρικά. Nicander hac voce uſus eſt,

Τράμπιος ὁλκαίης ἀκάτῳ ἴσος, ἥ τε δι' ἅλμης.

Ubi Scholiaſtes vetus hunc Lycophronis verſiculum laudavit, Τράμπις, (inquit) κυρίως μὲν βαρβαρικὸν πλοῖόν ἐστιν· ἐνταῦθα δὲ καταχρηστικῶς τὸ ἁπλῶς πλοῖον ἐκάλεσε, καὶ ἴσος τῇ τρόπει, ὅπερ ἐδήλωσε διὰ τῆς ὁλκαίης, ἤτοι μικρᾶς. Καὶ ὁ Λυκόφρων δὲ πλοῖον τράμπιν ἐκάλεσε, λέγων,

Τράμπις δ' ὀχήσει, καὶ Φερέκλειοι πόδες,

ὑπὸ γὰρ τοῦ Φερέκλου αἱ νῆες τῷ Ἀλεξάνδρῳ κατεσκευάσθησαν.

Ibid. Φερέκλειοι πόδες] i. e. naves à Phereclo fabricatæ: non video enim, cur naves pedibus comparari nequeant; cum ſicut in terra pedibus, ita in mari navibus à loco in locum vehamur; licet id nolit concedere Meurſius: interim non diffiteor, *Pedes*, ſi de parte navis dicantur, pro remis accipi poſſe; ſicut enim pedibus animalia, ita remis vehuntur naves; hinc Euripides Hecub. v. 940.

——— ἐπεὶ
Νόστιμον ναῦς ἐκίνησε πόδα.

Ibidem v. 1020.

——— καὶ γὰρ Ἀργείων νεῶν
Λῦσαι ποθοῦσιν οἴκαδ' ἐκ Τροίας πόδα.

Ubi tamen πόδα quidam exponunt *ancoram*, non enim remos, ſed ancoras dicuntur ſolvere, qui mari ſe committunt. Porro Phereclus, ſecundum Lycophronem; at Harmonides, Phereeli pater, ſecundum alios, Paridis naves ædificavit. Cauſa hujus diſſentionis videtur fuiſſe Homerus, cujus verba ambigua ſunt, nec ſatis explicant, utrum Phereclum, an ejus patrem, navium fabrum dixerit Poeta, Il. ε'. v. 59.

Μηριόνης δὲ Φέρεκλον ἐνήρατο, τέκτονος υἱὸν
Ἁρμονίδεω, ὃς χερσὶν ἐπίστατο δαίδαλα πάντα
Τεύχειν, ἔξοχα γάρ μιν ἐφίλατο Παλλὰς Ἀθήνη·
Ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐΐσας,
Ἀρχεκάκους, αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο

Ubi Euſtathius, Τὸ δὲ, Ὃς ἐπίστατο δαίδαλα ἔργα, καὶ, Ὃς Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας, τινὲς μὲν περὶ τοῦ Φερέκλου νοοῦσιν, ὃ καὶ κάλλιον, οὕτω γὰρ ἱστοροῦσι πολλοὶ, ὧν καὶ ὁ Λυκόφρων ἐστί· τινὲς δὲ περὶ τοῦ Ἁρμονίδου, καὶ ἔστιν ὁ τρόπος ἀμφιβολία. Ambigue etiam loquitur vetus Homeri Scholiaſtes Il. γ'. Ἀλέξανδρος, ὁ καὶ Πάρις ἐπικαλούμενος, Ἀφροδίτης ὑποθήκῃ ναυπηγησάμενος αὐτοῦ ναῦς Ἁρμονίδου, ἢ, κατά τινας τῶν νεωτέρων, Φερέκλου τοῦ τέκτονος, μετ' Ἀφροδίτης ἦλθεν εἰς Λακεδαίμονα. Poetarum vero turba Lycophroni adſentiuntur, Ovidius à Cantero citatus,

Hac duce Sigeo dubias à litore feci
Longa Phereclea per freta puppe vias.

Item Coluthus Thebanus,

Ἔνθα πανυστάτιμοιο δαϊζομένας δρύας ὕλης
Ἥκτον, ἀρχεκάκοιο περιφρονέοντι Φερέκλου,
Ὅς ποτε μαργαίνοντι χαριζόμενος βασιλῆϊ,
Νῆας Ἀλεξάνδρῳ δρυτόμῳ τεκτήνατο βουλῇ.

98. Διωπὰς Σαλάμβας] Σαλάμβη feneſtram, portam, vel oſtium ſignificat. Heſychius, Σαλάμβη, ἡ ὀπὴ δι' ἧς τὸ σέλας βαίνει, ἡ πύλη, καπνοδόχη, θυρίς, ἡ τρῶγλη. Huc reſpexit Etymologici Auctor, Σαλάμβας, σημαίνει τὰς θυρίδας τὰς ἀεὶ ἐν σάλῳ οὔσας, Λυκόφρων. ἢ παρὰ τὸ δι' αὐτῆς βαίνειν τὸ φῶς, τὸ σέλας. Vel, ſi pro oſtio accipias, παρὰ τὸ σαίνειν καὶ λαμβάνειν τοὺς βαίνοντας. Hoc loco ſumitur pro geminis Laconiæ oſtiis juxta Tænarum, quæ, obſervante Cantero, Strabo θυρίδας Ταινάρου appellavit. Eadem ratione Thermopylæ, & Pylæ dictæ ſunt, nec aliter Lycophron dicet Δωτίου πύλας, v. 410. qun in loco plura in hanc rem videre poteris.

Ibid. Γυθίου] Gythium, vel Gytheum oppidum erat Laconiæ, quod Apollo & Hercules, depoſitis eo loci ſimultatibus, poſtquam de tripode quodam certaſſent, communi opera condiderunt, unde & his ſimulacra in foro poſita; Vid. Pauſanias Laconicis. Erat hæc urbs rerum omnium maritimarum Lacedæmoniis receptaculum, & portum habuit non natura, ſed fodiendo factum; diſtabat autem ab urbe ſtadia CCXL. ut Strabo lib XIII. vel XXX. ut Polybius lib. V. docet. Stephanus hunc Lycophronis verſiculum citavit, atque hinc, ut obſervavit Thomas de Pinedo, emendandus eſt; Γύθειον, πόλις Λακωνικὴ, Λυκόφρων,

Διωπὰς σαλάμβας, κἀπιγυθείους πλάκας.

Lege κἀπὶ Γυθείου, vel Γυθίου, vel Γυθείῳ, vel Γυθεῖς.

Ibid. Πλάκας] Πλὰξ æquipollet Latinæ voci *æquor*, & quamlibet planitiem, tam in mari, quam

quam terra denotat. Hinc Heſychius πλάκα ἡλιακὴν, explicat *terram orientalem*; Πλάκα ἡλιακὴν, τὴν ἀνατολικὴν γῆν, ἢ τὴν ἡλιακὴν πλάκα, καὶ τὴν ὅλην χώραν, ϗ τὴν κοινὴν, ἢ τὴν γῆν. Quem locum Phavorini ope ſic emendo, Πλάκα ἡλιακὴν, τὴν ἀνατολικὴν γῆν, ἢ τὴν ἡλιακήν. Πλάκα, ϗ τὴν ὅλην χώραν, ϗ τὴν &c. Quinetiam Ariſtophanes in Ranis dixit, Πλὰξ πλακιν. Et Sophocles Ajace, Ακραν ὑπὸ πλάκα Σουνίου.

100. Εκτορας πλημμυρίδος] locum hunc laudavit, & explicavit Euſtathius; Εκτωρ, (inquit) συνοχεὺς, ἤτοι κρατητὴς, ὡς δηλοῖ ϗ Λυκόφρων, εἰπὼν τὰς ἀγκύρας Εκτορας πλημμυρίδος, ἤγουν ἐφεκτικὰς τῆς τῶν κυμάτων ῥύμης.

101. Σπαρθέντων ἰαύοντες οἰναρφόρων στόλον] Catachreſis hæc eſt Lycophronica, qua verbum ἰαύειν, quod proprie de ſomno dicitur, quamlibet quietem, aut ceſſationem à motu denotat.

102. Πόρτιν] Ovidius etiam Helenam *Juvencam* appellavit, Epiſtola Oenones ad Paridem, ubi Caſſandra loqui fingitur,

Graja juvenca venit, quæ Te, patriamque, domumque
Perdat: Io prohibe: Graja juvenca venit.

Ubi nonnulli per contumeliam dici *Juvencam* autumant; nam mulieres impudicæ, *juvencæ*, & *vaccæ* dicuntur: nec ob aliam cauſam Io, & Prœtides in vaccas converſæ finguntur. Solent tamen hæ voces ſine opprobrio dici, quo modo Sophocles Deidamiam πόρτιν appellavit, Trachin. v. 535. & Horatius puellam Veneri immaturam *juvencam* vocat, Lib. II. Od. v. nec aliter Euripides Polyxenam μόσχον nominat, Hecuba v. 526.

Σκίρτημα μόσχου σῆς καθέξοντες χεροῖν.

Ad Meurſii rationem quod attinet, ea dura nimis videtur.

103. Δυοῖν πελειαῖν] Plerique Lycophroni adverſantur, dicentes ſolam Hermionem ex Helena natam fuiſſe, quos inter Euripides eſt, Andromache v. 899.

Ἣν γὰρ μόνην γε Τυνδαρὶς τίκτει γυνή.

105. Ληῖτιν] i. e. captivam. Huc reſpexit Euſtathius Iliad. α'. p. 827. Ληΐδα δὲ ἐπικοινωνητικῶς, ὃ μάλιστα παρωνύμως εἰπόντος Ομήρου, ληΐδιν ἐντεῦθεν Οππιανὸς φησι τὴν αἰχμάλωτον, ὁ δὲ Λυκόφρων ληῖτιν.

106. Θύσαισιν] Θύσαι dictæ Bacchæ ἀπὸ τοῦ θύειν, quod eſſent furore concitæ. Euſtathius Il. α'. Εκ τοῦ θύειν, ὅ ἐστιν, ὁρμᾶν, παράγεται ὁ θυμός. Et paullo poſt, Ιστέον δὲ, ὅτι ἐκ τοῦ ῥηθέντος θύειν, ϗ Θυάδες αἱ Βάκχαι αἳ δὴ αὐταὶ καὶ Θύσαι παρὰ Λυκόφρονι.

107. Βυίη] Leucothea Græcis dicitur q. λευκὴ θεὰ, eadem Latinis *Albunea*, unde, ut nonnulli aiunt, per aphæreſin Βυίη ſed minus placet origo Latina, dictam potius putarem à βυίνη, quod Euphorioni mare eſt,

——— πολύστροφα δάκρυα βυίνης.

Leucothea enim Dea erat marina. Vel, à δύω. Vel, ſecundum Tzetzen, à βύω. Vel, à βυθὸς & δύω. Phavorinus, Βυίη, ἡ Λευκοθέα, παρὰ Λυκόφρονι, ἡ Ινώ. Οἷον,

——— Βυίης καταλέκτειρας αὐθυνέτης.

Εἴρηται δὲ παρὰ τὸ εἰς βυθὸν δύειν, βυθοδυίη, ϗ κτ' συγκοπὴν Βυίη. ἢ παρὰ τὸ δύω, Δυίη, ἡ καταδῦσα εἰς θάλασσαν, ϗ Βυίη κτ' τροπήν. ἢ παρὰ τὸ βύω, τὸ κολυμβῶ, ὡς ἔνιοι φασίν. ἐγὼ δὲ, παρὰ τὸ βύω, τὸ κρύπτω, ὅθεν καὶ ἡ αὐτὴ, Βυίη. Paullo aliter Etymologici Auctor: Βυίη, ἡ Λευκοθέα, ἡ (mallem ἢ) Ινώ. οἷον,

——— Βυίης καταλέκτειρας αὐθυνέτης.

Εἴρηται παρὰ τὸ εἰς βυθὸν δύειν βυθοδυίη, καὶ κτ' συγκοπὴν δυίη (lege βύη) Η παρὰ γὰρ δύνω, δυίη, ἡ καταδῦσα εἰς θάλασσαν, καὶ βύη κτ' τροπήν. ἄλλοι θαλαμοι (mallem ἄλλοις θάλαμος) ἢ πτίσιν, ὡς παρὰ Λυκόφρονι.

108. Σκάνδειαν] Scandea eſt Cytherorum navale. Stephanus, Σκάνδεια, ἐπίνειον Κυθήρων, ὡς Παυσανίας τρίτῳ. Locus Pauſaniæ exſtat in Laconicis, ubi Scandeam tradit à Cytherorum urbe decem ſtadia diſtare: Εν Κυθήροις δὲ ὑπὸ θαλάσσης, Σκάνδειά ἐστιν ἐπίνειον. Κύθηρα δὲ, ἡ πόλις ἀναβάντι ἀπὸ Σκανδείας, στάδια ὡς δέκα. Meminit etiam Poetarum pater, Iliad. κ'. v. 268.

Σκάνδειάν δ' ἄρα, δῶκε Κυθηρίῳ Αμφιδάμαντι.

Ubi Scholiaſtes vetus narrat Scandeam eſſe Cytheræ urbem, Cytheram autem Laconiæ inſulam: Η δὲ Σκάνδεια (inquit) πόλις Κυθήρων· Κύθηρα δὲ νῆσος τῆς Λακεδαίμονος.

Ibid. Αἰγίλου τ' ἄκραν] Ægilus, promontorium erat; meminit etiam Pauſanias Ægilæ, Laconicæ urbis, Meſſenicis, Εστι δὲ Αἴγιλα τῆς Λακωνικῆς.

113. Ψυχρὸν παραγκάλισμα] Similiter Sophocles, Antigon. 667.

Ψυχρὸν παραγκάλισμα τοῦτο γίγνεται,
Γυνὴ κακὴ ξυνευνος ἐν δόμοις.

115. Φλεγραίας πόσις Στυγνὸς Τορώνης] Proteus maritus erat Torones, mulieris ex Phlegra oriundæ, quæ Thraciæ eſt urbs, apud quam Dii gigantes debellaſſe feruntur: unde & nomen habuit à φλέγω, uro; quod fulminibus pugna facta eſſet. Stephanus, Φλέγρα, πόλις Θράκης, ἣν Εὔδοξος μετὰ ταῦτα Παλλήνην φησὶ κληθῆναι. Ο πολίτης, Φλεγραῖος, ϗ Φλεγραία, ϗ Φλεγραῖον. Εστι ϗ Φλεγρὸς, ϗ Φλέγρα, (lege Φλεγρά) Λυκόφρων. Plura videre poteris apud eundem, in voce Παλλήνη. Regionem faciunt Excerpta ex Strabonis libri VII. fine. Urbem, montem, & regionem eſſe ait Euſtathius, Commentario in Dionyſium v. 327. unàque nominis rationem reddit; in hoc tamen fallitur, quod Toronen faciat Protei filiam, idque ex Lycophrone: Παλλήνη δὲ, ϗ ὄρος, ϗ πόλις Θρᾳκική. Εστι δὲ Παλλήνη (inquit) χερρόνησος τρίγωνος, οἰκηθεῖσά ποτε ὑπὸ γιγάντων, οὓς Ηρακλῆς μισανθρώπους ἐφευρηκὼς κατεπολέμησεν, ὅτι ϗ βρονταί τινες, ϗ σκηπτοὶ συνέπεσον· διὸ ϗ θεοὶ ἔδοξαν τῆς μάχης ταύτης τῷ Ηρακλεῖ συνάρασθαι, ϗ καταφλέξαι τοὺς κακούς· ϗ ἡ χώρα διὰ τοῦτο Φλέγρα ἐκλήθη. οἴονται δέ τινες Παλλήνην λέγεσθαι τὴν τῆς Κασσανδρείας χερρόνησον, τῷ Αἰγαίῳ ϗ αὐτὴν παρακειμένην, ὅνθα πε ϗ τόπος τις κτ' παραφθορὰν Τορώνη, τῇ τοῦ Θρᾳκικοῦ Πρωτέως θυγατρί, κτ' Λυκόφρονα. Cæterum Proteus in Ægypto regnavit, ubi juſtitiæ fama notiſſimus habebatur, & Paridi Helenam ademit, quam apud ſe detinuit, uſque dum à Menelao repeteretur: verum ex Ægypto in Pallenen (quam nonnulli Protei patriam faciunt) profectus, Toronen duxit, ex qua duos filios, Polygonum & Telegonum, ſuſcepit; hi cum in patrem immorigere ſe gererent, & hoſpites, prius lucta devictos, occiderent, Proteus eos exoſus, à Neptu-

Digitized by Google

no obtinuit, ut facto ſubter terram foramine, via ex Pallene in Ægyptum pateret; quo poſtquam veniſſet, Hercules filios ejus interfecit: meminit Euſtathius Odyſſ. δ'. Τούτῳ δὲ Πρωτεῖ ὅτι παῖδες μὲν ἦσαν χαλεποί, καὶ τῷ πατρὶ δυσπειθεῖς, δι' ὃ καὶ ἀπώλοντο, ἡ δὲ θυγάτηρ Εἰδοθέα καὶ οἰονεὶ τυφλώσσουσα ὡς [...], καὶ ὡς ἐξ Εὐρώπης ἐπιπλεύσειεν εἰς Αἴγυπτον ὁ Πρωτεύς, ἱστορεῖ καὶ Λυκόφρων. Idem in Dionyſii Perieg. v. 259. hunc reſpexit: Πρωτεὺς τῶν ξενοκτόνων παίδων ἐν τῇ Θρᾳκικῇ Παλλήνῃ ἀπαλλαγείς, ὡς ἱστορεῖ Λυκόφρων, διαπεραιοῦται εἰς Φάρον μετὰ τῆς θυγατρὸς Εἰδοθέας. Et Apollodorus lib. II. de Hercule loquens, Ἐν Θάσῳ δὲ ὁρμισθεὶς ἐπὶ Τορώνην, Πολύγονον καὶ Τηλέγονον, τοὺς Πρωτέως τοῦ Ποσειδῶνος υἱούς, παλαίειν προσκαλουμένους, κατὰ τὴν πάλην ἀπέκτεινε. Qua re audita, Proteus nec gaudio affectus eſt, quod filii eſſent, qui occiderentur; nec tamen lacrymas fudit, quòd eſſent ſcelerati: unde eum Lycophron *riſus & lacrymarum expertem* vocat. Simili modo affecta eſt apud Sophoclem Clytæmneſtra, cum ei nunciata eſſet Oreſtis filii, à quo vitæ ſuæ timebat, mors; Electra v. 767.

Ὦ Ζεῦ, τί ταῦτα, πότερον εὐτυχῆ λέγω,
Ἢ δεινὰ μὲν, κέρδη δέ; λυπηρῶς δ' ἔχει,
Εἰ τοῖς ἐμαυτῆς τὸν βίον σώζω κακοῖς.

Et in Oedipo Tyran. Nuncius Polybi, cui hæres in Corinthi regno deſtinabatur Oedipus, mortem Oedipo ferens, ait, v. 945.

——— τὸ δ' ἔπος, ὃ 'ξερῶ τάχα
Ἥδοιο μὲν, πῶς δ' οὐκ ἂν ἀσχάλλοις ἴσως;

Pariter apud Æſchylum in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, cum victoria ſtaret à Thebanis, Oedipi vero Filii eſſent occiſi, animi ſe dubium prædicat Chorus, nec ſatis ſcire, an Patriæ fœlicitatem gratulari, an potius Regiæ domus cladem deplorare debeat,

Πότερον χαίρω, κἀπολολύξω
Πόλεως ἀσινεῖ σωτῆρι·
Ἢ τοὺς μογερούς καὶ δυσδαίμονας
Ἀτέκνους κλαύσω πολεμάρχους.

129. Τὰς δ' Ἡλίου θυγατρὸς Ἰχναίας βραβεὺς] Solis filia dicitur Themis, Dea juſtitiæ præſes, quam tamen plerique Cœlo & Tellure natam tradunt, inter quos Heſiodus Theogon. v. 135. ubi inter cæteros eorum liberos enumerat,

Θείαν τε, Ῥείαν τε, Θέμιν τε, Μνημοσύνην τε.

Idem facit Apollodorus lib. I. cap. III. quibus adſentitur in Hymnis Orpheus,

Οὐρανόπαιδ', ἁγνὴν καλέω Θέμιν εὐπατέρειαν.

Themis Ichnæa etiam ab Homero dicitur Hymno in Apollinem,

——— θεαὶ δ' ἔσαν ἔνδοθι πᾶσαι,
Ὅσσαι ἄρισται ἔσαν, Διώνη τε, Ῥείη τε,
Ἰχναίη τε Θέμις, καὶ ἀγάστονος Ἀμφιτρίτη.

Hæc appellatio ſumta eſt ab Ichnis, Theſſaliæ urbe, ut vult Strabo, Geograph. IX. in Theſſaliæ deſcriptione, Καὶ Ἴχναι, ὅπου ἡ Θέμις Ἰχναία τιμᾶται. Stephanus Macedoniæ urbem facit, indeque dictam narrat, quod ibi Jupiter Themidem fugientem deprehendit, κατ' ἴχνος eam perſequens: Ἴχναι, πόλις Μακεδονίας, Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. Ἐρατοσθένης δὲ Ἄχνας αὐτήν φησι· Φιλητᾶς δ' Ἄχνην φησί, διὰ τὸ α. Τὸ ἐθνικὸν καὶ Ἰχναῖος, καὶ Ἰχναία ἡ Θέμις· διωκομένη γὰρ ὑπὸ τοῦ Διός, κατελείφθη (lego κατελήφθη) ἐν τοῖς τῶν Ἰχναίων τόποις, καὶ ὑπὸ τοῦ διωχθῆναι κατ' ἴχνος ὠνομάσθη. Huc ſpectat Heſychii locus, Ἰχνίμη, Θέμις· ubi Cl. Salmaſius repoſuit Ἰχναίη. Themidos βραβεὺς, judicem juſtum denotat; βραβεὺς enim proprie ſignificat, τοὺς ἐν ἀγῶσι κήρυκας, ſeu δικαστάς, i. e, judices, qui certaminibus præfuerunt, & præmia merentibus dabant, liteſque, quæcumque illic inciderent, dirimebant; ut ex Suida, aliiſque Grammaticis diſcimus. Similiter dixit in Oreſt. v. 1652. Euripides δίκης βραβεῦσι, i.e. teſte Scholiaſte, τοῖς κρίσεως δικασταῖς.

131. Πελειάδος] Helenam columbæ aſſimilavit Poeta, quod iſta avis libidine ſit infamis, (unde & Veneri ſacra eſt) totoque fere anno pariat: unde Æſchylus in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ. dixit,

Πάντροφος πελειάς. ———

Ubi Scholiaſtes, Πάντροφον δὲ τὴν πελειάδα φησίν, ὅτι πάντα ὄρνεα ἅπαξ τοῦ ἔτους τίκτει, ἡ δὲ περιστερὰ ἀεί, διὸ ἀνάκειται τῇ Ἀφροδίτῃ. Περιστερὰ δὲ εἴρηται, ἡ περισσῶς ἐρῶσα, πλεονάζοντος τοῦ τ κατὰ μέσον. Idem in Prometheo, haud aliter ac Lycophron, amatores rapaces κίρκους appellat, eorumque uxores πελειάδας,

Κίρκοι πελειῶν οὐ μακρὰν λελειμμένοι.

Ad quod Scholiaſtes, Κίρκοι πελειῶν· πελείας τὰς νύμφας, ἤτοι τὰς τοῦ Δαναοῦ θυγατέρας· Ἀφροδισιαστικὸν γὰρ τὸ ὄρνεον τοῦτο, ἡ περιστερά. Κίρκους δέ, ἤτοι ἀετούς, τοὺς νυμφίους, ἤγουν τοὺς υἱοὺς τοῦ Αἰγύπτου, διὰ τὸ ἁρπακτικὸν λέγει.

135. Σκύδροπον Αἰγαίωνος ἀγρίαν πάγον] Ægæon, vel Ægæus dicitur Neptunus, Heſychio teſte, Αἰγαίων ἐπιτεταμένως, ἐνάλιος θεός, καὶ τὸ περὶ Κυκλάδας πέλαγος· οἱ δὲ ὁ Βριάρεως, καὶ ὁ Ποσειδῶν. Ita dictus à γαίω ſuperbio, inde γαίων, & Αἰγαίων, per proſtheſin. Vel potius ab Ægis, Eubœæ urbe, Neptuno ſacra. Strabo lib. IX. Κατὰ δὲ τὴν παραλίαν ταύτην κεῖσθαί φασιν Αἰγὰς τὰς ἐν Βοιωτίᾳ, ἐν αἷς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερὸν τοῦ Αἰγαίου. Heſychius Ægarum meminit, inſulæ prope Eubœam Neptuno ſacræ: Αἰγαί, νῆσος πρὸς τῇ Εὐβοίᾳ, ἱερὸν Ποσειδῶνος. Sunt qui dictum volunt ab Ægis, Achaiæ urbe; Phavorinus, Αἰγαίων, ὁ Ποσειδῶν, ἀπὸ τοῦ ἐν ταῖς Αἰγαῖς πόλεως τῆς Ἀχαΐας, καὶ ἐν τῷ Αἰγαίῳ τιμᾶσθαι. Neptuni etiam in hac urbe culti duobus in locis meminit Homerus; Iliad. ν'. v. 23.

——— τρέμε δ' οὔρεα μακρὰ καὶ ὕλη
Ποσσὶν ὑπ' ἀθανάτοισι Ποσειδάωνος ἰόντος·
Τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰών, τὸ δὲ τέτρατον ἵκετο τέκμωρ
Αἰγάς· ἔνθα δέ οἱ κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης
Χρύσεα μαρμαίροντα τετεύχαται, ἄφθιτα αἰεί.

Ubi Scholia vetera; Αἰγαί, πόλις Ἀχαΐας ἐν Πελοποννήσῳ, ἔνθα τιμᾶται ὁ Ποσειδῶν. Iterum in Iliade θ'. v. 203.

Ὢ πόποι, Ἐννοσίγαι' εὐρυσθενές, οὐδέ νυ σοί περ
Ὀλλυμένων Δαναῶν ὀλοφύρεται ἐν φρεσὶ θυμός;
Οἱ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε, καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσι
Πολλά τε, καὶ χαρίεντα. ———

Hujus verſiculi meminit Pauſanias Achaicis; narrat præterea hanc urbem poſtea deſertam eſſe: Πρὸς δὲ τῇ Ἀχαϊκῇ Κράθιδι Ἀχαιῶν ποτε ᾤκητο Αἰγαὶ πόλις· ἐκλειφθῆναι δὲ αὐτὴν ἀνὰ χρόνον ὑπὸ ἀσθενείας λέγουσι. Ταύτης δὲ Ὅμηρος τῶν Αἰγῶν ἐν Ἥρας λόγοις ἐποιήσατο μνήμην,

Οἱ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε, καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσι.

δῆλον, ὡς γέρα τοῦ Ποσειδῶνος ὁμοίως ἔν τε Ἑλίκῃ, καὶ ἐν ταῖς

Αἰγαῖς

Digitized by Google

Αἰγαῖς ἔχοντες. Meminit etiam Euſtathius Il. ζ'. p. 220. Ὁ δὲ Γεωγράφος φησὶν, ὅτι μετὰ Σικυῶνα, Πελλήνη κεῖται, εἶτα Αἴγειρα δευτέρα, τρίτη Αἰγαὶ, ἃς καὶ Αἰγὰν λέγουσιν ἑνικῶς, Ποσειδῶνος ἱερὸν ἔχουσα. *Neptuni* porro *ſalem* dicit Poeta, quod ſal nihil aliud ſit, quam *concretio* aquæ marinæ, unde πάγος dicitur; nam Grammatici πάγον exp. τὸ πεπηγμένον ὕδωρ. Sal in conviviis hoſpitalibus adponi ſolebat, vel ut ſignificetur amorem hoſpitum, & conjunctionem futuros permanentes & diuturnos, ſal enim à corruptione conſervat: vel quoniam, ut ſal multis aquæ collectionibus conficitur, ita qui ex diverſis locis convenerunt, hoſpitalitate idem facti ſunt: quas rationes ſuggeſſit Euſtathius Iliad. α'. p. 100. Τοῖς ἐπιξενουμένοις (τοὺς ἅλας) παρετίθεντο πρὸ τῶν ἄλλων βρωμάτων· ἢ διὰ τὸ τῆς φιλίας μόνιμον καὶ διαρκὲς, παραμονῆς γὰρ αἴτιος πολλοῖς τῶν σωμάτων καὶ ὁ ἅλς· ἢ καὶ εἰς σύμβολον τῆς κατὰ φιλίαν ἑνώσεως· ὡς γὰρ ἅλς ἐξ ὑδάτων πολλῶν ἐνταῦθα καὶ κεῖθεν παγεὶς, ἕν τι στερεὸν γέγονε σῶμα, οὕτω καὶ οἱ συνελθόντες εἰς ξενίαν ἐκ διεστώτων, εἰς ἕν πως τι τόπῳ, καὶ τῇ φιλικῇ διαθέσει συνεχέθησαν. Et aliàs tanto in honore habebatur ſal, ut ſine eo nullum peractum fuerit ſacrificium; ut docet Plinius lib. XXXI. cap. VII. *Maxime tamen* (inquit) *in ſacris intelligitur auctoritas* (ſalis) *quando nulla conficiuntur ſine mola ſalſa.* Unde nil mirum ſi eum Lycophron vocaverit ἁγνίτην: & Heſychius etiam Ἁγνίτηνον exp. οἱ ἅλες. Pari ratione Homerus ἅλα θεῖον dixit Iliad. ι'. v. 214.

Πάσσε δ' ἁλὸς θείοιο. ———

Ad quod Euſtathius, Θεῖον τὸν ἅλα φησὶν, ἢ διότι συναγωγὸς ἐστὶν εἰς φιλίαν, καὶ εὐνοίας σύμβολον τοῖς ξένοις ἐν τῇ τραπέζῃ παρετίθετο· ἢ διότι τὰ ἄλιπαστα ἐστὶ πολὺ εὐφραίνειν ποιεῖ. Εἴποι δ' ἄν τις καὶ παρὰ τῷ Λυκόφρονι ἁγνίτην τὸν ἅλα λέγεσθαι, ἀντὶ τοῦ θεῖον.

136. Ετλης θεῶν &c.] Grave erat peccatum, & nullo non ſupplicio dignum, ſi quis menſam hoſpitalem violaret; quod innumeris exemplis patet, quorum unum tantum adferam, ubi de Paride conqueritur Menelaus, Iliad. γ'. v. 351.

Ζεῦ ἄνα, δὸς τίσασθαι, ὅ με πρότερος κάκ' ἔοργε,
Δῖον Ἀλέξανδρον, καὶ ἐμαῖς ὑπὸ χερσὶ δάμασσον·
Ὄφρα τις ἐῤῥίγῃσι καὶ ὀψιγόνων ἀνθρώπων
Ξεινοδόκον κακὰ ῥέξαι, ὅ κεν φιλότητα παράσχῃ.

137. Λάξας τράπεζαν] Λάξαι Heſychio eſt λακτίσαι, metaphora à jumentis ſumta; nec aliter Æſchylus, Agamemn. v. 390.

——— ἀνδρὶ
Λακτίσαντι μεγάλα δίκας
Βωμόν. ———

139. Τοίγας ψαλάξεις] Paridis lyræ meminit Homerus, Iliad. γ' v. 49 ubi Hector Paridi ait,

Οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ κίθαρις, τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης.

Ut non opus ſit confugere ad ſenſum proverbialem, quo εἰς κενὸν ψαλάξαι exp. *fruſtra aliquid tentare.* Vid. Joannis Tzetzæ Chiliad. V. hiſt. 11.

143. Τὴν πεντάλεκτρον] De Helena loquitur, quæ quinque viris nupſit, qui mox ordine recenſebuntur; cujus rei meminit etiam Euripidis Scholiaſtes, Androm. v. 228. ubi Andromache Hermionæ, Helenæ filiæ, matris impudicitiam exprobrat,

Μὴ τὴν τεκοῦσαν τῇ φιλανδρίᾳ, γύναι,
Ζήτει παρελθεῖν. ———

Λέγει δὲ Θησέα, (inquit Scholiaſtes) καὶ Μενέλαον, Ἀλέξανδρον, καὶ Δηΐφοβον, καὶ μετὰ θάνατον, ἢ ἐν ὀνείρῳ Ἀχιλλεὺς, ὡς Λυκόφρων,

Τῆς πεντάλεκτρον Θυιάδος Πλευρωνίας.

Ibid. Θυιάδος] Θυιάδες erant Bacchi miniſtræ, à quo immiſſi furores, pro quavis vehementi concitatione, ſive in libidinem, iram, vel alios quoſvis affectus poni ſolent. Hinc Euripides Phœniſſ. v. 21. de libidinoſo quodam,

Ὁ δ' ἡδονῇ δοὺς, εἴς τε Βακχεῖον πεσών.

Et Latini Poetæ frequentiſſime utuntur vocibus *furorem* ſignificantibus, cum amorem volunt exprimere; affectum nempe, in quo tantum eſt furoris & dementiæ, ut qui ejus illecebris capti ſunt, non minus ridicule ſe gerant, quam qui rationis uſum perdiderunt: Horatius,

——— *ſive puer furens*
Impreſſit memorem dente labris notam.

Et Virgilius Eclog. x. v. 37.

Certe ſive mihi Phyllis, ſive eſſet Amyntas,
Seu quicumque furor. ———

h. e. amor. Et paullo poſt, v. 44.

Nunc inſanus amor. ———

Et v. 59.

——— *tamquam hæc ſint noſtri medicina furoris.*

Hanc in rem plura vide Caſſandræ v. 405.

144 Γυιας] Hujus loci meminit Euſtathius Iliad. θ'. Γυιῶσαι, τὸ χωλῶσαι λέγει, ἀφ' οὗ καὶ γυιὸν ἐξετείνοντο, τὸ χωλὸν ὡς παρὰ τῷ Λυκόφρονι, Γυιὰς Μοίρας, αἱ χωλαί. Idem Iliad. ι' epitheti hujus rationem reddidit, Ἰστέον ὡς αἱ μὲν Μοῖραι χωλαὶ παρὰ Λυκόφρονι, διὰ τὸ ἀνόμαλον τοῦ μοιριδίου, καὶ ἄνισον, καὶ ὑποσκάζον, καὶ ὡς οἷον ὀκλάζον, καὶ μὴ ἀεὶ ὡσαύτως βαῖνον. Plura qui volet, Mythologos adeat.

145. Δηναιᾶς ἁλὸς] Oceanus & Tethys Deorum antiquiſſimi memorantur; quod ideo factum dicitur, quia Veteres ex aqua principium ſuum habere univerſa putârunt; quam opinionem ſequioribus ſeculis amplexus Thales Mileſ. Hinc Deorum, hominumque communes parentes habiti ſunt: Orpheus Hymno in Oceanum,

Ὠκεανὸν καλέω, πατέρ' ἄφθιτον, αἰὲν ἐόντα,
Ἀθανάτων τε θεῶν γένεσιν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων.

Et Homerus Iliad. ξ'.

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν.

Apud Ovidium Juno ſe eorum *alumnam* vocat, Metamorph. II.

At ſi vos læſæ contemtus tangit alumnæ.

Unde magno eos in honore habebant, & ſumma reverentia proſequebantur juniores Dei: Ovidius Metamorph. II. v. 509.

——— *& ad canam deſcendit in æquora Tethyn,*
Oceanumque ſenem, quorum reverentia movit
Sæpe Deos. ———

146. Νυμφεῖα πεντάγαμβρα δαίσουσα γάμων] Δαῖσαι de conviviis præbendis dici ſolet; unde vulgo dicimus δαῖσαι τάφον, i. e. funebre epulum præbere. Heic ad nuptialia convivia applicatur: nam in nuptiarum celebratione lautiſſima convivia apparari ſolebant, tum amicorum gratia, quorum ingens erat confluxus; tum etiam Deorum nuptialium, quibus hujuſmodi deliciæ gratiſſimæ

Digitized by Google

mæ credebantur; ut obſervavit Athenæus Δειπνοσοφ. lib. v. initio cap. I. Ὡς νενόμισται ἄγειν συμπόσια περὶ τοὺς γάμους, τῶν τε γαμηλίων θεῶν ἕνεκα, καὶ τῆς οἱονεὶ μαρτυρίας. Homerus pro convivio nuptiali γάμον poſuit, Iliad. τ'. v. 299.

—— δαίσειν δὲ γάμον μετὰ Μυρμιδόνεσσιν.

Quod ex alio Homeri verſiculo obſervavit Julius Pollux Onomaſtic. lib. III. cap. III. Ὁμήρῳ μέμνηται οὐ τὸ ἔργον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑστίασιν, γάμον καλῶν,

Εἰλαπίνη, ἠὲ γάμος, ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν.

Ad hæc convivia vocabant amicos, cognatoſque omnes, ut ex initio Odyſſ. δ'. diſcimus, ubi Menelaus Hermionem Pyrrho deſponſaturus, epulum nuptiale celebrat. Unde ne turbæ & tumultus in tanto hominum concurſu fierent, cautum eſt Athenis, commiſſa Magiſtratibus quibuſdam hujus rei cura, quos Γυναικονόμους vocabant, nomine ex officii ratione indito; iidem una cum Areopagitis aliis etiam publicis conventibus, quales erant epulæ ſacrificiales, funebres, &c. præfuerunt; ſcribente Athenæo lib. VI. cap. XI. Καὶ Φιλόχορος δ' ἐν ἑβδόμῃ Ἀτθίδος, Οἱ Γυναικονόμοι, φησὶ, μετὰ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν ἐσκόπουν τὰς ἐν ταῖς οἰκίαις συνόδους, ἔν τε τοῖς γάμοις, καὶ ταῖς ἄλλαις θυσίαις. Ibidem alia permulta eandem in rem diſſerit.

147. Λύκοι] i. e. raptores; haud aliter in Ariſtophanis Nubibus, Nubes quæ in omnes ſe figuras transformabant, pro rerum, in quas incidunt, varietate, ſi rapacem Simonem conſpexerint, in lupos converti dicuntur,

Στρ. Τί γὰρ ἢν ἅρπαγα τῶν δημοσίων Σίμωνα, τί δρῶσιν;
Σωκρ. Ἀποφαίνουσαι τὴν φύσιν αὐτοῦ, λύκοι ἐξαίφνης ἐγένοντο.

150. Ἡμικρῆτα βάρβαρον] Simili modo Teucer apud Soph. Menelao objicit Barbaræ ipſum, & Cretenſis originis eſſe, Ajace v. 1310.

Οὐκ οἶσθα σοῦ πατρὸς μὲν ὃς προὔφυ πατήρ,
Ἀρχαῖον ὄντα Πέλοπα βάρβαρον Φρύγα;

Ubi Demetrius Triclinius, Τάνταλος, ὁ τοῦ Πέλοπος πατὴρ, ἐκ Φρυγίας ὤν, &c. Paullo poſt, v. 1313. Teucer ait,

Αὐτὸς δὲ μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης.

Nec aliter Euripides Oreſt. v. 18.

Μενέλεώς τε Κρήσσης μητρὸς Ἀερόπης ἄπο.

151. Ἐπειῶν] Epei regionem Elidem dictam habitarunt, teſte Homero Iliad. λ'.

Κήρυκες δὲ λίγαινον ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι,
Τοὺς ἴμεν, οἷσιν χρεῖος ὀφείλετ' ἐν Ἤλιδι δίῃ·
Οἱ δὲ συναγρόμενοι Πυλίων ἡγήτορες ἄνδρες
Δαίτρευον· πολέσιν γὰρ Ἐπειοὶ χρεῖος ὄφειλον.

Idem Odyſſ. ο'. v. 275. tradit Epeos Elidis dominos fuiſſe,

Ἠὲ εἰς Ἤλιδα δῖαν, ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί.

Plinius narrat Epeos poſtea dictos Eleos, lib IV. cap. V. *Inde Eleorum ager, qui antea Epei vocabantur.* Quorum nominum originem ex Pauſania diſcimus, qui tradit eundem populum, Epeo regnante, Epeos; Eleo poſtea rerum potito, Eleos nuncupatos eſſe, Eliac. α'. initio; Ἔσχε τὴν βασιλείαν Ἐπειὸς, καὶ Ἐπειοὶ πρῶτον τότε ὧν ἦρχεν, ὠνομάσθησαν. Paullo poſt, Τὴν δὲ Ἐπειῶν ἔσχεν ἀρχὴν Ἠλεῖος, Εὐρυκύδας τε, τῆς Ἐνδυμίωνος, καὶ (ὅτῳ πιστὰ) πατρὸς ὢν Ποσειδῶνος· καὶ τὸ ὄνομα οἱ ἄνθρωποι οἱ νῦν ἀντὶ Ἐπειῶν ἀπὸ τοῦ Ἠλείου μετεβεβλήκεσαν. Idem alii tradunt, alii negant; Strabo ſentire videtur ab initio diverſas fuiſſe gentes, ſed cum Epei eſſent rerum domini, in unam urbem coiviſſe; lib. VIII. Οὐ μέν τοι ἄπιστον, οὐδ' εἰ ποτε τοῖς Ἠλείοις διάφοροι ὄντες οἱ Ἐπειοὶ καὶ ἑτερόεθνεις, εἰς ταὐτὸ συνήρχοντο κατ' ἐπικράτειαν, καὶ κοινῇ ἐνέμοντο πολιτείαν.

152. Ἐνναία] Enna Siciliæ urbs erat, in umbilico regionis ſita; ibi Cereris erat templum, narrante Strabone, lib. VI. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ, τὴν μὲν Ένναν, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος, ἔχουσιν ὀλίγοι, &c. Cicero, quarta in Verrem, uberrimam reliquit urbis hujus, templi, ſacrorumque deſcriptionem; natam ibi tradit Cererem, raptam Proſerpinam, locum denique & ſacra omnibus, quotquot uſpiam ſunt, non exceptis Athenienſium Myſteriis, majorem habere religionem. Meminerunt etiam Poetæ Latini; Silius Italicus lib. I.

Nec Cerere Ennæa, Phario nec victa colore.

Emendo hinc vulgatas & recentiores quaſdam Claudiani editiones, de raptu Proſerpinæ lib. I.

Ennææ Cereri proles optata virebat
Unica, nec ſobolem tribuit Lucina ſecundam.

Vulgo legitur *Ætnææ Cer.*

153. Ἐρκύννα] Ab hoc Cereris cognomine dictum videtur Feſtum Cereris, de quo Heſychius, & poſt eum Phavorinus, Ἐρκυνία, ἑορτὴ Δήμητρος. Malim, Ἐρκύννια.

Ibid. Ἐριννὺς] Erinnys in Thelpuſa, Arcadiæ urbe, dicta Ceres, quæ in Erinnyis formam verſa, cum Neptuno concubuit, ex quo Arionem equum peperit: Apollodor. lib. III. fine cap. VI. Ἄδραστον δὲ μόνον ἵππος διέσωσεν Ἀρείων· τοῦτον ἐκ Ποσειδῶνος ἐγέννησε Δημήτηρ, εἰκασθεῖσα Ἐριννύϊ κατὰ τὴν συνουσίαν. Variavit hanc rationem Pauſanias, Arcadicis, Μετὰ δὲ Θέλπουσαν, ἐπὶ τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος ὁ Λάδων κάτεισι τὸ ἐν Ὀγκίῳ· καλοῦσι δὲ Ἐριννὺν οἱ Θελπούσιοι τὴν θεὸν, ὁμολογεῖ δέ σφισι καὶ Ἀντίμαχος, ἐπιστρατείαν Ἀργείων ποιήσας ἐς Θήβας, καί οἱ τὸ ἔπος ἔχει,

Δήμητρος τόθι φασὶν Ἐριννύος εἶναι ἕδεθλα.

Ὁ μὲν δὴ Ὄγκος Ἀπόλλωνος ἦν κατὰ τὴν φήμην, καὶ ἐν τῇ Θελπουσίᾳ περὶ τὸ χωρίον ἐδυνάστευε τὸ Ὄγκιον. τῇ θεῷ δὲ Ἐριννὺς γέγονεν ἐπίκλησις· πλανωμένῃ γὰρ τῇ Δήμητρι, ἡνίκα τὴν παῖδα ἐζήτει, λέγουσιν ἕπεσθαί οἱ τὸν Ποσειδῶνα, ἐπιθυμοῦντα αὐτῇ μιχθῆναι, καὶ τὴν μὲν ἐς ἵππον μεταβαλοῦσαν, ὁμοῦ ταῖς ἵπποις νέμεσθαι ταῖς Ὄγκου. Ποσειδῶν δὲ συνίησιν ἀπατώμενος, καὶ συγγίνεται τῇ Δήμητρι, ἄρσενι ἵππῳ καὶ αὐτὸς εἰκασθείς. Τὸ μὲν δὴ παρ' αὐτίκα (malim παραυτίκα) τὴν Δήμητρα ἐπὶ τῷ συμβάντι ἔχειν ὀργίλως, χρόνῳ δὲ ὕστερον τοῦ τε θυμοῦ παύσασθαι, καὶ τῷ Λάδωνι ἐθελῆσαί φασιν αὐτὴν λούσασθαι· ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐπικλήσεις τῇ θεῷ γεγόνασι, τοῦ μηνίματος μὲν εἵνεκα Ἐριννύς, ὅτι τὸ θυμῷ χρῆσθαι, καλοῦσιν ἐριννύειν οἱ Ἀρκάδες· Λουσία δὲ, ἐπὶ τῷ λούσασθαι τῷ Λάδωνι, &c. Pergit deinde de Cereris ſtatua, Arione equo, &c. narrare. Porro huic Cereri feſti dies obſervati, quorum in uno natus Oreſtes; docente Ptolemæo Hephæſtione, fine lib. III. Ὡς Ὀρέστης κατὰ τὴν ἑορτὴν πυχθείη (lego τεχθείη) τῆς Δήμητρος, τῆς καλουμένης Ἐριννύος.

Ibid. Ξιφηφόρος] Hoc epitheton non modo de enſe, verum de falce meſſoria intelligi poteſt.

158. Ἐρεχθεὺς] Phavorinus, Ἐρεχθεὺς, Ποσειδῶν ἐν Ἀθήναις·

Ἀθήναις· ἢ Ἐριχθεύς, ὁ ἐπιχθόνιος καλούμενος, ἀπὸ τῆ ἐκπεσεῖν εἰς τὴν ὄραν· ἢ παρὰ τὸ ἐρίκω, τὸ κόπτω. Hinc emendandus Heſychius, Ἐρεχθεύς, Ποσειδῶν ἐν Ἀθήναις. Omnino legendum Ἐριχθεύς, quo cognomine inſignitus videtur Neptunus, ab Erectheo, Athenarum rege; ſicuti Minerva Aglaurus, Jupiter Agamemnon, & alii aliis nominibus à viris ſumtis ornati fuerunt. Porro Neptunus hic fanum in ἀκροπόλει Athenarum habuit, quod Ἐρέχθειον appellabant, ante quod erat Jovis Ὑπάτε ara. Pauſanias Atticis, Ἔστι δὲ καὶ οἴκημα, Ἐρέχθειον καλούμενον· πρὸ δὲ τῆς εἰσόδου Διός ἐστι βωμὸς Ὑπάτου. Neptuni Erechthei mentio eſt apud Athenagoram, in Leg. pro Chriſt. Ὁ δὲ Ἀθηναῖος Ἐρεχθεῖ Ποσειδῶνι θύει. De hoc plura vide in doctiſſimi Meurſii Cecropiæ cap. XVIII.

162. Καδμίλου] Mercurium hoc nomine ſignat, qui idem videtur eſſe cum Caſmilo, Cabirorum Samothracum uno, ut docent Phavorinus, Etymologiei Auctor, & Apollonii Scholiaſtes Arg. I. Alii tamen Caſmilum in inferiori ordine ponunt, & pro miniſtro duntaxat habent. Varro, *Caſmilus nominatur in Samothraces myſteriis, Deus quidam adminiſter Diis magnis.* Plerique alii *Camillum* ſcribunt. Plutarchus in Numa, Καὶ τὸν ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς ἀμφιθαλῆ παῖδα λέγεσθαι Κάμιλλον, ὡς καὶ τὸν Ἑρμῆν οὕτως ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων Κάμιλλον ἀπὸ τῆς διακονίας προσηγόρευον. Dionyſius Halicarnaſſeus lib. II. Ὑπηρέτουν τοῖς ἱερεῦσιν οἱ λεγόμενοι νῦν παρὰ Ῥωμαίων κάμιλλοι. Feſtus, *Flaminius Camillus, puer dicebatur ingenuus patrimus & matrimus, qui Flamini Diali ad ſacrificia præminiſtrabat; antiqui enim miniſtros Camillos dicebant.* Macrobius Saturnal. lib. III. *Romani quoque pueros puellaſve nobiles & inveſtes, camillos & camillas appellant, Flaminicarum & Flaminum adminiſtros.* Hinc Virgilius Metabum dicit *Camillam* appellaſſe filiam, Dianæ ſcil. præminiſtram: ſed & idem *Caſmillam* ſcribit, Æneid. XI.

——— *matriſque vocavit*

Nomine Caſmillam mutata parte Camillam.

Ubi Servius, *Camilla q. miniſtra dicta eſt; miniſtros enim & miniſtras impuberes, camillos & camillas in ſacris vocabant: unde & Mercurius Hetruſca lingua Camillus dicitur.* Sed Bœoti, qui vocabulum à Phœnicibus didicere, neque *Camillum* ſcribebant, neque *Caſmilum*, ſed *Cadmilum*; ut tradit, præter Scholiaſtem noſtrum, Auctor apud Phavorinum, Κάδμος οὐ κύριον μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἑρμοῦ ἐπίθετον, ὃ παράγωγον ὁ Κάδμιλος παρὰ Λυκόφρονι. Quæ verba etiam occurrunt in Euſtathio, Iliad. δ'. p. 371. Mercurium hinc patet *Cadmilum* dici; quam ſcripturam etſi convellat Meurſius, reliquis tamen omnibus longe præfert, idque non immerito, Cl. Bochartus, Geograph. Sacr. Partis ſecundæ lib. I. cap. XII. cum quia in Bœotia nata eſt, ubi Phœnices diu hæſerunt; tum maxime, quia Arabice חרם (*chadama*) eſt miniſtrare; nullum eſt verbum notius. Sic in Proverbiis Abid Ubid, ultimo ſecundæ centuriæ, פחרמת ארבנית (*phecadamathi-lbinthi*) *& miniſtravit filia.* Joh. XII. 26. חארמי (*chadmi*) *miniſter meus*, & מן יחרמני (*men jachdamoni*) *qui miniſtrabit mihi.* Atque ut uſurpari ſcias de ſacro miniſterio, Luc. I. 5. pro Sacerdotum ἱερατείας, Arabs Interpres habet חרמת (*chadmath.*) Et Jacob. I. 27. eadem voce redditur θρησκεία. Et Exod. XXVIII. 4. de Sacerdotibus dicitur, אן יחרמוני (*inna jachdamuni*) *ut mihi miniſtrent.* Omnino igitur *Cadmilum* Phœnices ſcripſerunt חרמאל (*Chadmel*) i. e. miniſtrum Dei, miniſtrum ſacrum; quo modo *Camillum*, & *Caſmilum* Veteres ſummo conſenſu explicant. C factum ex ח (*cheth*,) ut in Tapſaco ex תפסח (*Thipſach*,) & Malaca ex מלחא (*Malacha*,) & ſimilibus. Rurſus *Cadmel* mutatum in *Cadmilum*, quia Phœnicum אל (*El*) Græce ſcribebatur Ἦλος. Hinc in Theologia Phœnicum apud Philonem Ἦλος, idem qui Κρόνος, nempe Saturnus, אל (*El*) i. e. Deus, κατ' ἐξοχὴν appellabatur. Ita legitur in Damaſcio. Quin & *Cadmelum* reperias apud Nonnum, qui de Mercurio ſic habet, Dionyſiac. lib. IV.

Οὐδὲ μάτην Κάδμιλος ἀείδεται. ——

Ibid. Καδμίλου γόνος] i. e. Myrtilus, Oenomai auriga, cujus ope Pelops Oenomaum devicit; poſtea autem timens, ne Myrtilus ſibi victoriam arrogaret; vel, quia nimiam ejus cum Hippodamia familiaritatem ſuſpicabatur, in pelagus, ab hoc caſu Myrtoum dictum, præcipitem dedit. Sophoclis vetus Scholiaſtes, ἀπὸ Φερεκύδους, ὅτι Πέλοψ νικήσας τὸν ἀγῶνα, καὶ λαβὼν τὴν Ἱπποδάμειαν, ὑπέστρεψεν ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον μετὰ τῆς ὑποπτέρου ἵππου, καὶ τοῦ Μυρτίλου· καθ' ὁδὸν καταλαβὼν αὐτὸν προσιόντα φιλῆσαι αὐτήν, ἔρριψεν εἰς θάλασσαν. Totam hiſtoriam latiſſime deſcripſit vetus Homeri Scholiaſtes in Iliade. Pauſanias Arcadicis, narrat Myrtilum Hippodamiæ amore captum, cum non auderet in certamine fortunam ſuam experiri, aurigæ munus obiiſſe; ſed Oenomaum poſtea Pelopi prodidiſſe, cum prius ille juramento ſe obſtrinxiſſet, unam Myrtilo cum Hippodamia noctem concedere: poſtea cum victorem promiſſi moneret, ab eo in mare projectus dicitur. Ejus autem cadaver in littus projectum Pheneatæ ſepulturæ mandabant, & ſtata nocte quotannis parentalia ſolvebant. Cæterum Mercurius ob occiſum filium Pelopi graviter infenſus dicitur; unde factum, ut Pelops ad placandum hunc Deum templum exædificarit in Peloponneſo: Pauſanias Eliac. α'. Ἑρμοῦ τε ἐν Πελοποννήσῳ ναὸν ἱδρύσασθαι, καὶ θῦσαι τῷ θεῷ Πέλοπα ἔλεγον οἱ Ἠλείων ἀρχαῖοι, ἀποτρεπόμενον τὸ ἐπὶ τῷ Μυρτίλου θανάτῳ μήνιμα ἐκ τοῦ θεοῦ. Etiam & Myrtilo cenotaphium condidiſſe, eumque Taraxippum eſſe nonnulli credebant, docente eodem Pauſania, Eliac. ς'. Λέγουσι δὲ καὶ ὡς Μυρτίλῳ κενὸν ἐνταῦθα ἠρίον ποιήσειε Πέλοψ, καὶ θύσειέ τι αὐτῷ, τὸ ἐπὶ φόνῳ μήνιμα ἱλασόμενος, καὶ ὀνομάσειε Ταράξιππον. Sed nequaquam potuerunt hæc Mercurii iram avertere, quam adeo gravem concepiſſet, ut totam Pelopidarum domum cladibus perpetuis vexaret. Sophocles Electra v. 510.

Εὖτε γὰρ ὁ ποντισθεὶς
Μυρτίλος ἐκοιμάθη,
Παγχρύσων δίφρων

Δυστάνοισιν αἰκίαις
Προῤῥιζος ἐκριφθεὶς,
Οὔτις πω
Ἔλειπεν ἐκ τῶδ' οἴκου
Πολύπονος αἰκία.

Conſule etiam Eurip. Oreſt. v. 813, 993, 1550. Emendo obiter ejus Scholiaſten; Πέλοψ (inquit) ἐξεδίφρευσεν εἰς θάλασσαν τὸν Μυρτίλον, ἔνθεν καὶ Μυρτῷος ἀπὸ Μυρτίλου τὸ πρὸς Εὔβοιαν κέκληται· μηνίσαντος γὰρ Ἑρμοῦ, τοῦ τότε πατέρα, ὑποβαλεῖν τοῖς ποιμνίοις χρυσόμαλλον ἄρνα, ὃ πολλῶν αἰτία κακῶν αὐτοῖς γέγονε. Lege, μηνίσαντος δὲ Ἑρμοῦ, τοῦ τότε πατρός. Vel, μηνίσαντα δὲ Ἑρμῆν, τὸν τότε πατέρα &c. Senſus eſt, Mercurium, Myrtili patrem, auream agnam, quæ Pelopidarum familiæ exitioſa fuit, immiſiſſe. Tota fabula notiſſima eſt.

167. Ὁπλαῖς Ἅρπυιαν ἁρπυίαις ἴσην] Ἅρπυιαι vel ſignificant Harpyias, Deas quaſdam rapaces, & monſtroſas; vel ventum rapidum. Homeri Scholiaſtes vetus, Ἅρπυιαι, ἀνέμων εἶδος, παρὰ τὸ ἁρπάζειν· ἢ δαίμονες ἁρπακτικαί, ὧν τὰ ὀνόματα, Ἀελλώ, Ὠκυπέτη, Ποδάργη. Heſychius, & ex eo Phavorinus, Ἅρπυιαι, αἱ τῶν ἀνέμων συστροφαί, θύελλαι. Quem ſenſum Euſtathius allegoricum eſſe putat, Ἅρπυιαι δὲ, (inquit) ἀλληγορικῶς μὲν ἄνεμοι καταιγιδώδεις, καὶ ἁρπακτικοί. Senſum priorem amplexus eſt in ſua interpretatione Canterus; verùm poſterior aliis forte magis arridebit, ſolent enim equi veloces ventis comparari; iidem *volare* etiam dicuntur: Homerus Iliad. κ'. v. 437.

—— θείειν ἀνέμοισιν ὅμοιοι.

Et Iliad. ν'. v. 395.

Οἱ δ' ἴσαν ἀργαλέων ἀνέμων ἀτάλαντοι ἀέλλῃ.

Et Iliad. ε'. p. 423. Ed. Baſ.

—— τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην.

Quo in loco Euſtathius huc reſpexit, Ἴσον δὲ (inquit) ὡς οἱ πέτεσθαι λεγόμενοι ἵπποι, καὶ ἀελλόποδες ἂν λεχθεῖεν, καὶ ποδηνέμοι, καὶ ὁπλαῖς ἁρπυίαις ἴσοι, κατὰ Λυκόφρονα. Nec aliter Latini dicunt *ocyus aura*. Ovid. Metam. 11.

Inde ruunt alii rapida velocius aura.

169. Κίρκου παλαιξενίθεος] Comparatio hæc ab Æſchylo ſumta eſt, qui pluribus in locis κίρκους appellat raptores: Ἱκετ. v. 61.

—— ἀκούων
Ὄπα τᾶς Τηρείας
Μήτιδος οἰκτρᾶς ἀλόχου,
Κιρκηλάτου τ' ἀηδόνος.

Ubi κιρκηλάτου ἀηδόνος intelligo de Philomela à Tereo rapta; licet aliter hunc locum explicent Interpretes. Poſtea, de Danai filiabus Ægypti filios fugientibus ait, v. 231.

Ἐν ἁγνῷ δ' ἑσμὸς ὡς πελειάδων
Ἵζεσθε κίρκων τῶν ὁμοπτέρων φόβῳ.

Cæterum Deïphobi Helenam in victoriæ præmium adepti meminit ex Lycophrone vetus Homeri Scholiaſtes, Iliad. ω'. v. 251. Ἀλεξάνδρου τοξευθέντος ὑπὸ Φιλοκτήτου, Πρίαμος τῆς Ἑλένης γάμον ἔπαθλον ἔθηκε τῷ ἀριστεύσαντι κατὰ τὴν μάχην· Δηΐφοβος δὲ γενναῖος ἀγωνισάμενος, ἔγημεν αὐτήν. Ἡ ἱστορία παρὰ Λυκόφρονι. Alii alias cauſas tradunt.

171. Ἐν δὲ δεμνίοις &c.] Inſolens videtur maritum nominare, qui ſomniando tantum cum Helena concubuit: ſed ne hujus quidem generis exempla deſunt apud idoneos Scriptores: nam apud Sophoclem, cum Oedipus timeret oraculum, quo prædictum fuit, ipſum cum matre rem habiturum eſſe, ſolata eſt eum Jocaſta, ſpem injiciens in ſomniis complendum fore hunc eventum, quod & multis ait prius accidiſſe Oedip. Tyran. v. 990.

Σὺ δ' εἰς τὰ μητρὸς μὴ φοβοῦ νυμφεύματα,
Πολλοὶ γὰρ ἤδη κἀν ὀνείρασι βροτοὶ
Μητρὶ ξυνηυνάσθησαν. ——

174. Κυταϊκῆς Τὸς ξενοδαίκτης] Medeam heic intelligi malim, quam Iphigeniam: Medea enim vulgo Cytaïca, à Cytæa, non, ut tradunt alii Interpretes, Scythiæ, ſed Colchorum urbe; Scythica enim Cytæa diverſa erat à Medeæ patria: Stephanus Byzantinus, Κυταία, πόλις Κολχικὴ, πατρὶς Μηδείας. ἔστι καὶ ἄλλη Σκυθίας. Huc reſpexit Euſtathius in Odyſſ. δ'. Καθὰ καὶ Εὐφορίων φησί, βλεψίφρονα φάρμακα,

Ὅσσ' ἐδάη Πολύδαμνα, Κυταῒς ὅσα Μήδεια.

Τουτέστι φάρμακα, ὧν ἴδρις ἦν ἡ Αἰγυπτία Πολύδαμνα, καὶ Μήδεια ἡ ἐκ Κυταίας πόλεως, ἧς καὶ Λυκόφρων μέμνηται. Medea *Cytæis* dicitur in Propertio, II. 4.

Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis.

Et carmina magica *Cyteina* vocantur,

Tunc ego crediderim vobis, & ſidera, & amnes
Poſſe Cyteinis ducere carminibus.

176. Μύρμων τὸν &c.] Alludit ad Myrmidonum nomen, quod ἀπὸ τῶν μύρμηκων inditum volunt: Euſtathius Il. α'. cum prius Æaci fabulam tradidiſſet, addit, Καὶ τοιαῦτα μὲν οἱ μυθογραφοῦντες, ἐν οἷς καὶ ὁ Λυκόφρων, Στρατὸν μύρμηκος ἐξάπτων τοὺς Μυρμιδόνας εἰπών. Variis deinde modis pergit hoc figmentum explicare, pag. 57. 58. Iterum etiam hujus loci meminit Iliad. ζ'. Μυρμιδόνες δὲ ἀπὸ μυρμήκων κατὰ μῦθον ἐκλήθησαν, ὡς καὶ Λυκόφρων ὑπολαλεῖ. Cætera, quæ ad fabulam pertinent, ſi quis deſideret, illinc petat.

177. Τυφῶνα] i. e. Achillem; nam quivis impetuoſi Τυφῶνες vocantur, à Typhone gigante; vel à τυφῶν, vel τυφὼς, quæ voces fulmina, aut ventos impetuoſos denotant, ut ex Heſychio, & Suida notum. Hinc Ariſtophanes Cleonem Τυφῶ appellavit, Equit. Act. 1. Sc. 11.

Καὶ γενναίως πρὸς τὸν Τυφῶ χωρεῖ, καὶ τὸν ἐριώλην.

Quem locum explicavit Suidas.

181. Σφῆκας δυσφορὰς χειράμων ἀνεγείρας &c.] Proverbialis hic eſt ſermo, de eo dictus, qui hoſtes in ſe concitat, & ſui exitii cauſa eſt. Similiter Themiſtius in Oratione quadam, Ἠρέθισα ἐπ' ἐμαυτὸν καὶ ἐσκευασάμην οἷον ἑσμόν τινα κηφήνων. Veſpæ enim inſecta ſunt acerba, & aculeo timenda; unde apud Ariſtophanem in Veſpis, ipſæ de ſeſe aiunt,

Πρῶτα μὲν γὰρ οὐδὲ ἓν ἡμῶν ζῶον ἠρεθισμένον
Μᾶλλον ὀξύθυμόν ἐστιν, οὐδὲ δυσκολώτερον.

Proverbii etiam meminit Biſetus in Ariſtophanis Lyſiſtrate: Τὸ σφηκίαν βλίττειν καὶ ἐρεθίζειν, παροιμιακῶς λέγεται ἐπὶ τῶν αὐτοῖς κακόν τι παρὰ γνώμην ἀβούλως κινουμένων. Primus ſimilitudinis hujus auctor videtur fuiſſe Homerus, qui Myrmidonas è tentoriis excitatos comparat veſpis à pueris irritatis; Il. π'. 257. quem locum elegantia inſignem, & quia huic noſtro valde ſimilis eſt, deſcribere non dedignabor;

Oi

Οἱ δ' ἅμα Πατρόκλῳ μεγαλήτορι θωρηχθέντες
Ἔστιχον, ὄφρ' ἐν Τρωσὶ μέγα φρονέοντες ὄρουσαν.
Αὐτίκα δὲ σφήκεσσιν ἐοικότες ἐξεχέοντο
Εἰνοδίοις, οὓς παῖδες ἐριδμαίνωσιν ἔθοντες,
Αἰεὶ κερτομέοντες ὁδῷ ἔπι οἰκί' ἔχοντας,
Νηπίαχοι· ξυνὸν δὲ κακὸν πολέεσσι τιθεῖσι·
Τοὺς δ' εἴπερ παρά τίς τε κιὼν ἄνθρωπος ὁδίτης
Κινήσῃ ἀέκων, οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες,
Πρόσσω πᾶς πέτεται, καὶ ἀμύνει οἷσι τέκεσσι·
Τῶν τότε Μυρμιδόνες κραδίην καὶ θυμὸν ἔχοντες,
Ἐκ νηῶν ἐχέοντο· βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει.

185. Σκυρείου δράκοντος] i. e. Pyrrhi in Scyro, Ægæi maris inſula, educati. Haud aliter in Seneca, Helena ad Andromachen ait, Troad. v. 974.

Te forte primâ Scyrius juvenis tulit.

186. Σαλμυδησσὸς ἁλὸς] Salmydeſſus eſt Ponti ſinus: Stephanus, Σαλμυδησσὸς, κόλπος τοῦ Πόντου.

188. Φαλκεσίοιο σπίλου] Satis de hac inſula Canterus, & Meurſius; plura qui volet videre, adeat Maximum Tyrium Diſſ. XXVII. Arriani Περίπλουν, Euripidem, ejuſdem Scholiaſten, Andromach. v. 1260. Euſtathium in Dionyſii Περιήγησιν, v. 306. Stephanum, aliosque quamplures.

197. Ἅιδου κρατῆρος] Ita vocat ollam, in qua Iphigenia mortuorum carnes elixaſſe dicitur, quia Pluto mortuorum eſt præſes. Haud aliter apud Euripidem Polymneſtor Trojanas mulieres, quæ ejus liberos interemiſſent, ipſumque oculis privaſſent, vocat *Plutonis Bacchas*, Hecuba v. 1075.

Ποῖ, πᾷ φέρομαι, τίνα ὅρμα λιπὼν
Βάκχαις Ἅιδου διαμοιρᾶσαι.

204. Ὅρκων ζυγὸν] Similiter Euripides dixit ὅρκοισι ζυγεὶς, Medea v. 735. metaphora à jumentis ſumta: quoniam qui juramenti religione ſe aſtrinxerunt, haud facile poſſunt ejus vinculis liberari.

208. Δελφινίου πάρ' ἄντρα Κερδῴου θεοῦ] De Apollinis, & Bacchi nominibus fere omnibus, totaque hac, & præcedente fabula, ſatis ſuperque priores Interpretes. Addam, Apollinis Delphinii templum Athenis fuiſſe, in quo Tribunal dictum τὸ ἐν Δελφινίῳ Pauſanias Atticis, Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἐπίκλησιν Δελφινίου. Suidas, Δελφίνιον, ἐστι μάντειον χωρίον ἐν Χίῳ· ἔστι δὲ καὶ Ἀθήνησιν ἱερὸν Ἀπόλλωνος οὕτω καλούμενον, ἔνθα ἦν τὸ ἐν Δελφινίῳ (lege Δελφινίῳ) δικαστήριον. Quæ verba ſunt ex Harpocratione deſumta. *Antrum* vocat Apollinis oraculum, quo modo Ovid. Met. III.

Vix bene Caſtalio Cadmus deſcenderat antro.

Cujus rei ratio erat, quod in Templo Delphico divini afflatus ex terræ caverna ſurſum mittebantur. Qua de re vide Archæologiæ noſtræ Lib. II. cap. IX. Κερδῷος epitheton Mercurio tribuit Meurſius, & Mercurium fuiſſe *lucri* Deum, nemo ignorat; ſed cum hic de Mercurio ſermo non ſit, malim de Apolline accipere, qui Κερδῷος vocari poterit, ob lucrum, & utilitatem, quæ ejus oraculis accepta debent homines; unde Lucanus Delphicæ ſedis ſilentium recenſet inter maxima malorum, quæ iſti ſeculo contigerant,

——— *non ullo ſecula dono*
Noſtra carent majore Deum, quam Delphica ſedes
Quod ſiluit. ———

Vel propter prudentiam, ſapientiam, & ſingularem futura prædicendi peritiam, qua ſupra cæteros omnes inclaruit hic Deus; nam κέρδος ſagacitatem, aſtutiam, & prudentiam denotare ſolet. Heſychius, Κέρδος, σύνεσις, τέχνασμα, ὠφέλεια. Κερδοσύνη, σοφία, τέχνη, σύνεσις, πανουργία.

209. Ταύρῳ] Bacchus Ταυρόμορφος, & Ταυροφάγος dici ſolet, ejuſque ſtatua apud Cyzicenos tauri figura erecta erat: quin etiam taurinis eum cornibus pingebant Veteres, unde Ταυροκέρωτα vocavit Euphorion, citante Theone, Commentario in Aratum; Τὸν δὲ, ὁ Διόνυσος. Εὐφορίων,

Τῷ ταυροκέρωτι Διωνύσῳ κοτέσασα.

Quo epitheto uſus etiam eſt Orpheus, Hymno in Bacchum,

Ταυροκέρων, Ληναῖε, Πυριγενὲς, Νύσιε, Λυσεῦ.

Ibidem ταυρωπὸν appellavit, & δικέρωτα,

——— δικέρωτα, δίμορφον,
Κισσόβρυον, ταυρωπὸν, ἀρήϊον, εὔιον, ἁγνὸν.

Et Ovidius ei cornua tribuit, Metamorph. IV.

——— *tibi, ſi cum cornibus adſtas,*
Virgineum caput eſt. ———

Et Seneca Hippol. v. 752.

Tigres pampinea cuſpide territans,
Ac mitra cohibens cornigerum caput.

Ubi Interpretes varias reddunt rationes, cur Bacchus cornua habeat. Vel enim factum eſt ob truculentiam ebriorum, & quod vinum rixas ciere ſoleat, unde μάλιστα quidam θύρσον appellarunt, ὡς τῶν μεθυόντων ἑτοίμως ἐχόντων καὶ θύρσους φορεῖν, καὶ ὅπλα αἴρειν, ut ait Euſtathius: quæ ſignificatio etiam ex Heſychio nota eſt. Vel quod cornua Veteribus loco poculorum erant; quæ mens erat Euſtathii, Ταῦρος κερασφόρος, ὁ Διόνυσος ὁ ποτικός, ὃς καὶ ταυρόμορφος ἐπλάττετο, διὰ τὸ κέρασιν ἀντὶ ἐκπωμάτων χρῆσθαι τοὺς ἀρχαίους. Idem tradit Nicandri Scholiaſtes in Alexipharmacis, Οἱ παλαιοὶ κέρασιν ἐχρῶντο ἐν τῇ πόσει ἀντὶ τῶν ποτηρίων, ὅθεν καὶ τὸ κεράσαι εἴρηται. ἢ διὰ τὸ ταυρωτικὸν τῶν πινόντων, τουτέστι τὸ ὑβριστικὸν ἰσχυρόν· ὁ δὲ Διόνυσος καὶ ταυροκέρως. Vel quod boves primus aratro junxerit, unde & Oſiris Ægyptius eſt, de quo Tibullus Eleg. lib. I.

Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris,
Et teneram ferro ſollicitavit humum.

Quæ cauſa eſſe videtur, cur initio Georgicorum Virgilius Bacchum cum Cerere invocavit,

——— *labentem cœlo qui ducitis annum,*
Liber, & alma Ceres. ———

Vel quod Poetis hymnos in Bacchi honorem canentibus taurus erat præmium. Vel ab ejus vi & robore; qua de cauſa Seleuci faciem in ſtatuis cornigeram fuiſſe ſcribit Appianus in Syriacis, quod taurum ferocem, ſacrificante Alexandro, vinculis ruptis profugum ſolis cornibus arreptum detinuerit. Vel ob galeam capitis arietini forma inſignem, quam in honorem patris ſui, Jovis Ammonis, geſtavit, cui & ipſe aram, & templum ſub arietis ſpecie erexit. Vel, denique, à κρωβύλοις, ſeu cincinnis crinium utrimque in cornuum formam acuminatis.

Ibid. Κρυφαίας χέρνιβας] Cur Bacchi ſacrificia occulta dicebantur, explicabitur v. 1246. Cæterum χέρνιψ proprie loquendo nihil eſt aliud, quam τὸ ἐπιχεόμενον ταῖς χερσὶν ὕδωρ, teſte Heſychio: ſed quoniam nulla ſacrificia peragi ſolebant ſine manuum ablutione, idcirco per metonymiam pro ipſis ſacris uſurpari cœpit. Porro antequam manus abluiſſent, nefas habebatur Diis aut ſacrificia, aut libationes, aut preces offerre; unde apud Homerum Iliad. ζ'. 266. Hector ait,

Χερσὶ δ' ἀνίπτοισιν Διῒ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Ἅζομαι· οὐδέ πῃ ἔστι κελαινεφέϊ Κρονίωνι
Αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον εὐχετάασθαι.

Ubi Euſtathius, Σημείωσαι δὲ, ὅτι Ἕκτωρ μὲν χερσὶν ἀνίπτοις Διῒ λείβειν οὐ θέλει· Τηλέμαχος δὲ ἐν Ὀδυσσείᾳ καὶ εὔχεσθαι μέλλων, τὰς χεῖρας νίπτεται. Exempla ubique in Homero, & aliis Auctoribus occurrunt. Conſule Archæol. noſtræ lib. II. cap. v.

210. Χιλίαρχον τοῦ πολυζεύκτου στρατοῦ] i. e. Agamemnon, qui ſummus fuit imperator exercitus Græci, quem *mille* navibus ad Trojam vectum canunt Poetæ; qui tamen numerus exactus non eſt, cum Homerus naves MCLXXXVI, alii plures, aut pauciores numerarint. Sed ſolet numerus rotundus pro majore, vel minore accipi; quo modo Romani *Centumviros* dicebant, qui erant CV. Varro de Re Ruſtica lib. II. cap. I. *Si, inquam, numerus non ſit ad amuſſim, ut non eſt, cum dicimus M. naves iiſſe ad Trojam; Centumvirale eſſe judicium Romæ.* Euripides Oreſte,

Ὁ χιλιόναυν στρατὸν ὁρμήσας
Εἰς γῆν Ἀσίαν.

Ubi Scholiaſtes, Τῷ δὲ ἀπηρτισμένῳ ἐχρήσατο ἀριθμῷ, τοσαῦται γὰρ ἦσαν αἱ νῆες τῶν Ἑλλήνων χίλιαι πρὸς ταῖς ρπϛ'. Idem tradunt eadem Scholia, ſed diverſum faciunt navium numerum, ad hunc verſum Andromaches, ubi de Troja loquitur Poeta,

Εἷλε σ' ὁ χιλιόναυς Ἑλλάδος ὠκὺς Ἄρης.

Ad quod Scholiaſtes, Χιλιόναυς· τῷ ἀπηρτισμένῳ ἀριθμῷ ἐχρήσατο· εἰσὶ γὰρ αἱ νῆες χίλιαι ρσ'. Pleniſſime, ut omnia, hanc rem pertractavit Euſtathius, ſub finem catalogi navium; Ὥστε ὁπηνίκα εἴποι τις, ὡς χιλιόναυς ἦν ὁ Ἑλληνικὸς ἐκεῖνος στόλος, ὡς που λέγοι ὁ καλέσας τὸν Ἀγαμέμνονα Χιλίαρχον τοῦ πολυζεύκτου στρατοῦ, οὐ τὸ πᾶν λέγει, ἀλλ' ἀρκεῖται τῷ πληρεστάτῳ ἀριθμῷ χιλιάδι. Διττὸς δὲ τοῦτο εἴωθε γίνεσθαι· ἢ γὰρ ἐξ ἐλάττονος ἀριθμοῦ εἰς τὸ πλεῖον καὶ πλῆρες ἀνατρέχει τις· ἢ τὰ ἁπλῶς πολλὰ, μυρία εἴποι· ἢ ἄλλως ὑπότε ἐκ τοῦ πλείονος μὲν, μὴ κορυφουμένου δὲ, εἴ τι πλέον ὑπάρχοι ὑποκαταβαίνοι τις εἰς τὸ πληρέστατον. ὡς ἐνταῦθα εἴ τις ἐρεῖ χιλιόναυν στρατὸν, ἀφεὶς στρατιᾶς ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ἓξ νῆας, ἀρκεσθεὶς τῷ τῶν χιλίων ἀριθμῷ, ἐλαττώσας μὲν τὸ ἐν ἀληθείᾳ ποσὸν, οὐ ταπεινώσας δὲ ὅλως τὸ πρᾶγμα, διὰ τὸ σεμνὸν, τοῦ χίλια πλήρους ὄντος καὶ τελείου ἀριθμοῦ.

213. Λέοντα θοίνης &c.] Telephum comparat leoni, Græcos ariſtis, quas quia Telepho in cibum dat, idcirco ipſum tacite etiam ſui comparare videtur; niſi id potius fieri exiſtimandum ſit more Lycophronico, quo nulla non epitheta, nomina, & proprietates confundi ſolent, ut obſcura, eoque oraculo ſimilior reddatur oratio. Priorem ſententiam amplexum invenio Euſtathium Iliad. α'. p. 121. Τεισχίλιοι δὲ ἐστὶ ὑπὸ συντεθέντα, ἤτοι ἐνέμοντο εἰς βοῦν, ἢ ἐνέμοντο ἴσως καὶ βοῦς ἦν. ὅμοιον καὶ τὸ, Ἑκατόμπεδον πόλιν, ἤγουν πόλιν καὶ οἴκους ἔδειμα. Τὸ μέν τοι Ἑκατόμπεδον θυσιαστήριον πάνυ κομψῶς εἴρηται. Καὶ παρὰ Λυκόφρονι δὲ τὸ, Λέοντα κείροντα ὀδόντι καὶ γνάθοις λήϊον, ἐμφαίνει γραφὰς ὅτι ὁ Τήλεφος ὅμοιος ἦν καὶ λέοντι, καὶ σὺ δὲ, λέων γὰρ οὐ κείρει λήϊον. Τοιοῦτόν τι καὶ παρὰ τῷ Κωμικῷ τὸ, Βυθὸν τε ὤν, καὶ τράγων. Οὕτω δὲ καὶ Εὐριπίδης φησὶ τὴν Μηδείαν Δίκην λεαίνης ταυρουμένην, ἤγουν ἀγριουμένην ὡς λέαιναν, καὶ ὡς ταῦρον.

220. Ἴσσαν φυτεύσας] Iſſa quondam dicta erat Lesbos inſula, ut tradit Strabo lib. I. Ἡ δὲ Ἄντισσα νῆσος ἦν πρότερον, ὡς Μυρσίλος φησι, τῆς Λέσβου καλουμένης πρότερον Ἴσσης. Idem ex Lycophrone docet Euſtathius Il. ι'. p. 637. Ἰστέον ὅτι Ἱμερτὴ καὶ Πελασγία ἡ Λέσβος ἐκλήθη ποτὲ κατὰ τὴν παλαιὰν ἱστορίαν· καὶ ὅτι ὥσπερ Λέσβος, οὕτω καὶ Ἴσσα ἡ αὐτὴ νῆσος, ἐκ μιᾶς τῶν περὶ αὐτὴν πέντε πόλεων, ὡς καὶ Λυκόφρων ἐμφαίνει. Quod iterum tradit in Dionyſii Περιηγ. v. 536. Τῷ δὲ αὐτῷ λόγῳ καὶ Λυκόφρων αὐτὴν Ἴσσαν ἐκάλεσεν· μία γὰρ ἡ Ἴσσα τῆς Πεντάπολεως. Cum his etiam Stephanus conſentit, voce Ἴσσα.

222. Τῶν αὐθομαίμων συγκατασκάπτην] i. e. Cognatorum everſorem; comparatione à mœniorum ſubverſione ſumta, qua metaphora uſus eſt etiam Euripides, Oreſte v. 733.

Συγκατασκάπτοις ἂν ἡμᾶς, κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων.

Ubi Scholiaſtes, Τὸ κατασκάπτειν, κυρίως ἐπὶ πόλεως, ἐνταῦθα δὲ καταχρηστικῶς εἴρηται.

223. Τόμαρε] Tomarus, vel Tomurus, mons erat Dodones, ubi celebre erat Jovis oraculum, cujus interpretes à monte iſto *Tomuri* nominati. Strabo libri VII. fine, Ἀπὸ δὲ τοῦ Τομάρου τοὺς ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένους ὑποφήτας τοῦ Διὸς, οὓς καὶ ἀνιπτόποδας χαμαιεύνας καλεῖ, Τομούρους φασὶ λεχθῆναι. Idem Τόμαροι, & Τόμουροι dicti ſunt, & ab iis commune nomen omnibus prophetis inditum. Heſychius, Τόμαρος, τὸ ἐν Δωδώνῃ ὄρος, καὶ προφήτης, καὶ ἱερεὺς, καὶ θύτης, καὶ μάντις. Paullo poſt, Τόμουροι, προφῆται, ἱερεῖς, οἰωνοσκόποι, διάκονοι. Phavorinus hunc Lycophronis locum habuit in oculis, Τόμαρος (inquit) ὄρος ὃ κεῖται τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δωδώνῃ κατὰ Θεσπρωτίαν· ἐξ οὗ Τόμουροι, οἱ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγόμενοι ὑποφῆται Διὸς, ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι. Παρὰ τῷ Λυκόφρονι συνονομάζεται Τόμουρος νημερτέστατος, ἤγουν ὁ τὰ μὴ ὄντα ὁρῶν μαντικῶς. Euſtathius, Τόμουροι, οἱ τοῦ Δωδωναίου Διὸς ὑποφῆται· καὶ Τόμουρος, ἁπλῶς μάντις παρὰ Λυκόφρονι· καὶ Τόμουραι, αἱ μαντεῖαι. Idem in Odyſſ. ξ'. Τόμουραι, αἷς φαίνεται σύστοιχος ὁ καὶ ὁ παρὰ Λυκόφρονι τόμουρος. Et in Odyſſ. π'. Τοῖς δὲ ἐνθεῖσι Τομούροις, καὶ ὁ παρὰ τῷ Λυκόφρονι συνονομάζεται, Τόμουρος νημερτέστατος, ἤγουν ὁ τὰ μὴ ὄντα ὁρῶν.

225. Νυκτίφοιτα δείματα] Epitheton ex Æſchyli Prometheo ſumtum eſt, ubi ait,

Ἔτλην γεγωνεῖν νυκτίφοιτ' ὀνείρατα.

228. Κῦμ' ἐπίκλυσον κακῶν] Heic etiam Æſchylum expreſſit, qui in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ. ait.

——— κακῶν
Δ' ὥσπερ θάλασσα κῦμ' ἄγει.

Idem in Perſis dixit κλύδων κακῶν, & πέλαγος κακῶν: & in Supplicibus malorum turbam fluminis inundationi aſſimilavit, v. 478.

Κακῶν δὲ πλῆθος, ποταμὸς ὣς, ἐπέρχεται.

230. Αἰθυίαις] Mergis, avibus marinis, comparat

parat Græcos; qua ſimilitudine uſum etiam Aratum invenimus in Phænomenis, ubi de hominibus in mari verſantibus loquitur,

——— ἴκελοι δὲ κολυμβίσιν αἰθυίῃσι
Πολλάκις ἐκ νηῶν πέλαγος περιπαπταίνοντες,
Ἠιόν' ἐπ' αἰγιαλοὺς τετραμμένοι. ———

Ubi Theon hæc verba habet; Ἡ δὲ αἴθυια ἐν τοῖς παραλίοις τόποις ζῆ· ὁμοίως δὲ τὰς αἰθυίας φασὶ τοὺς δόλους βιοῦντας ἐν τοῖς ὄχθοις, δίκην αἰθυιῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ διὰ παντὸς διάγοντας.

233. Εὐάρχῳ μύλῳ] Euſtathius legit εὐάρχῳ μύλῳ, quod exp. βασιλικῷ χόνδρῳ quaſi Achilles pugno occidiſſet Cycni liberos. Εὔαρχος (inquit) λέξις βασιλικὴ παρὰ Λυκόφρονι ἐν τῷ, Εὐάρχῳ μύλῳ, ἤγουν χόνδρῳ βασιλικῷ. Odyſſ. τ'.

239. Χηλῷ κατεδρύφαξε διπτύχους γονὰς] Supplicii genus erat, quo ſontes in vas concluſi, in mare projiciebantur; de quo Athenæus lib. XIV. Πάτροκλος οὖν, ὁ τοῦ Πτολεμαίου στρατηγὸς, ἐν Καύνῳ τῇ νήσῳ λαβὼν αὐτὸν, καὶ εἰς μολυβδίνην κεραμίδα ἐμβαλὼν, καὶ ἀναγαγὼν εἰς τὸ πέλαγος, κατεπόντισε. Non fuiſſe porro habitum hoc ſupplicium inter graviſſima, docere videtur Polybius lib. II. Ἀλλ' ὅμως τοιοῦτος ὢν ἐκεῖνος ἔτυχε δίκης, πλὴν τῆς καταποντισθῆναι. Huic tamen contradicere videtur Diodorus Siculus lib. XVI. ubi narrat ſacrilegos quoſdam, ut graviſſima morte perirent, in mare projectos fuiſſe; Ὁ δὲ Φίλιππος (inquit) τὸν μὲν Ὀνόμαρχον ἐκρέμασε, τοὺς δ' ἄλλους ὡς ἱεροσύλους κατεπόντισε. Qui diſſenſus videtur conciliari poſſe, dicendo, grave quidem hoc ſupplicium fuiſſe, & ita habitum à Polybio; ſed ei viſum eſſe crimina illa, quæ prius numeraſſet, non ſimplici morte, ſed aliis inſuper pœnis, maximiſque cruciatibus punienda eſſe.

240. Σώ πεῖς δ' ὁ τλήμων &c.] Oraculum quoddam Achillem prænunciavit periturum eſſe, ſi quem ex Apollinis filius occideret: quo territa Thetis, ſervum comitem adjunxit, qui id ei (ſi quando ex uſu foret) in memoriam revocaret: quo nomine hic fuerit, non conſtat, fallitur enim Meurſius, cum Phœnicem fuiſſe tradit, nam Phœnicem Achilli ſuperſtitem ſciunt omnes: hic vero, de quo hoc in loco Lycophron, cum commiſſum officium neglexiſſet, & Achillem Tenum, qui Apollinis habitus eſt filius, occiſurum non præmonuiſſet, ab eo occiſus eſt; ut clare nos docuit Plutarchus, in Græc. Quæſt. ubi, poſt narratam Teni hiſtoriam, hæc verba habet: Ἀχιλλεῖ γὰρ λέγεται τὴν μητέρα Θέτιν ἰσχυρῶς ἐγκελεύσασθαι, μὴ ἀνελεῖν τὸν Τένην· καὶ παρεγγυῆσαί τινι τῶν οἰκετῶν, ὅπως προσέχῃ καὶ ἀναμιμνήσκῃ, μὴ λάθοι κτείνας Ἀχιλλεὺς τὸν Τένην. ἐπεὶ γὰρ τὴν Τένεδον κατατρέχων, ἐδίωκε τὴν ἀδελφὴν τοῦ Τένου καλὴν οὖσαν, ἀπαντήσας τε ὁ Τένης ἠμύνετο πρὸ τῆς ἀδελφῆς, καὶ ἡ μὲν ἐξέφυγεν, ὁ δὲ ἀνῃρέθη· ὁ δ' Ἀχιλλεὺς πεσόντα γνωρίσας, τὸν μὲν οἰκέτην ἀπέκτεινεν, ὅτι παρὼν οὐκ ἀνέμνησεν. Idem Euſtathio memoratur Odyſſ. λ'. quo loco aliis quoque heroibus ſuos μνήμονας fuiſſe refert: Περὶ οὗ (Ἀντιλόχου τοῦ Νέστορος) ἱστορεῖ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς, ὡς χρησμοῦ δοθέντος Νέστορι φυλάττεσθαι ἐπὶ τῷ υἱῷ Ἀντιλόχῳ τὸν Αἰθίοπα, ἔδωκε αὐτῷ μνήμονα ὁ πατὴρ ὑπασπιστὴν, Χάλκωνα Κυπαρισσέα, ὃς ἐρασθεὶς Πενθεσιλείας, καὶ βοηθῶν αὐτῇ ἀνῃρέθη ὑπ' Ἀχιλλέως, καὶ τὸ σῶμα ὑφ' Ἑλλήνων ἀνεσταυρώ- :

θη. Εὑρίσκονται δὲ καὶ ἄλλοις τῶν ἡρώων μνήμονες, οἷον τῷ Ἀχιλλεῖ παρὰ τῆς μητρὸς, ὡς ἱστορεῖ καὶ Λυκόφρων· καὶ τῷ παρ' ἐκείνῳ γὰρ ὑπ' Ἀχιλλέως Εὔδωρος μετὰ τὴν μῆνιν ἐν τῷ ναυμαχεῖν, ὥστε μὴ προσω χωρεῖν, ἀναιρεθῆναι δὲ αὐτὸν εὐθὺς ἐν τῇ συμβολῇ ὑπὸ Πυραίχμου, διὸ καὶ αὐτὸν πρῶτον ἀναιρεθῆναι ὑπὸ Πατρόκλου, ἱστορεῖ Τιμόλαος ὁ Μακεδών. Ἀντίπατρος δὲ ὁ Ἀκάνθιος φησὶ καὶ τῷ Ἕκτορι Δάρητα Φρύγα δοθῆναι μνήμονα μὴ ἀνελεῖν φίλον τοῦ Ἀχιλλέως, Ἀπόλλωνος τοῦ Θυμβραίου τοῦτο χρήσαντος, τοῦτον δὲ αὐτομολήσαντα ὑπ' Ὀδυσσέως ἀναιρεθῆναι. Ἐρίστος δὲ ἱστορεῖ καὶ Πρωτεσιλάῳ δοθῆναι μνήμονα, Δάρδανον Θετταλὸν· δοθέντος χρησμοῦ Φυλάκῳ τῷ πατρὶ, ἀναιρεθῆναι εἰ προπηδήσει.

250. Αἱματηρὸν ἐξάρχων νόμον] Ellipſin his verbis ineſſe ait Euſtathius; alioqui debuit dixiſſe εἰς νόμον ἐξάρχων, vel, ſecundum communem loquendi formulam, νόμου ἐξάρχων: audi ejus verba ex Iliad. ς'. Τὸ δὲ βουλὰς ἐξάρχων ἀγαθὰς, ἔλλειψιν ἔχει προθέσεως, ἵν' ᾖ, εἰς βουλὰς ἐξάρχων ἀγαθὰς, ἄλλως γὰρ τὸ ἐξάρχει γενικῇ συντάσσεται· ἔφη γοῦν περὶ μικρῷ, βουλῆς ἐξῆρχε νέεσθαι. Ὁμοίως δὲ ἐλλιπὲς καὶ τὸ, Κορύσσων πόλεμον, οὐ γὰρ κυρίως ἄν λέγοι τις κορύσσειν μάχην, ἀλλὰ κορύσσειν τινὰς εἰς μάχην. Κατὰ γὰρ τὸ βουλὰς ἐξάρχων, ἐλλέλειπται καὶ τὸ

Στρέμβων τὸν αἱματηρὸν ἐξάρχων νόμον.

Τὸ δ' αὐτὸ γίνεται καὶ ἐπὶ τοῦ κατάρχειν ἐν τῇ ἱερουργίᾳ. ἴσως γὰρ καὶ τὸ, Ψαύω τὸν θεὸν, παρὰ Σοφοκλεῖ.

252. Ὥστε λύκοι γῦιαι Λόγχαις διαστίλβοντες] Committitur heic Figura Atticis uſitatiſſima, quæ à Grammaticis Σολοικοφανὲς dicitur, qua verba ſenſu congrua genere non conveniunt. Similiter Sophocles Trachin. v. 210.

——— ἐν δὲ
Κοινὸς ἀρσένων ἴτω
Κλαγγά. ———

Ad quod Scholiaſtes vetus, Τὸ Κοινὸς Ἀττικὸν, ὡς Κλυτὸς Ἱπποδάμεια. Et in Oedip. Tyran. v. 1470. Oedipus de filiabus ſuis ait,

Οὐ δὴ κλύω πῃ πρὸς θεῶν τοῖν μοι φίλοιν
Δακρυῤῥοούντοιν. ———

Ubi Scholiaſtes, Τοῖν μοι φίλοιν δακρυῤῥοούντοιν, ἀντὶ τοῦ, τῶν ἐμῶν θυγατέρων. δέον γὰρ εἰπεῖν δακρυῤῥοούσαιν, ἀρσενικῶς ἐξήνεγκεν. ἔστι δὲ Ἀττικώτερον, ὡς τὸ, Μὰ τὼ θεὼ, τὼ χεῖρε. Et in Oedip. Col. v. 1671. Oedipi filiæ dicunt.

——— ——— ἄλογιστα παροίσομεν
Ἰδόντε καὶ παθόντα. ——— ———

Ad quod iterum Scholiaſtes vetus, Ἰδόντε καὶ παθόντα· ἀντὶ τοῦ ἰδοῦσαι, καὶ παθοῦσαι. πολλαχοῦ γὰρ τῷ σχήματι χρῶνται, ἀντὶ τῶν θηλυκῶν τὰ ἀρσενικὰ τιθείς. Pergit deinde varia exempla proferre ex Homero, Heſiodo, & Sophocle. His ſimile eſt illud Ariſtophanis Nub. Act. 1. Sc. 1. ubi Strepſiades de uxore ait,

Οὐ μὲν ἐγὼ γ' ὡς ἀργὸς ἦν, ἀλλ' ἐσπάθας.

Ubi Scholiaſtes vetus, Ἀττικοὶ ἐπὶ τῶν θηλυκῶν, ἀρσενικῶν ὀνομάτων κέχρηνται λέξεσιν &c. Item Anacreontis dictum Od. III.

——— βρέφος μὲν
Ἐστὶ φέροντα τόξον.

Plura exempla in promtu ſunt, ſed hæc ſufficiant.

253. Οἰμωγὴ δέ μοι Ἐν ὠσὶ πύργων ἀπ' ἄκρων ἰνδάλλεται] Elegans hæc tranſlatio eſt, qua ab au-

 ditu

ditu ad viſum tranſitur. Similiter Æſchylus ſonum dicit oculis percipi, in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις,

Κτύπον δέδορκα,
Πάταγον τ' οὐχ ἑνὸς δορός.

Ubi Scholiaſtes obſervat hanc trajectionem vim quandam, & vehementiam ſonitus exprimere, Μετάγει (inquit) τὰς αἰσθήσεις πρὸς τὸ ἐνεργέστερον. Simile eſt illud in Supplicibus v. 100. Καπνὸν ἄφωνον. Nec abhorret hinc Sophocles, Oed. Tyr. v. 481. ubi dicit oraculum λάμπειν, i. e. clare pronunciatum fuiſſe;

Ἔλαμψε γὰρ τοῦ νιφόεντος
Ἀρτίως φανεῖσα
Φάμα Παρνασοῦ.

Euſtathius ingenioſe hæc refert ad Caſſandræ præſenſionem, ad Odyſſ. υ'. v. 349.

——— γόον δ' ὀΐετο θυμός.

Τυτέστιν, inquit, ἐφαντάζετο θρήνους ἡ ψυχή· ἐδήλου δὲ ταῦτα τοῖς μαντικοῖς ὄμμασι βλέποντι, χύσεις αἱμάτων, καὶ γόους, καὶ δάκρυα, ὧν πειράσονται οἱ κακοί. ὡς που καὶ ἡ παρὰ Λυκόφρονι Κασάνδρα, οἰμωγὴν αὐτῇ λέγει ἐνδάλλεσθαι μαντευομένῃ τὰ ὕστερον τῶν Τρώων κακά.

261. Τυπωτὴν τόρμαν] Huc reſpexit Euſtathius, Commentario in Iliad. ι'. p. 455. Τόρμη, ὁ πόλεμον εἰς ὃν ὁ ἄξων ἐνήρμοσται, καὶ ὁ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ δὲ δρόμος, ἡ ἡ καμπή, καὶ ὁ ὕσπληξ. ἔστι δὲ ἐνταῦθα προσθεῖναι τὸ κατὰ Λυκόφρονα τυπωτὴν τὴν περὶ τὸν τάφον τόρμαν, ἤγουν αὐλακοειδῆ γραμμήν.

264. Τέκνοις Πτῶος τε πατρὸς] Apollo Ptous dictus eſt in Ptoo, monte Thebano, ubi templum, & oraculum ejus fuit, ante excidas ab Alexandro Thebas. Nomen porro ductum eſt à Ptoo, Athamantis & Themiſtûs filio. Pauſanias Bœoticis, Κεῖται μὲν πόλισμα ἐν ὄρει τῷ Πτῴῳ· θέας δὲ ἄξια ἐνταῦθα, Διονύσου ναὸς ἐστι καὶ ἄγαλμα. Προελθόντι δὲ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐν δεξιᾷ πέντε που καὶ δέκα σταδίους, τοῦ Απόλλωνός ἐστι τοῦ Πτώου τὸ ἱερόν. ἦν δὲ Ἀθάμαντος καὶ Θεμιστοῦς παῖς ὁ Πτῶος, ἀφ' οὗ τῷ τε Ἀπόλλωνι ἐπίκλησις, καὶ τῷ ὄρει τὸ ὄνομα ἐγένετο, ὡς Ἄσιος ἐν τοῖς ἔπεσιν εἴρηκε. Stephanus aliam reddit rationem in v. Ἀκραιφία, quæ urbs eſt in Ptoo monte ſita: Ἣν δὲ (inquit) ἀπὸ Ἀθάμαντος κτισθεῖσα, ἡ (lege ἢ) ἀπὸ Ἀκραιφέως, τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ ὄρος κληθῆναι ἀπὸ Πτώου, παιδὸς αὐτοῦ καὶ Εὐξίππης· ἢ ὅτι Λητὼ ἐκεῖ βουλομένην τεκεῖν, προσεπτοίησεν ὁ κάπρος ἐπελθών. Eandem etymologiam tradit Plutarchus in Pelopida, Καὶ γὰρ τὸ Πτῷον ἐγγὺς, ὅθεν αὐτὴν ἀναπτοηθῆναι, προφανέντος ἐξαίφνης κάπρου, λέγουσι. Euſtathius tradit Latonam ὑπὸ τοῦ λύκου ἐπτοῆσθαι, à lupo perterrefactam fuiſſe, unde Apollo duobus nominibus Πτώου, & Λυκηγενὴς inſignitus eſt, Il. δ'. Λυκηγενὴς λέγεται, ὅτι λύκος (φασιν) ἐπεφάνη τῇ Λητοῖ ἐν τῷ τοκετῷ· ὅτι καὶ πτοηθεῖσα, Πτῶόν τε τὸν ἐξ αὐτῆς Ἀπόλλωνα ἐπωνόμασε, καὶ Λυκηγενῆ. Hector porro Apollinis filius dicebatur. Homeri vetus Scholiaſtes, Il. γ'. v. 314. Πορφύριος ἐν τοῖς Παραλελειμμένοις φησὶν, ὅτι τὸν Ἕκτορα Ἀπόλλωνος υἱὸν παραδιδόασιν Ἴβυκος, Ἀλέξανδρος, Εὐφορίων, καὶ Λυκόφρων. Et *Semidei* dicti eſſe heroes videntur nonnullis, quod ex uno parente mortali, altero immortali nati eſſent. Euſtathius Il. α'. Οὓς (ἥρωας) καὶ ἐκ θείου καὶ ἀνθρωπίνου σώματος φῦναι λέγουσι· διὸ καὶ Ἡσίοδος ἡμιθέους αὐτοὺς λέγει· ὡς ἐκ θεᾶς ὄντας καὶ θνητοῦ ἀνδρὸς, ὁποῖος καὶ Ἀχιλλεὺς ἐκ Θέτιδος καὶ Πηλέως· ἢ ἀνάπαλιν, ὁποῖον ὁ Λυκόφρων τὸν Ἕκτορα παραδίδωσι, πατρὸς μὲν Ἀπόλλωνος, θνητῆς δὲ μητρός. Hi tamen Homero contradicunt, qui non modo Hectorem Priami filium vocat, (quod fieri etiam poſſet, quantumvis eſſet Apollinis filius, ſicuti Hercules Amphitryonis filius dicitur, quem tamen omnes Jove ſatum aiunt) ſed apertis verbis affirmat, non eſſe divina origine procreatum, Il. κ'.

——— οὔτε θεᾶς υἱὸς φίλος, οὔτε θεοῖο.

Ubi Euſtathius, Φανερῶς ὑποφαίνει ὁ ποιητὴς μὴ θεογονῆ τὸν Ἕκτορα εἶναι· εἰ καὶ ἕτεροι ἄλλα λογοποιοῦσιν, ἐν οἷς ὁ Λυκόφρων Πτώου πατρὸς μυθοπλάστως ἐκφωνεῖ τὸν Ἕκτορα.

267. Ὄνυξι χαμψηλοῖσι δ' αἱμάσσων δέμας] Hæc aquilæ propria videntur, cui Achillem comparavit; aquila enim ὄνυξιν ἄλκιμος eſt. Unde apud Ariſtoph. Equit. Act. II. Sc II. Cleon furore commotus in Allantopolam, ait,

Ἐξαρπάσομαί σε τοῖς ὄνυξι τὰντερα.

Ad quod Scholiaſtes vetus, Ἐξαρπάσομαί σε· ἐξοίσω, διασπαράξω τοῖς ὄνυξι. Et paullo poſt, Ὁ δὲ ἀετὸς τοῖς ὄνυξιν ἄλκιμος. Obſervandus porro heic Theſſalorum mos, apud quos obtinuit, ut amicorum interfectores circa defunctorum ſepulcra traherent; quod ex Callimacho obſervavit vetus Homeri Scholiaſtes, Iliad. χ'. 398. Ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν, ὅτι πάτριόν ἐστι Θετταλοῖς, τοὺς τῶν φιλτάτων φονέας σύρειν περὶ τοὺς τῶν φονευθέντων τάφους· Σίμωνα γάρ φησι Θεσσαλὸν τὸ γένος Εὐρυδάμαντα τὸν Μειδίου σύρειν ἀποκτείναντα Θρασύλον, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἅψαντά τι τοῦ νεκροῦ προτέρου· τοῦτον γὰρ ἐξάψαι τὸν δίφρον τὸν φονέα, καὶ περὶ τὸν τοῦ τετελευτηκότος τάφον ἕλκειν. ὡς Θεσσαλὸν ὄντα καὶ τὸν Ἀχιλλέα πατρίῳ ἔθει καὶ τοῦτο ποιῆσαι.

274. Νύμφαισιν] i. e. Muſis: quò reſpexit Euſtathius in Odyſſ. ρ'. Λέγονται δέ φασι καὶ Μοῦσαι, Διονύσου Τροφοί· νύμφαι τινὲς οὖσαι καὶ αὐταί, ὡς καὶ παρὰ Λυκόφρονι εὕρηται.

281. Οἷον κίον' ἄϊστώσεις &c.] Cur Hectorem κίονα appellat, ſequentia verba indicant; quod, nempe, ſit ἔρεισμα πάτρας, i. e. patriam fulciat, atque ſuſtentet, huic ſimilis ille Senecæ locus, Troad. v. 122.

Columen patriæ, mora fatorum,
Tu præſidium Phrygibus feſſis,
Tu murus eras; humeriſque tuis
Stetit illa decem fulta per annos;
Tecum cecidit; ſummuſque dies
Hectoris idem, patriæque fuit.

Unde Hectoris filio nomen erat Aſtyanacti, quod pater ejus eſſet ἄστεος ἄναξ, i. e. urbis ſervator; nam ἄναξ idem eſt ac σωτὴρ, unde Poeta,

Τοὺς γὰρ θεοὺς ἄνακτας καὶ σωτῆρας καλοῦμεν.

Teſtem hac in re habemus Homerum, Iliad. ζ'.

Τόν ῥ' Ἕκτωρ καλέεσκε Σκαμάνδριον, αὐτὰρ οἱ ἄλλοι
Ἀστυάνακτ'· οἶος γὰρ ἐρύετο Ἴλιον Ἕκτωρ.

Unde corrigendus eſt Meurſius, qui Hectora *columnam* dici putat, quod eſſet filius, mares enim *columnæ domus* appellari ſolent; ſed hoc Hectori cum multis commune erat, nec Priami ſolum filiis, ſed toti etiam virorum populo tribui potuit; viri enim dici amant patriæ fulcra & columnæ: Æſchylus Perſis,

Ἀνδρῶν γὰρ ὄντων, ἕρκος ἐστὶν ἀσφαλές.

Ubi Scholiaſtes, Ἕρκος· Ἀλκαῖος,

Ἄνδρες γὰρ πόλεως πύργος ἀρεύιος.

Quod

Quod autem de Hectore loquitur Poeta, laus eſt ipſi peculiaris, & cum nullo alio communicanda.

284. Δωρεὺς] Heſychii locum non poſſum prǽterire, etſi non huc ſpectet: Δῶρον (inquit) παλαιςής, μέτρον. Lege παλαιςή, vel παλαιςῆς μέτρον. Δῶρον enim menſura erat, παλαιςὴ dicta, ut ex Grammaticis notum.

290. Σταυροῖσι κορωνὶς πτέρυξ] Explicationis loco eſſe poſſunt Euſtathii verba, Il. ν'. p. 567. Εἰσὶ δὲ σκόλοπες, ὀρθὰ ξύλα, ὧν ἀποξυσμένων, ἡ κατὰ γραμμὴν εὐθεῖαν ςάσις ἔοικεν ὑπλωμένη πτέρυγι. διὸ καὶ Σταυροῖσι κορωνίδα πτέρυγα, τὴν τούτων ἔκθεσιν ἔφη τις. λέγονται δὲ οἱ τοιοῦτοι σκόλοπες, καὶ ςαυροὶ, παρὰ τὸ ἱςᾶσθαι κατ' ὄρθον, ἢ παρὰ τὸ ἀνίςασθαι εἰς ἀέρα ἠρμένους.

291. Γεῖσα] Hunc locum explicavit Etymologici Auctor, Γεῖσα, δεῖ γινώσκειν ὅτι πληθυντικῶς οὐδετέρως λέγεται· οἷον,

Οὐ γεῖσα χραισμήσουσιν, οὐδ' ἐπάλξεις,

Λυκόφρων. σημαίνει δὲ πᾶν ἐξέχον μέρος, καὶ τὰ περὶ τῶν θυρῶν ςεγάσματα, καὶ τὸ καλύμματον τοῦ περιπτέρου, τὸ ἄκρον τῆς ὀροφῆς· παρὰ τὸ γάω γεῖα καὶ γεῖσα κατὰ συναίρεσιν.

296. Κυβιςῆρες] Κυβιςὴς eum denotat, qui præcipitem in κύμβην, i. e. caput, ſe impellit Euſtathius, Κυβιςὴς, ὁ ἐπὶ κύμβην, ὅ ἐςι κεφαλὴν, ἢ κατὰ κύβον καταβάλλων ἑαυτὸν, καὶ ὁ ὀρχηςής. Hinc de morientibus in bello dicitur, qui proni in terram cadunt. Homerus de quodam vulneribus oppreſſo, & è curru cadente, Il. π'. 749.

——— ἐν πεδίῳ ἐξ ἵππων ῥεῖα κυβιςᾷ.

Similiter Euripides Phœniſſ. 1158.

Πυκνὰς κυβιςῆρας ἐκπεπτωκότας.

Et Æſchylus eadem metaphora uſus eſt, cum morientis caſum, *ſaltum* appellavit, in Perſis,

Χῶ χιλιάρχος Δαδάκης πληγῇ δορὸς

Πήδημα κοῦφον ἐκ νεὼς ἀφήλατο.

298. Πρωτόλεια δ' Ἑλλάδος λαχεῖν φέροντας] i. e. Optumates, quibus in prædæ diviſione, ſecundum cujuſque dignitatem, prior optio dabatur. Qua ratione Agamemnon, ut ſummus dux, priore loco Chryſeida elegit, Achilles deinceps Briſeida, & alii alia. Unde Achilles Agamemnoni ait, Il. α'. 167.

Σοὶ τὸ γέρας πολὺ μεῖζον. ———

300. Κατεξανοῦν] i. e. conterent, metaphora ducta ab iis, qui lanam carminant, & particulatim dividunt. Similiter Æſchylus, Agamemnone 205.

——— κατέξανον ἀνδρας Ἀργείων.

305. Πημάτων ὕψιςον] Ab Æſchylo ſumta eſt hæc phraſis; nam in Perſis ait,

Αἶ, αἶ, κακῶν ὕψιςα δὴ κλύω τάδε.

Et idem rurſus in eadem Tragœdia dixit, κακῶν ὕψιςα παθεῖν.

309. Πυρφόρῳ βαλὼν Ἴυγγι τέξων] Πυρφόρῳ dixit ex communi more loquendi, quo amor, tamquam calidus affectus, igni comparari ſolet: qua de re elegans eſt apud Ovidium locus, Metamorph. III.

—— *ut intabeſcere flavæ*
Igne levi ceræ matutinæque pruinæ
Sole tepente ſolent: ſic attenuatus amore
Liquitur, & tecto paullatim carpitur igni.

De Iynge variæ ſunt ſententiæ; quidam tradunt nihil aliud eſſe, quam inſtrumentum muſicum jucunde ſonans, hominumque animos demulcens: alii avem eſſe dicunt, quæ olim fœmina, atque Panis & Pithus, vel Echus filia erat, ſed cum Jovem ad ſus amorem pelliceret, in volucrem cognominem à Junone mutata eſt: hane avem alii torquillam eſſe volunt, alii regulum, alii paſſerem, alii frutillam, Frutis autem dicta eſt Venus, cui hæc avis ſacra, quæ etiam in philtris maximi erat uſus: unde pro incantatione magica, vel etiam lenocinio quocumque uſurpari amat. Hine illud Theocriti,

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.

Vide quæ ad hunc locum Scholiaſtes. Pindarus etiam dixit, Ἴυγγι ἕλκομαι ἦτορ. Idem tradit Ἴυγγα & incantationum uſum à Venere primo ioventum eſſe, & Jaſoni monſtratum, ut Medeam in ſui amorem pelliceret; Pyth. Od. IV.

Μαινάδ' ὄρνιν Κυπρογένεια φέρεν
Πρῶτον ἀνθρώποισι, λιτάς τ' ἐπαοιδὰς ἐκδιδάσκησεν σοφὸν Αἰσονίδαν
Ὄφρα Μηδείας τοκέων ἀφέλοιτ' αἰδῶ, &c.

In qua Ode Scholiaſtes Ἴυγγα copioſe deſcripſit. Et Xenophon, Οὐκ ἄνευ πολλῶν φίλτρων τε, καὶ ἐπῳδῶν, καὶ ἴυγγων. Exempla ubique occurrunt; & Grammaticorum teſtimonia & explicationes ſatis multa: quamobrem ea libet præterire, & Suidæ duntaxat verba adponere; Ἴυγξ. Ηχοῦς, ἢ Πειθοῦς, θυγάτηρ Ιερονίκου καὶ Αφροδίτης (lege Πειθοῦς θυγάτηρ, καὶ ἱερὰ τῆς Αφροδ.) καταφαρμάττουσα δὲ τὸν Δία ἐπὶ τοιούτοις (malim ἐπὶ τῇ Ἰοῦ) ἀπελιθώθη ὑπὸ Ηρας. καλεῖται δὲ ὑπ' ἐνίων κιναίδιον (N. quod ambigue ſcribitur hæc vox apud Heſychium, malim tamen κιναίδιον, ut idem ſit quod σεισοπυγίς) ἔςι δὲ καὶ ὀργάνιόν τι ἴυγξ καλούμενον, ὅπερ εἰώθασιν αἱ φαρμακίδες ςρέφειν, ὡς καταχηλούμεναι τοὺς ἀγαπωμένους. ἔςι δὲ καὶ ὄρνιόν τι, ᾧ προσέοικεν τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχειν, ὅθεν δεσμεύουσι τοῖς τροχίσκοις. Porro hic mos alligandi hane avem rotæ ita ſe habet: veneficæ eam, vel ejus viſcera rotæ cereæ affigentes ſubjectis carbonibus torrebant, atque ita quem volebant, amore urebant. Alii linguam ejus in philtris pretioſam eſſe traduot. Addit porro Suidas, Ἴυγξ, τὸ ὄρνεον τὸ λεγόμενον σεισοπυγίς. Ἴυγξ, τὸ ἐφέλκον τὴν διάνοιαν εἰς ἐπιθυμίαν καὶ ἔρωτα· ἐν ἐπιγράμματι· Ἴυγξ, ἡ κινοῦς ὁ καὶ διαπόντιον ἄνδρα καὶ ἐκ θαλάμων παῖδας ἐπισπωμένη. Pergit deinde alia exempla proponere. Cæterum Epigramma illud ſic emendo ex Biſeti Scholiis in Ariſtophanem,

Ἴυγξ, ἃ κινεῖς, ἃ καὶ διαπόντιον ἄνδρα
Ἕλκεις, κ' ἐκ θαλάμων παῖδας ἐπισπωμένη.

Porro ἴυγγι τέξων dicit Lycophron, alluſione ſumta à Cupidinis arcu & telis, quæ vel pueris nota.

318. Ἀτὴν ςεναγμάτων] i. e. ἄτην ἐςεναγμένην. Similiter Ariſtoteles Polit. lib. III. Οἱ κύριοι τῆς δυνάμεως, pro κύριοι μεγάλης δυνάμεως. Refelluntur hinc, qui has, & ſimiles locutiones Novi Teſtamenti Hebræiſmos vocant: Tit. II. v. 13. ἐπιφάνειαν τῆς δόξης, i. e. ἐνδοξοτάτην. 2 Theſſ. II. 3. ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, i. e. λίαν ἁμαρτωλός. Evang. Johan. XVIII. 6. κριτὴς τῆς ἀδικίας, i. e. ἄδικος, vel ἀδικώτατος, nam hæc conſtructionis mutatio plerumque

rumque ſignificationem auget. Et alia id genus occurrunt innumera.

322. Δρόσῳ] Ros à Veteribus pro aqua, & humore uſurpari ſolet. Ovidius Metam. III.

Virgineos artus liquido perfundere rore.

Ibidem,

——— *multaque adſpergine rorant.*

Et Metam. V.

——— *èque capillis*

Ros cadit. ———

Similiter Lucanus dixit *Sanguinis rorem*, pro ipſo ſanguine; Horatius *Maris rorem*, pro aqua marina; Lucretius *Rorem aquæ*, pro aqua; & Ovidius *Lacrymarum rorem*, pro lacrymis, Metam. XIV.

Interdum madidas lacrymarum rore coronas

Poſtibus intendit. ———

Et Metam. X.

——— *tepido ſuffundit lumina rore.*

i. e. calidis lacrymis.

326. Ποιμανδρίαν] Pœmandria Bœotiæ erat urbs, eadem cum Tanagra, narrante Scholiaſte, & Strabo docet regionem Tanagræam, Pœmandricam dictam eſſe, Geogr. lib. IX. Ἡ Ποιμανδρὶς δ' ἐστὶν ἡ αὐτὴ Ταναγρικῇ. Tanagra enim à Pœmandro condita fuit, ut refert Pauſanias Bœoticis, Ταναγραῖοι δὲ οἰκιστήν σφισι Ποίμανδρον γενέσθαι λέγουσι &c. Unde pro Tanagra hoc in loco ſumi Ποιμανδρίαν docet Stephanus, Τάναγρα, πόλις Βοιωτίας, ἣν Ὅμηρος Γραῖαν καλεῖ, διὰ τὸ πλησίον εἶ)· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ποιμανδρία Λυκόφρων,

Ἣν ἐς βαθεῖαν λαιμόσας Ποιμανδρίαν.

Item Euſtathius, Il. β'. p. 301. Ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Γραῖα, ὅτε καὶ ἡ Τάναγρα, καὶ Ποιμανδρία, ὡς κεῖται παρὰ Λυκόφρονι. Ita placet his Auctoribus: ſed refellitur eorum ſententia, non modo quia Iphigenia in Aulide Bœotiæ, non Tanagra, mactata eſt; ſed quia ipſa verba, & loquendi modus videntur potius ſignare vas, in quo excipiebatur victimæ ſanguis, de quo videatur Canterus.

327. Δράκων] i. e. Neoptolemus; quo nomine Euripides etiam Oreſtem vocavit in Tragœdia cognomine, v. 480.

Ὁ μητροφόντης ὅδε πρὸ δωμάτων δράκων.

Neoptolemus autem Iphigeniam mactavit: Euripides in Hecuba de hoc ſacrificio loquens,

——— θύματος δ' ἐπιστάτης

Ἱερεύς τ' ἐπέστη παῖς Ἀχιλλέως.

Item in Seneca Achillis umbra illam à Neoptolemo jubet mactari, Troad. v. 190.

—— *Non parvo luit*

Iras Achillis Græcia; at magno luet

Deſponſa noſtris cineribus Polyxena;

Pyrrhi manu mactetur, & tumulum riget.

331. Δολόγκων δυσμόλευτον ἀλένη] Dolonci erant Thraciæ populi, dicti à Doloneo, Saturni & Thraces filio, Bithyni autem fratre: ut docent Phavorinus, & Stephanus. Eos Cherſoneſum Thracium habitaſſe docet Herodotus, lib. VI. cap. XXXIV. Εἶχον Δόλογκοι ϑ' ἀρχὴν ἢ Χερσονήσου ταύτην. Alii Dolongos, alii Doloncas alii Dolonchos vocant; ſed prior ſcribendi formula genuina videtur. Nota porro Lycophronem dicere Hecubam à Thracibus lapidatam, canis formam ſumſiſſe; addit Ovidius, cauſam iſtius pœnæ fuiſſe Polymneſtoris calamitatem, quem Hecuba & mulieres Trojanæ ob interfectum Polydorum occæcarunt, cum prius ejus liberos trucidaſſent, Metam. XIII. ſub finem Fabulæ ſecundæ. Nec hi Euripidi adverſantur, apud quem Polymneſtor hoc infortunium Hecubæ prædicit, in cognomine Dramate, v. 1265.

Κύων γενήσῃ, πύρσ' ἔχουσα δέργματα.

Alii vero à Græcis obrutam lapidibus Hecubam volunt; idque nonnulli ſub Trojæ ruinis factum, & eam ibi in canem transformatam memorant. Seneca Agam. v. 699.

Tot illa regum mater, & regimen Phrygum,

Fœcunda in ignes Hecuba, fatorum novas

Experta leges, induit vultus feros;

Circa ruinas rabida latravit ſuas,

Trojæ ſuperſtes, Hectori, Priamo, ſibi.

Euripidis Scholiaſtes tradit Græcos, poſtquam Hecubam lapidaſſent, ablatis demum lapidibus, canem inveniſſe; Λέγουσιν, ὅτι οἱ Ἕλληνες καθαιρόμενοι πάντοτε καὶ ὑβριζόμενοι ὑπὸ τῆς Ἑκάβης, θυμωθέντες ἔξ... ταύτην, ἀναβιβάζοντες ὑπὸ τοῦ ἱστοῦ τῆς νεὼς, καὶ λιθοβολήσαντες ἐκείνην, ὕστερον τοὺς λίθους ἀπὸ ταύτης βαλόντες, εὗρον σκύλλαν.

333. Κυνὸς χερμάδων] i. e. pallium lapidum; quæ tranſlatio ex Homero deſumta eſt, qui in re ſimili dixit λάϊνον χιτῶνα, quoniam qui lapidantur, lapidibus, tunicæ inſtar, teguntur: Il. γ'. ubi Hector Paridi ait,

Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα κακῶν ἕνεχ' ὅσσα ἔοργας.

334. Μαίρας &c.] Mæra erat Icarii & Erigones canicula, quam in cœlum tranſlatam, & in caniculam ſtellam converſam fabulantur. Orion etiam canem habuit, Mæram dictam. Erat & altera Mæra, Prœti & Antiæ filia; quæ, cum venationi eſſet dedita, & Dianam per nemora ſequeretur, à Jove adamata eſt; hic, cum nulla ratione caſtiſſimam puellam ad ſui amorem pellicere poſſet, ad dolum confugit, & aſſumta Dianæ forma, Mæræ vim intulit: quamobrem cum Dianæ conſortium poſtea fugeret, nec vocanti parere vellet, Dea quid factum eſſet ſuſpicata, telis eam confodit, & poſtea miſeratione commota, in canem mutavit.

335. Τύμβον] i. e. aram, licet hæc vox proprie ſepulcrum ſignificet; & rurſus Poeta noſter pro ara, vel templo poſuit, v. 613.

——— τύμβος δ' αὐτὸν ἐκσώσει μόρου

Ὁπλοσμίας σφαγαῖσιν ᾐκισμένον.

Simili ſenſu nonnullis videtur Virgilius *tumulum* dixiſſe, Æneid. II. 741.

—— *tumulum antiquæ Cereris, ſedemque ſacratam*

Venimus. ———

Et nihil mirum ſi ſepulcra de templis, ariſque dicantur, cum hæc initio nihil aliud fuerint, quam mortuorum conditoria; quibus cum amici varios honores ſolverent, libationes etiam funderent; factum, ut defuncti pro Diis, ſepulcra pro aris, vel, ſi magnifice extructa, & ſplendide ornata eſſent, pro templis haberentur. Lilius Gyraldus, *Porro plerique ex ſepulcris initium*

tium templa ſumſiſſe arbitrati ſunt, & fuit uſque adeo ſepulcrorum antiquis cura, ut non aliunde templorum, & ſacrarum ædium originem deductam diligentiſſimi Scriptores tradant, Euſebius, & Lactantius. Eadem fuiſſe ſtatuarum, & imaginum origo putatur: Lactantius de Orig. Error. lib. II. cap. II. *Quid ſibi templa, quid aræ volunt? quid denique ipſa ſimulacra, quæ aut mortuorum, aut abſentium monimenta ſunt? Nam omnino fingendarum ſimilitudinum ratio ideirco ab hominibus inventa eſt, ut poſſet eorum memoria retineri, qui vel morte abſtracti, vel abſentia fuerant ſeparati.* Cui etiam rei fidem faciunt ſepulcra antiqua heroum, quæ in Deorum templis reperta ſunt; de quibus celebris eſt Clementis Alexandrini locus, Protrept. p. 29. Edit. Pariſ. Αγάλματα ἀνιςῶσι, καὶ νεὼς οἰκοδομῦσι, οὓς δὴ, οὐδὲ γὰρ τούτους σιωπήσομαι, περὶ δὲ καὶ αὐτοὺς φανερῶς ἐξελέγξω, νεὼς μὲν εὐφήμως ὀνομαζομένους, τάφους δὲ γεγενημένους, τουτέςι τοὺς τάφους νεὼς ἐπικεκλημένους. Ημεῖς (lege ὑμεῖς) δὲ ἀλλὰ κἂν νῦν δεισιδαιμονίας ἐκλάθεσθε, τοὺς τάφους τιμᾷν αἰσχυνόμενοι. ἐν τῷ νεῷ τῆς Αθηνᾶς ἐν Λαρίσσῃ, ἐν τῇ ἀκροπόλει, τάφος ἐςὶν Ακρισίου· Αθήνησι δὲ ἐν ἀκροπόλει, Κέκροπος, ὥς φησιν Αντίοχος ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν ἱςοριῶν. τί δαὶ Ερεχθόνιος; οὐχὶ ἐν τῷ νεῷ τῆς Πολιάδος κεκήδευται; Ιμμαρος δὲ, ὁ Εὐμόλπου καὶ Δαείρας, οὐχὶ ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ Ελευσινίου, τοῦ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει; αἱ δὲ Κελεοῦ θυγατέρες, οὐχὶ ἐν Ελευσῖνι τεθάφαται; pluribus deinde aliis enumeratis, ſubjungit, ἀλλὰ γὰρ ἐπιλείπει μοι τοὺς προσκυνουμένους ὑμῖν τάφους, ἐμοὶ μὲν ἐπιὸν ὁ πᾶς ἂν ἀρκέσαι χρόνος. Eandem etiam aſylorum originem tradunt nonnulli, quæ initio nihil fuerunt aliud, quam defunctorum ſtatuæ, aut ſepulcra: quæ cum amici ſummo in honore haberent, ad eorum reverentiam, & ſanctitatem augendam, conceſſerunt ſervis delinquentibus, & illic confugientibus, veniam & impunitatem.

Ibid. Αγαμέμνονος] i. e. Jovis, qui eo nomine Spartæ colebatur, ut infra dicit Caſſandra, v. 1123.

Εμος δ' ἀκοίτης, δμωΐδος νύμφης ἄναξ,
Ζεὺς Σπαρτιάταις αἱμύλοις κληθήσεται,
Τιμὰς μεγίςας Οἰβάλου τέκνοις λαχών.

Solebant enim priſci mortales Principum & hominum clarorum nomina Diis attribuere, unde Jovis Beli, & Hammonis, Neptuni Erecthei, Veneris Arſinoes, Minervæ Aglauri, &c. frequentem habemus mentionem. Minus placet igitur Euſtathii ratio, qua Agamemnon dicitur Jupiter, quod uterque apud Homerum idem *late-imperantis* epitheton habeat, Il. ζ. p. 127. Ισέον δὲ, (inquit) ὅτι πάντως εὐρυκρείων, ᾧ λαοὶ ἐπιτετράφαται· καὶ ὅτι δοκεῖ τιμᾶσθαι παρὰ Λάκωσι Ζεὺς Αγαμέμνων ἐπιθετικῶς ἴσως, ὡς ὁ Λυκόφρων λαλεῖ· Αγαμέμνων τε γὰρ εὐρυκρείων, καὶ Ζεὺς εὐρυμέδων. εἰ δὲ ταὐτὸν εὐρυκρείων καὶ εὐρυμέδων, λέγοιτ' ἂν διὰ τοῦτο διθυραμβικώτερον καὶ Αγαμέμνων Ζεὺς, καθότι καὶ εὐρυκρείων. Hinc audaci metaphora, vel dithyrambo potius, Metrodorus ætherem vocavit Αγαμέμνονα, ex eo quod Jupiter pro æthere ſumi ſoleat. Heſychius, Αγαμέμνονα, τὸν αἰθέρα Μητρόδωρος εἶπεν ἀλληγορικῶς. Porro non ad Agamemnonis, ſed Hercei Jovis aram occiſum Priamum ſciunt omnes: ſed condonanda eſt Lycophroni (ut prius dictum) in hujuſmodi poemate epithetorum, & cognominum confuſio; præſertim cum nec eam refugerint optimæ notæ Auctores. Unum tantum exemplum ex Virgilio proferam, Æneid. III. 360. ubi Æneas Heleno ait,

Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſidera ſentis.

Ubi *Clarium* pro quovis alio Apolline ſumi certum eſt: nam Clarius Apollo Heleno prorſus fuit incognitus; Helenus enim Trojanus erat, Clarus autem, in qua Apollo Clarius colebatur, urbs Ioniæ, prope Colophonem.

336. Πηγῷ πλόκῳ] i. e. canis capillis; nam πηγὸς eſt albus: Callimachi Scholiaſtes, Πηγὸς, λευκός. Etſi alibi ſæpe ſignificet nigrum, & pinguem, ut tradunt Grammatici. Huc reſpexit Euſtathius, Iliad. γ'. p. 306. Πηγεσιμάλλῳ, ἀντὶ τοῦ μελανομάλλῳ· οἱ δὲ πηγεσίμαλλον, τὸν λευκόμαλλόν φασιν· ὡς καὶ τοῦ Λυκόφρονος πλόκαμον πηγὸν εἰπόντος τὴν λευκὴν, πολιάν. His conſentanea dicit Heſychius, Πηγεσιμάλλῳ, εὐπαγεῖς καὶ εὐτραφεῖς ἔχοντι μαλλούς. πηγὸν γὰρ τὸ εὐτραφές· τινὲς δὲ λευκὸν τὸ πηγὸν, οἱ δὲ μέλαν.

337. Ο πρὶς καλύπτρης &c.] Nota eſt hæc fabula, & ex quovis Mythologiæ Scriptore haurienda, ſed nihilo minus Euſtathii verba, quia hic locus in illis laudatur, & explicatur, proferam ex Iliad. α'. Πρίαμος παρὰ τὸ πριάσθαι λέγεται, ἱςορεῖ καὶ Λυκόφρων· ὅτι γὰρ ἡ Τροία ἑάλω ὑφ' Ηρακλέους, πριαμένη αὐτὸν Ησιόνη ἡ ἀδελφὴ καλύπτρας γυναικείας, αὐτὴ μὲν ἀπῆλθεν, αἰχμάλωτος ὑπὸ Τελαμῶνι οὖσα· τὸν δ' ἀδελφὸν ἀφῆκε ζώπυρον γένους ἐκεῖ, ἔχοντα ἐπ' ὀνόματος τὸ τῆς πράσεως ὄνειδος· ἐξ οὗ καὶ μετωνομάσθη Πρίαμος, Ποδάρκης πρότερον καλούμενος.

346. Λεύκοφρυν] Leucophrys olim dicta Tenedos, inſula Trojæ oppoſita. Heſychius, Λεύκοφρυς, ἡ Τένεδος τὸ πάλαι. Strabo lib XIII. Καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Τένεδον, Καλύδναν τινὲς εἶπον, ἄλλοι δὲ Λεύκοφρυν. Quod nomen datum fuiſſe ab albis promontoriis, quæ habet mari imminentia, tradit Euſtathius, p. 233. Καὶ ὀφρῦς δέ τινες λέγονται, ὀρειναί τινες ἐξοχαί. ὅθεν καὶ ἡ Τένεδος, Λεύκοφρυς ἐκλήθη ποτὲ, ὡς καὶ αὐτὴ, κατὰ τὸν Ασκληνὸν Λευκίτας, λευκὰς ὀφρύας ἔχουσα, ἤτοι ἐπαναςάσεις τινὰς τραχείας, περὶ τὸν αἰγιαλόν.

350. Τεράμνων.] Τέραμνον, ἡ τοῦ οἴκου ςέγη, καθὰ καὶ ἄλλως καὶ ὁ Λυκόφρων δηλοῖ, inquit Euſtathius in Odyſſ. ψ'. Cæterum Turris, in qua cuſtodita erat Caſſandra, non eſt putanda tecto, aut lacunari caruiſſe, nec enim ſub dio commorabatur: ſed lacunar operoſum, qualia erant in veteribus ædificiis, hic intelligendum eſt.

351. Αλιβδύσασα] Metaphora eſt in hac voce, ſumta à mergentibus ſe, & abſcondentibus corpora in mari: cæterum ulterioris explicationis loco, Etymologicographi verba apponam; Αλιδύειν, τὸ καταδύειν εἰς θάλασσαν· μεταφορικῶς δὲ, τὸ κρύπτειν καὶ ἀφανίζειν· παρὰ τὴν ἅλα καὶ τὸ δύειν Αἰολικῷ πλεονασμῷ τοῦ β, ὡς εἴδη εἴβδη, ἀλιδύειν ἀλιβδύειν. Λυκόφρων,

Εἱρκτῆς ἀλιβδύσασα λυγαίας δέμας.

Cui etymologiæ favet etiam Euſtathius in Odyſſ. γ'. Ωνομάζετο τὸ τοιοῦτον (φαῦλον) νόμισμα κίβδηλον Ιωνικώτερον, ὡς εἰονεὶ χίβδηλον, ὅ ἐςι δηλούμενον διὰ τοῦ χ, πλεονάζοντος τοῦ β διὰ φωνῆς ὄγκον, ὡς καὶ ἐν τῷ

ἀλλοδίσασα περὶ Λυκόφρονι, καὶ ἐν ἑτέροις πολλοῖς.

353. Λίκνον ἐκβαλοῦσα δημνίων] Λίκνον & δέμνιον ſunt voces ejuſdem ſignificationis; ſolent enim Poetæ uti vocibus æquivalentibus, quæ ſolis litteris diſtinguuntur, vires autem habent eaſdem; quas παραλλήλας vocant, & figuram hanc σχῆμα ἐκ παραλλήλου, ut loqui amant Grammaticorum filii. Ariſtophanis Scholiaſtes in Veſpis, Ἔθος τοῖς ποιηταῖς παραλλήλαις λέξεσιν ἰσοδυναμούσαις χρῆσθαι. Euſtathius latius hanc rem pertractavit, & exemplis illuſtravit, Il. α΄. Ἔστι δὲ σχῆμα ἐκ παραλλήλου, ὅτε δύο λέξεις ὁμοῦ κεῖνται παράλληλοι, προφορᾷ μόνῃ διαφέρουσαι, σημαίνουσαι δὲ τὸ αὐτὸ· οἷον, Θάνατόν τε, μόρον τε, ταυτὸν γὰρ αἱ λέξεις ἄμφω δηλοῦσι. καὶ, Βάσκ᾽ ἴθι, ἀντὶ τοῦ, πορεύθητι, ἄπελθε. καὶ, Πεδίοισιν δ᾽ αὖτ᾽ λαῶν τε, πόλεμόν τε. καὶ, Ῥινῶν τε, βοῶν τ᾽ εὐποιητάων, ῥινὸς γὰρ ἐνταῦθα καὶ βοὸς ταυτὸν δηλοῦσιν. ὅμοιον καὶ τὸ, Πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι. καὶ τὸ, λίαν πάνυ. καὶ τὸ, τυχὸν ἴσως. καὶ ὅσα τοιαῦτα. Lycophron etiam poſtea dicet ἀσκέρας εὐμαρίδας, quæ duæ voces *calceamenta* denotant; v. 885.

Καὶ τὰς δάμαρτος ἀσκέρας εὐμαρίδας.

Eadem figura ſæpe uſum invenimus Sophoclem, ut cum dixit ἀρωγοὺς ξυμμάχους, Oedip. Colon. v. 1009.

——— καὶ καλοῦσ᾽ ἱκνουμένη λιταῖς
Ἐλθεῖν ἀρωγοὺς ξυμμάχους. ———

Et in Ajace dixit αὖθις πάλιν, v. 306.

Κἄπειτ᾽ ἐναΐξας αὖθις ἐς δόμους πάλιν.

Et in Philoctete, v. 340.

——— τὸ σὸν φράσον
Αὖθις πάλιν μοι πρᾶγμα. ———

Geminum eſt illud Æſchyli, initio Χοηφόρων, ubi dixit κλύειν ἀκοῦσαι,

Τύμβου δ᾽ ἐπ᾽ ὄχθῳ τῷδε γε κηρύσσω πατρὶ
Κλύειν ἀκοῦσαι. ———

356. Τῆς μισονύμφου Λαφρίας Πυλαιτίδος] Minervæ, vel Dianæ virginitas ſatis omnibus nota. Ea Laphria dicta eſt à Laphrio quodam Phocenſi, qui illam Calydoniis erexerat; nam apud Calydonios hoc nomine primo culta eſt, quod poſtea in alias gentes dimanavit; in Meſſenios præſertim, quo tempore ab Athenienſibus Naupactum recepere, ut tradit Pauſanias Meſſenicis: Καλυδωνίοις ἡ Ἄρτεμις (ταύτην γὰρ θεῶν μάλιστα ἔσεβον) ἐπίκλησιν εἶχε Λαφρία· Μεσσηνίων δὲ οἱ λαβόντες Ναύπακτον παρὰ Ἀθηναίων, (τηνικαῦτα γὰρ Αἰτωλίας ἐγγύτατα ᾤκουν) παρὰ Καλυδωνίων ἔλαβον. τὸ μὲν δὴ τῆς Λαφρίας ἀφίκετο ὄνομα ἔς τε Μεσσηνίους, καὶ εἰς Πατρεῖς Ἀχαιῶν μόνους. Idem Auctor in Achaicis tradit, hoc Deæ cognomen à Patrenſibus receptum eſſe tempore Auguſti Cæſaris, qui, devaſtata Ætolia, hujus Deæ ſimulacrum apud Patrenſes depoſuit: verba ejus hæc ſunt; Πατρεῦσι δὲ ἐν ἄκρᾳ τῇ πόλει Λαφρίας ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος· ξενικὸν μὲν τῇ θεῷ τὸ ὄνομα, ἐσηγμένον δὲ ἑτέρωθεν καὶ τὸ ἄγαλμα. Καλυδῶνος γὰρ καὶ Αἰτωλίας τῆς ἄλλης ὑπὸ Αὐγούστου βασιλέως ἐρημωθείσης, διὰ τὸ ἐς τὴν Νικόπολιν τὴν ὑπὲρ τοῦ Ἀκτίου συνοικισθῆναι, καὶ τὸ Αἰτωλικὸν οὕτω τὸ ἄγαλμα τῆς Λαφρίας οἱ Πατρεῖς ἔσχον &c. Paullo poſt, duas hujus cognominis rationes reddit; primam, quam Nos antea dedimus: ſecunda eſt ab ἐλαφρὸς; quod Dianæ ira ſingulis annis *levior* fieret in Oeneum, Calydoniæ regem, qui ſacra faciens cæteris Diis, hanc Deam poſthabuit, & neglexit: verba ejus hæc ſunt; Γενέσθαι δὲ ἐπίκλησιν τῇ θεῷ Λαφρίαν ὑπὸ ἀνδρὸς Φωκέως φασί· Λάφριον γὰρ τὸν Κασταλίου τοῦ Δελφοῦ Καλυδωνίοις ἱδρύσασθαι τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀρτέμιδος τὸ ἀρχαῖον. οἱ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος τὸ μήνιμα τὸ εἰς Οἰνέα ἀνὰ χρόνον τοῖς Καλυδωνίοις ἐλαφρότερον γενέσθαι λέγουσι, καὶ αἰτίαν τῇ θεῷ τῆς ἐπικλήσεως ἐθέλουσιν εἶναι ταύτην. Pergit deinde ejus ſimulacra, feſta, &c. pluribus deſcribere. Alii porro tertiam rationem addunt, & dictam volunt Λαφρίαν, q. λαφυρίαν, quia belli Dea eſt, & ejus ope victoria, & ſpolia reportantur; qua de cauſa ἀγελείαν ipſam vocavit Homerus, παρὰ τὸ ἄγειν τὴν λείαν· Iliad. ε΄.

Ἀγχοῦ μὲν, οἱ ἔπορεν Ἀθηναίη ἀγελείη.

Et Iliad. δ΄.

——— προσέειπε δὲ Διὸς θυγάτηρ ἀγελείη.

Eandem ob rationem ληΐτιν dixit, Iliad. κ΄.

Καὶ τά γ᾽ Ἀθηναίῃ ληΐτιδι δῖος Ὀδυσσεύς.

Ibid. Πυλαίτιδος] Minerva Πυλαῖτις dicta eſt, quoniam ejus effigies in urbium portis, ædiumque foribus poni ſolebat: nam Minervam in portis, Martem in ſuburbiis collocabant; innuentes, intra conſilio, foris armis tuendam eſſe urbem. Eadem πολιοῦχος, πολιάς, &c. dicta eſt, & alia ejuſmodi cognomina habuit, quod urbium eſſet præſes, eaſque à vi, & inſidiis hoſtium defenderet; quæ res notior eſt, quam ut exemplis confirmari debeat. Hinc apud Æſchylum invocata eſt, ut urbem tueretur, in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, v. 170.

Ἔν μάχαισί τε μάκαιρ-
α τ᾽ ἄνασσ᾽ Ὄγκα πρὸ πόλεως
Ἑπτάπυλον ἕδος ἐπιρρύου.

Quem locum ita explicavit Scholiaſtes, Ὦ Ὄγκα Ἀθηνᾶ, ἡ πρὸ τῆς πόλεως, ἤτοι ἡ οὖσα ἐξωγραφημένη πρὸ τῆς πόλεως, ἤγουν ἔμπροσθεν, ῥῦσαι τὸν ἑπτάπυλον πόλιν τῶν Θηβαίων. Γίγνονται γὰρ ὅτι ἐζωγράφουν ταύτην πρὸ τῶν πυλῶν τῆς πόλεως· ἣν καὶ Λυκόφρων πυλαΐτιδα λέγει, διὰ τὸ ἄνωθεν ἵστασθαι ταύτην πρὸ τῶν πυλῶν τῆς πόλεως.

357. Τῆμος βιαίως φάσσα πρὸς τόργου] Bis in hac ſententia vocavit ſe Caſſandra columbam, nam φάσσα, & οἰνὰς duæ ſunt columbarum ſpecies; quod ideo factum putat Meurſius, quia apud Theſſalos mulieres vaticinatrices πελειάδες dictæ ſunt; quod quidem verum eſt, & ab exemplis à Meurſio allatis ſatis probatum. Huc etiam facit illud Sophoclis, Trach. v. 174.

Ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε
Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.

Quem locum Scholiaſtes vetus ſic explicavit, Τηρέαν τὴν ἐν Δωδώνῃ μαντείαν δύο ἦσαν πέλειαι, δι᾽ ὧν ἐμαντεύετο ὁ Ζεὺς, ὡς Ἀπόλλων ἀπὸ τρίποδος, καὶ οἱ μὲν οὕτω λέγουσι θεσπίζειν, οἱ δὲ οὕτω· τὰς ἱερείας γραίας οὔσας καὶ πεπολιωμένας μαντεύεσθαι· τοὺς δὲ γέροντας οἱ Μολοσσοὶ πολιοὺς ὀνομάζουσι. Ἡρόδοτος δὲ ἐν δευτέρᾳ φησὶ, Πελειάδες δέ μοι δοκέουσι κληθῆναι πρὸς Δωδωναίων αἱ γυναῖκες, διότι βάρβαροι ἦσαν, ἐδόκεον δὲ ὁμοίως ὄρνισι φθέγγεσθαι, &c. Ubi pro Μολ. πολιοὺς, repono Μολ. πελείους, nam apud Moloſſos videntur ſenes dicti fuiſſe πέλειοι quod etiam teſtatur Heſychius, Πελείους, Κῶοι καὶ Ἠπειρῶται τοὺς γέροντας. Idem teſtatur vates Dodonæas πελείας apellatas fuiſſe; Πέλειαι, περιστεραὶ, καὶ αἱ ἐν Δωδώνῃ θεσπίζουσαι μάντεις. Qua de re conſule Archæologiæ noſtræ Lib. II. cap. IX. Mihi porro non placet hæc interpretatio; veriſi-

milius

milius eſt Caſſandram ſe φάσσαν appellare, quia turtures ſunt caſtitate celebres apud naturalis Hiſtoriæ Scriptores, præſertim cum hîc de virginitate ſermo ſit: adde quod Ægyptii in Hieroglyphicis nigram columbam deſcribentes, mulierem caſtam, & poſt mariti mortem nuptias ſecundas fugientem ſignificabant; ut teſtatur Horapollo Hieroglyph. lib. II. Γυναῖκα χήραν ἐπιμείνασαν ἄχρι θανάτου θέλοντες σημῆναι, περιστερὰν μέλαιναν ζωγραφοῦσιν· αὕτη γὰρ οὐ συμμίγνυται ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἕως ὃ χηρεύει. Huc etiam facit, quod φάσσα ſit coloris cineracei, & οἰνὰς plane nigri; teſte Euſtathio, Odyſſ. μ'. p. 475. Ἱστορεῖται δὲ ζωϊκῶς, ὅτι περιστερῶν εἴδη πέντε· Οἰνὰς, μείζων περιστερᾶς, οἰνωπὸς τὸ χρῶμα. Φάψ, μέση περιστερᾶς καὶ οἰνάδος. Φάττα, μέγεθος ἀλεκτόρος, χρῶμα δὲ αὐτῷ σποδιόν. &c. Sed, ut verum fatear, non placent mihi hæ ambages, nec quærere velim ſenſum intricatum & allegoricum, cum facilis & obvius in promtu ſit; quamobrem non alia ratione Caſſandram dictam columbam, Ajacem vulturem putarim, quam quia Caſſandra ab Ajace rapta, & violata eſt, haud aliter quam columbæ præda fieri ſolent avium rapacium; unde ob majorem emphaſin, & ut oſtenderet ſuam debilitatem & impotentiam, Ajacis autem rapacitatem & violentiam augeret, ſeipſam bis appellavit columbam, nec contenta eſt illum ſimplici nomine vulturis notare, sed ἅρπην addidit, quæ avis eſt aquilæ ſimilis, ſi non ex earum genere: nec abſimilis eſt hic locus ſuperiori, ubi Paridem duplicata metaphora κίρκον & χαλαζάεσσα appellavit, v. 169. & quæ ibi adnotavimus, his verſibus lucem præbebunt.

358. Βούδειαν, Αἴθυιαν] Non placet Tzetzes, qui hæc epitheta à Minervæ ſapientia deduci vult; quæ Βούδεια dicitur, quod arationem invenerit, ὅτι τοὺς βόας ἀρότρῳ ὑπέζευξε, &c. Αἴθυια autem, quia naves prima fabricavit, & homines docuit mare tranſmittere, more αἰθυιῶν, i. e. mergorum, quæ ſunt aves marinæ. Βούδεια porro eſt à Budea, Theſſaliæ oppido. Euſtathius Il. π'. Βούδειαν λέγουσιν Ἀθηνᾶν ἐν Θετταλίᾳ. Clarius adhuc Stephanus, Βούδεια, πόλις ἐν Μαγνησίᾳ, ἀπὸ τοῦ οἰκίσαντος Βούδου. Οὕτω τιμᾶται Βούδεια ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Θετταλίᾳ, Λυκόφρων.

Ἡ πολλὰ δὴ Βούδειαν Αἴθυιαν κόρην,
Ἀρωγὸν αἰάξασα πάγχυδον γάμων.

Ad quem Stephani locum reſpexiſſe videtur Phavorinus; Βούδειον (inquit,) πόλις, φασὶ, Βοιωτικὴ, ἀπὸ Βουδείας, μητρὸς Ἐργίνου, τοῦ καὶ Πινδάρῳ προσᾳδομένου. Ἄλλος δέ τις Βούδειαν ἱστορεῖ πόλιν ἐν Μαγνησίᾳ, τῇ κατ' Εὐρώπην, ἀπὸ τοῦ οἰκήσαντος (lege ex Stephano οἰκίσαντος) Βουδείου, καὶ Βουδείαν λέγων Ἀθηνᾶν ἐν Θετταλίᾳ, εἰς ὃ καὶ παραφέρει τὸν Λυκόφρονα μάρτυρα. Minerva Αἴθυια dicitur, ab αἴθω ſplendeo, ut exiſtimavit Euſtathius, Odyſſ. α'. Αἴθυια, ὡς εἰκὸς, παρὰ Λυκόφρονι ἡ Ἀθηνᾶ, ἡ φωσφόρος. Quod attinet porro ad Canteri rationem, qua Minerva dicitur in mergum fuiſſe converſa, apud Homerum in Odyſſ. ε'. ea prorſus falſa eſt; non enim Minerva, ſed Leucothea ſub mergi forma Ulyſſi ſe obtulit, v. 336.

Ἡ δ' Ὀδυσῆ' ἐλέησεν ἀλώμενον, ἄλγε' ἔχοντα,
Αἰθυίῃ εἰκυῖα ποτῇ ἀνεδύσατο λίμνης,
Ἷζε δ' ἐπὶ σχεδίης πολυδέσμου, εἶπέ τε μῦθον.

Porro celebrabatur Minerva Αἴθυια apud Megarenſes, quorum in regione erat locus ab ea nominatus. Pauſanias Atticis, Ἐν τῇ Μεγαρίδι ἐν Ἀθηνᾶς Αἰθυίας καλουμένῳ σκοπέλῳ. Et rurſus in eodem libro, Καὶ ὅτι μὲν ἐτάφη Πανδίων ἐν Αἰθυίας Ἀθηνᾶς καλουμένῳ σκοπέλῳ, δεδήλωκεν ὁ λόγος ἤδη μοι.

362. Γλήνας ἄνω στρέψασα] Dicit Minervam, tamquam Ajacis ſcelus abominatam, ad tecta oculos convertiſſe. Similiter infra dicet ipſam clauſiſſe oculos, cum in ejus templo cædes perpetrarentur, v. 988.

Γλήνας δ' ἄγαλμα τοῖς ἀναιμάκτοις μύσει.

Nec aliter apud Ovidium, cum Neptunus in ejus templo Gorgonem vitiavit, Dea caſtiſſima, ne tantum ſcelus conſpiceret, in ægide faciem texiſſe fertur, ſub finem Metam. v.

—— averſa eſt, & caſtos ægide vultus
Nata Jovis texit. ——

364. Τιμαλφέστατον] Huc reſpexit Etymologici Auctor, Τιμαλφέστατον, παρὰ Λυκόφρονι, πρᾶγμα ἄγαν τίμιον. Poſſet etiam exponi ἀνύποπτον, ſecundum Heſychium.

365. Ἑνὸς δὲ λώβης ἀντὶ &c.] Elegantiſſimus eſt hic locus, & Græcorum miſerias, luctuſque miro artificio depingit. De Cenotaphiis porro, naufragiorum metu, &c. plura haberem dicenda, ſi non hanc lauream præripuiſſet doctiſſimus Meurſius.

367. Χοιράδων δ' ἐρριμμένοι] Χοιράδες ſunt αἱ ἐγκείμεναι, ſeu ἐκκείμεναι, πέτραι, ut Heſychii verbis utar; ſive petræ è mari aliquantulum exſtantes, ut χοῖροι, i. e. porci, natantis ſpeciem præbeant, fluctibus undique circumtritæ, & cavum antrum habentes, ut ex Euripide, ejuſque Scholiaſte diſcimus, Andromache v. 1265.

Ἐλθὼν παλαιᾶς χοιράδος κοῖλον μυχὸν
Σηπιάδος ἵζου. ——

Ubi Scholiaſtes, Χοιράδος· πᾶσα πέτρα ἐξέχουσα, καὶ περικλυζομένη θαλάσσῃ, σπήλαιον ἔχουσα. Unde apprime huic loco convenit hæc vox, utpote quæ petram exprimit, quæ antrum habeat, ſepulcri inſtar, recipiendis cadaveribus idoneum. Ne vero tutam nacti ſedem viderentur hi mortui, quæque ſepulcri vicem ſupplere poſſet, non dicit eos ibi eſſe τεθαμμένους, ſed ſolummodo ἐρριμμένους, qua voce inſtabilem & incertam ſedem habuiſſe docet.

369. Κρωσσοῖσι] i. e. urnis, in quibus mortuorum cineres condebantur. Huc reſpexit Euſtathius, Iliad. ι'. Ὁ μέντοι παρὰ Σοφοκλεῖ κρωσσὸς, ὃ δὴ κρατὴρ γινόμενος, φασὶ, παρὰ τὸ κερῶ, καὶ ἐν συγκοπῇ κρῶ, τὸ σαλεύω, καὶ ἐπιχέω. καὶ οἱ παρὰ Λυκόφρονι δὲ καὶ ἑτέρως κρωσσοὶ, ἀγγεῖα ἐκεῖνα δεξιὰ ὑδρεῖα, λέγονται ἴσως, ἢ ξέσται, καὶ τοιαῦτά τινα, πρὸ τῷ ω μεγάλῳ [illegible].

373. Ὀφέλτα, καὶ &c.] De his locis ſatis Scholiaſtes. Ad Τρύχαντα porro quod attinet, Stephanus legit Τρύχαντα. Τρύχαι (inquit,) πόλις Εὐβοίας. Λυκόφρων δὲ μεταφράζων, Τρύχαντα καλεῖ. Τὸ ἐθνικὸν Τρυχαῖος. Τοῦ Τρύχαντος, Τρυχάντιος.

381. Θύννων] Thynni ſunt piſcium genus, quibus Græcos comparat, quod eſſent vi ventorum, & tempeſtatum in mare projecti. Quæ alluſio ſumta eſt ex Æſchylo, qui Perſas in pugna

Digitized by Google

navali à Græcis devictos *thynnis* aſſimilavit, in Perſis,

> Τοὶ δ', ὥστε θύννους, ἤ τιν' ἰχθύων βόλον,
> Αγαῖσι κωπῶν, θραύσμασίν τ' ἐρειπίων
> Επαιον. ———

382. Καταιβάτης σκηπτὸς κατ' ὄρφνην γεύσεται δηουμένων] Καταιβάτης & σκηπτὸς dicuntur, ut ſupra θύννοι & φάλαι, nam duo ſunt fulminum genera, vel idem genus, ſecundum Scholiaſten; Καταιβάτης, ὁ σκηπτὸς, ὁ κάτω φερόμενος, καὶ πληκτικὸς, καὶ αἰφνίδιος κεραυνός. Sophoclis etiam Scholiaſtæ σκηπτὸς denotat ventum, ſeu turbinem procelloſum, qui magno impetu deorſum in terram fertur; Σκηπτὸς (inquit) λέγεται πᾶν πνεῦμα βιαζόμενον, ὅταν συντριβῇ τῇ γῇ, καὶ πάλιν ἄνω αἴρῃ· τὸ δὲ τοιοῦτον καὶ στρόβιλόν τινες καλοῦσιν, παρὰ τὸ στροβεῖν. Fit autem ἀπὸ τοῦ σκήπτεσθαι. Phavorinus, Κατασκήπτει κεραυνὸς, ἀντὶ τοῦ βιαίως καὶ σφοδρῶς καταφέρεται· ἀφ' οὗ σκηπτὸς, πᾶς ὁ ἄνω καταφερόμενος κεραυνός. Ignea etiam vi timendum eſt hoc fulmen; Heſychius & Suidas, Σκηπτὸς, κεραυνὸς ἄνωθεν διὰ πυρός. Malim διάπυρος. Etiam & καταιβάτης deorſum in terram fertur, ut ex nomine manifeſtum eſt; & ex ignea materia conſtat, quod ex Æſchylo liquet, qui in Prometheo ſic ait, v. 350.

> ——— Ζηνὸς ἄγρυπνον βέλος
> Καταιβάτης κεραυνὸς ἐκπνέων φλόγα.

Ubi Scholiaſtes tradit differentiam inter καταιβάτην & σκηπτὸν eſſe, quod illud ex materia vel tenui, vel craſſa, hoc ex tenui ſolum fiat; & illud genus ſit, hoc vero ſpecies: Καταιβάτης κεραυνὸς (inquit) ἐστιν εἶδος κεραυνοῦ, πρηστὴρ, ὁ καὶ πυρσὸς καλούμενος, ὃς καταφερομένου τοῦ πνεύματος καὶ ἐκπυρωθέντος γίνεται· καὶ λεπτυνθέντος σκηπτὸς, ὁ καὶ καταιβάτης, γίνεται. Phavorinus tamen tradit etiam σκηπτὸν ex materia craſſiori conſtare; Σκηπτὸς (inquit) καὶ ὁ καταιβάτης γίνεται παχυνθέντος τοῦ πυρώδους πνεύματος. Quomodocumque id ſe habeat, certum eſt utrumque ignei generis fulmina eſſe, quapropter adprime huic loco conveniunt; Græcos enim, poſtquam è Troade ſolviſſent, fulminibus & igne perditos plerique Poetarum tradiderunt. Unde apud Euripidem in Troad. Minerva ait,

> Καὶ Ζεὺς μὲν ὄμβρον, καὶ χάλαζαν ἄσπετον
> Πέμψει, γνοφώδη τ' αἰθέρος φυσήματα,
> Εμοὶ δὲ δώσειν πῦρ κεραύνιον λέγει,
> Βάλλειν Αχαιοὺς, ναῦς τε πιμπράναι πυρί.

Ibid. Γεύσεται δηουμένων] Guſtandi verba frequentia ſunt apud Poetas, quoties exprimere volunt poſſeſſionem, dominium, aut quamlibet inter res quaſvis communionem, qua una alteram attingit, ejuſve ſit quovis modo particeps. Eodem ſenſu *contingere* dixit Anchiſes apud Virgilium,

> *— ex quo Divum pater, atque hominum rex*
> *Fulminis afflavit ventis, & contigit igni.*

Similiter γεύεσθαι exp. ἅψασθαι apud Homerum, ubi duorum hoſtium alter ſic loquitur, Il. υ'. v. 258.

> Γευσόμεθ' ἀλλήλων χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν.

Ad quod vetus Scholiaſtes, Γευσόμεθ' ἀλλήλων, ἀντὶ τοῦ ἁψόμεθα. Similem habet loquendi formulam Iliad. φ'. v. 60.

> ——— δουρὸς ἀκωκῆς ἡμετέροιο
> Γεύσεται. ———

Eodem ſenſu dixit Polybius γεύσασθαι φόνου, i. e. cædem patrare; & alius, γεύσασθαι θανάτου, i. e. mori. Apud Sophoclem Furiæ orantur γεύεσθαι στρατοῦ, h. e. Græcorum exercitum vexare; Ajace v. 856.

> Ιτ', ὦ ταχεῖαι, ποίνιμοί τ' Ερινύες,
> Γεύεσθε, μὴ φείδεσθε πανδήμου στρατοῦ.

Nec aliter dixit Euripides γεύεσθαι κακῶν, i. e. mala percipere, ſive malis affici, Hecuba v. 375.

> Οστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν.

Sophocles etiam dixit μόχθων γεύσασθαι, i. e. laboribus exercitum eſſe, Trachin. v. 1108. ubi Hercules ait,

> ——— μόχθων μυρίων ἐγευσάμην.

386. Αγρύπνῳ πεπαιδευμένος τέχνῃ] Αγρυπνον τέχνην artem gubernatricem hoc loco dictam tradit Euſtathius; addit inſuper Lycophronem imitatum eſſe locum Homeri, in quo Ulyſſes dicitur inſomnis gubernacula rexiſſe, Od. ε'.

> Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως
> Ημενος, οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτεν.

Εκ τούτου λαβὼν ὁ Λυκόφρων (inquit Euſtathius) ἄυπνον τέχνην λέγει τὴν κυβερνητικήν. Gubernatores enim noctes inſomnes agebant, directioni navium, & obſervationi ſiderum intenti; unde Virgilius de Palinuro, Æneæ nauclero, Æn. V. v. 851.

> *— clavumque affixus, & hærens*
> *Nuſquam amittebat, oculoſque ſub aſtra tenebat.*

Exempla ubique occurrunt. Porro Nauplius dicitur gubernatoriam artem exercuiſſe, quia Græciam circumibat nave, ut Principum uxores in adulterium pelliceret. Malim tamen ἀγρύπνῳ τέχνῃ exponere *vigili fraudi*, quia ſedulo in id opus incubuit; & quoniam, qui rem aliquam ſumma cura adminiſtrant, ſæpe dicuntur noctes inſomnes, & inquietas agere: quæ res notior eſt, quam ut exemplis confirmanda ſit.

388. Τὸν δ' οἷα δύπτην κηρύλον &c.] Ajacem Oïlidem cerylo, & phagro, ut ſupra Græcos thynnis, comparat.

389. Αὐλῶνος] Αὐλὼν eſt fretum, ſen pars maris anguſta, & in longitudinem porrecta, αὐλοῦ, i. e. tibiæ, inſtar. Heſychius, Αὐλὼν, στενὴ ἀναφορὰ τοῦ ὕδατος. Sophoclis Scholiaſtes vetus Trachin. v. 100. Τοὺς θαλαττίους τόπους, στενοὺς αὐλῶνας καλοῦμεν. Et paullo poſt, Αὐλὼν, τὸ στενόμακρον πέλαγος. Vide Adnotata noſtra in v. 40.

390. Γυραῖσι δ' ἐν πέτραισι τερσαίνων πτερὰ] Alluſio hæc ſumta eſt ab avibus, quæ cum aquis immerſæ fuerint, in aprico aliquo loco pennas ſiccandas ſoli & aeri objiciunt. De Ajacis porro fabula, cum ea ſatis nota ſit ex Homeri Odyſſea, quam hic expreſſit Lycophron, Senecæ etiam Agamemnone, & aliis permultis, nihil hic dicere decrevi.

397. Ακτὶς Σειρίου] Σείριον Solem nonnumquam dictum invenimus. Heſychius, Σείριος, ὁ ἥλιος, καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἀστήρ. Et Suidas, Σείριον, τὸν κύνα, ἔτι δὲ καὶ τὸν ἥλιον. Ιβυκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα σείρια λέγει. Phavorinus, Σείριος, ὄνομα ἀστέρος, ἢ ὁ ἥλιος.

401. Ορτυγος πτερωμένης] Huc reſpexit Euſtathius in Dionyſ. Perieg. v. 525. ubi de Delo ait: Εκαλεῖτο δέ ποτε καὶ Ορτυγία, ὡς ὁ Γεωγράφος φησί. καὶ ἡ μυθικὴ

Digitized by Google

μυθικὴ αἰτία κεῖται παρὰ Λυκόφρονι. Idem in Odyſſ. ζ'. Ὅτι δὲ μία τῶν Κυκλάδων ἡ Δῆλος, ἡ ἱστορία δηλοῖ, λέγουσα καὶ ὡς Ὀρτυγία ἐκλήθη κατά τινας ἐξ ὀρτύγων, ὧν τὰς ἀγέλας φερομένας ἐκ τοῦ πελάγους, ἱζάνειν εἰς τὴν νῆσον διὰ τὸ αὐτῆς εὔορμον ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου κεῖται. ὁ δέ γε μῦθος ἄλλα περί τε Δήλου καὶ Ὀρτυγίας βούλεται, κείμενα καὶ ἐν τοῖς τοῦ Λυκόφρονος. Iterum in Odyſſ. ο'. Ὀρτυγία δὲ ὅτι ἡ Δῆλος, καὶ διατί οὕτω καλεῖται, δηλοῖ καὶ τὰ τοῦ Λυκόφρονος.

402. Τρέμων φυλάξει χέρσον Αἰγαίας ἁλὸς] Elegans eſt hic locus, in quo voluit Poeta Ajacis tumulum, Ægæo mari vicinum, undarum violentiæ obnoxium fuiſſe, adeo ut eas timere, &, cum irruerent, tremere videatur. Quæ imago Poetis familiaris eſt, Seneca Hippolyt. v. 75.

——— *fertur plauſtro*
Præda trementi. ———

Ubi quidam legunt *gementi*, ſenſu prorſus eodem. Haud aliter Ovidius *gemere* dixit arborem, ſub immani pondere & impetu ſerpentis à Cadmo cæſi, Metam. III. v. 93.

Pondere ſerpentis curvata eſt arbor, & imæ
Parte flagellari gemuit ſua robora caudæ.

Idem dicit *limen ingemuiſſe*, cum Juno Plutonis regiam ingreſſa eſſet, Metam. IV. v. 459.

——— *ſacroque à corpore preſſum*
Ingemuit limen. ———

Scholiaſtes exiſtimat, *Tremonta* eſſe locum in inſula Delo, quod Euſtathius etiam opinabatur, atque ſic dictam eſſe, quod Delos olim mari innataſſe tradatur, & πλωτὴ νῆσος fuiſſe: qualis apud Homerum eſt Æolia, haud procul ab initio Odyſſ. κ'. Ἀρίσταρχος δὲ (φασὶ) πλωτὴν λέγει, τὴν φορητὴν, καὶ οἷον περιφερομένην, ἢ συνεχεία σεισμῶν, ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν, ὡς ποτὲ μὲν ἐν δεξιοῖς ὁρᾶσθαι μέρεσι, ποτὲ δὲ ἐν ἀριστεροῖς. ὁποῖόν δή τι καὶ περὶ Δήλου ἱστόρηται, ἧς καὶ χωρίον τι ὁ Τρέμων παρὰ Λυκόφρονι, ἐκ τίνος τοιαύτης αἰτίας κληθείς. παρατεθείασι δὲ περὶ τῆς Δήλου οἱ παλαιοὶ ἔπος τοῦτο, Ἦν γὰρ τὸ πάροιθε φορητὰ κυμάτεσσι Δῆλος παντοδαπῶν ἀνέμων ῥιπαῖς.

403. Τὴν Καστνίαν δὲ καὶ Μιλιναίαν θεάν.] Verſum hunc laudavit Stephanus, Μέλινα, πόλις Ἄργους, ἀφ' ἧς Ἀφροδίτη Μιλιναία τιμᾶται. Λυκόφρων,

Τὴν Καστνίαν δὲ καὶ Μιλιναίαν θεάν.

Venus porro Melinæa diverſa à Melanide, ſive Melænide, cujus meminit Pauſanias in Corinthiacis, Arcadicis, (ubi etiam nominis rationem reddit) & Bœoticis. Caſtniæ Veneris meminit ex Callimacho Strabo, Geogr. lib. IX. Καλλίμαχος μὲν (inquit) φησὶν ἐν τοῖς ἰάμβοις,

Τὰς Ἀφροδίτας (ἡ θεὸς γὰρ οὐ μία)
Ἡ Καστνία πάσας ὑπερβάλλει φρονεῖν.

Sic enim hos verſus lego ex emendatione Iſaaci τοῦ πάνυ.

405. Δυσλύτοις οἴστρου βρόχοις] Οἶστρος inſectum eſt, quod Latini *aſilum*, ſeu *tabanum* dicunt; equos, aliaſque beſtias ſtimulis adeo exagitat, ut furore correpti videantur. Datur etiam οἶστρος θαλάσσιος, quem Plinius vocat *aſilum marinum*, thynnis, & piſcibus majoribus adeo infeſtus, ut nonnunquam è mari in naves exſiliant. Hinc οἶστρος poni ſolet pro quolibet furore, aut ingenti animi emotione, quæ homines attonitos habet. Phavorinus, Οἶστρος, θηρίδιον, ὁ καὶ μύωψ λεγόμενος, μυίας μὲν μεῖζον, τὰ δ' ἄλλα ἐμφερὲς, τὸ ἐγχρίμπτον βουσὶ, καὶ δάκνον· κατὰ δέ τινας, καὶ εἰς τὰ ὦτα εἰστρέχον αὐτῶν, ὅτι τύχοι κομίζειν ἀνάγκη φέρεσθαι. (ſic enim lego, non ὅτι τύχοι κομίζον, ἀνάγκη φέρεσθαι) διὸ καὶ οἶστρος καλεῖται. ἐντεῦθεν δὲ πᾶσα ὁρμὴ ἐνθουσιαστικὴ, κατ' ἔρωτα τυχὸν, ἢ μανίαν, οἶστρος λέγεται &c. Idem tradunt Heſychius, Suidas, &c. Hoc inſecto Juno dicitur Io bovem ad inſaniam adegiſſe, cujus fabulæ origo videtur fuiſſe, quod Io inſanis amoribus mente alienata ſit; unde cum Sophocles eam vocavit οἰστροπλῆγα, Scholiaſtes dicit ita dictam eſſe, quod amore capta eſſet, initio Electræ,

Τῆς οἰστροπλῆγος ἄλσος Ἰνάχου κόρης.

i. e. τῆς ὑπὸ τοῦ Διὸς οἴστρῳ καὶ ἔρωτι πληγείσης, inquit Demetrius Triclin. Herodotus etiam dixit οἰστρήσεις, pro ἔρωτας, citante Suida; Καλῶς (inquit) Ἡρόδοτος, τὰς ὑπὲρ τῶν γυναικῶν οἰστρήσεις τε, καὶ μανίας παρ' οὐδὲν ἐτίθετο. Pulcre etiam, & ad hunc Lycophronis locum adpoſite, Anacreon Cupidinis tela cor ſuum ferientis œſtro comparavit, Od. III.

——— καί με τύπτει
Μέσον ἧπαρ, ὥσπερ οἶστρος.

Ad βρόχους porro quod attinet, metaphorica vox eſt, ſumta alluſione ab avibus laqueo irretitis: quam ſimilitudinem continuavit in ſequentibus, cum amoris vincula, quibus implicatus Ajax in Minervæ odium incurrit, ſuique exitii cauſa fuit, κηρευλκὸν πάγην appellat; eſt enim πάγη, decipulum ad irretienda animalia depactum, & ab Heſychio exp. βρόχος.

406. Ἔρωτες οὐκ ἔρωτες, ἀλλ' &c.] Ita vocat *furioſum* Ajacis amorem, quo accenſus Caſſandræ vim intulit; ſimili ſenſu dixit Euripides in Hecuba, v. 948.

——— γάμος οὐ γάμος,
Ἀλλ' ἀλάστορός τις οἰζύς.

Et Æſchylus Χοηφόροις, ἀπέρωτος ἔρως.

410. Δωτίου πύλας] i. e. Dotii anguſtas fauces, ſeu ingreſſus. Similiter Æſchylus Prometheo,

——— στενοπόροις λίμνης πύλαις.

Ubi Scholiaſtes, Πύλαις, ἐξόδοις. Hinc etiam Pylæ, & Thermopylæ dicti tranſitus montium anguſti, qua Theſſalia Phocidem itur. Ariſtophanis Scholiaſtes Lyſiſtrate, Πύλας, αἱ Θερμοπύλαι ἐκλήθησαν δὲ οὕτω, διὰ τὸ στενὴν εἶναι ταύτην εἴσοδον, ἀπὸ Θετταλίας εἰς Φωκίδα πορευομένην. Latini etiam *portas* appellant. His ſimile illud Euripidis Hippolyt. v. 882.

——— στόμαλος ἐν πύλαις.

413. Ἐν σπλάγχνοισι τυμβευθήσεται] Metaphora Poetis familiaris eſt, qua ventrem *ſepulcrum*, vorari *ſepeliri* dicunt. Unde Ovidius de Tereo, cum filium comediſſet, ait, Metam. VI. Fab. VIII.

Egerere inde dapes, demerſaque viſcera geſtit;
Flet modo, ſeque vocat buſtum miſerabile nati.

Similiter loquitur Thyeſtes, cum devoraſſet filios, apud Senecam in Agamemnone, v. 26.

——— *liberis plenus tribus*
In me ſepultis, viſcera exedi mea.

Et *condi in alvo* dixit apud Ovidium Achæmenides, Ulyſſis ſocius, dum ſe teſtatur à Polyphemi voracitate liberatum eſſe, Metam. XIV. Fab. V.

——— *quod non anima hæc Cyclopis in ora*
Venit, & ut lumen jam nunc vitale relinquam,

Et tumulo, aut certe non illa condar in alvo.
Idem paullo poſt de Polyphemo,

Viſceraque, & carnes, cumque albis oſſa medullis,
Semianimeſque artus avidam condebat in alvum.

Idem Metam. xv. Fab. II.

Heu! quantum ſcelus eſt in viſcera viſcera condi?

Hinc feræ, & aves rapaces & carnivoræ dictæ ταφεῖς, apud Sophoclem, Electra, v. 1494.

Ἀλλ' ὡς τάχιστα κλῶπε, καὶ κλαιὸν πρόθες
Ταφεῦσιν. ———

Ubi Scholiaſtes vetus, Ἡγουν οἰωνοῖς καὶ κυσὶ πρόθες αὐτόν. Similis eſt metaphora, cum corpora dicuntur *in alvum demergi*, ut apud Ovidium, Metam. xv. Fab. II.

Corporeaſque dapes avidam demerſit in alvum.

Et Metam. xiv. Achæmenides de Polyphemo ait,

——— *jam nunc mea viſcera rebar*
In ſua merſurum. ———

Ut vero os, aut venter nominantur ſepulcra, ita è contra ſepulcra dicuntur *bibere*, ut cum apud Senecam Agamemn. v. 639. Caſſandra ait,

Quæ patria reſtat? quis pater? quæ jam ſoror?
Bibere tumuli ſanguinem atque aræ meum.

415. Νήειθμος ἑσμὸς] Ἑσμὸς proprie de apum examine dicitur, metaphorice tamen cuivis alii multitudini applicatur. Heſychius, Ἑσμός, ὄχλος, πλῆθος, συναθροισμός. κυρίως δὲ, ἐπὶ μελισσῶν ἀθροίσματος. Paullo poſt, ait dialecti Creticæ eſſe hanc ſignificationem, Ἑσμός, ᾠδὴ, δεσμός, πλῆθος. Unde Ariſtophanes Lyſiſtrate,

Ἑσμὸς γυναικῶν οὑτοσὶ θύρασιν αὖ βοηθεῖ.

Ubi Biſetus, Ἑσμὸς γυναικῶν· μεταφορικῶς νῦν ἀντὶ τοῦ πλῆθος, ὄχλος. κυρίως δὲ, ἑσμὸς δασυτόνως, τὸ σμῆνος τῶν μελισσῶν, παρὰ τὸ ἅμα πετομένας ἱέναι. Quæ ex Suida deſumſit.

417. Πάγουρον] Πάγουρος cancri quoddam genus eſt, cui comparat Phœnicem, quod ſenex eſſet, & deformem rugis pellem haberet; quam metaphoram apud Homerum invenire eſt, cum dicit ἀποξύσαι γῆρας, i. e. exuere pellem ſenilem & rugoſam, alluſione à coriariis, vel ſene ſerpente, ſumta, Il. ί. p. 666. ubi de ſe Phœnix,

—— οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς
Γῆρας ἀποξύσας θήσειν νέον ἡβώοντα.

Quo in loco Euſtathius in rem noſtram hæc verba habet, Καὶ ὅρα τὸ ἀποξύσας σεσοφισμένως ῥηθὲν τῇ τοῦ γεροντικοῦ δέρματος τραχύτητι, δι' ἣν καὶ πάγουρον αὐτὸν ἡ Κασάνδρα που καλεῖ· ξύεται γὰρ τὸ τραχὺ ὡς ἂν εὐθετηθῇ πρὸς λειότητα. Haud diſſimili imagine Auſonius dixit:

Horrens capillis ut marinus aſperis
Echinus, aut verſus mei.

Ibid. Ἠδωνῶν πύλας Κρύψει, σφινὸ Τύμφρηστον αὐχένος λέπας] Voces horum verſuum finales ſimilem habent ſonum, cui elegantiam quandam & concinnitatem ex Anagrammatiſmo factam ineſſe vult Euſtathius, Il. δ'. ad hos verſus,

Οἱ δὲ χολωσάμενοι Καδμεῖοι κέντορες ἵππων
Ἂψ ἀναερχομένῳ πυκινὸν λόχον εἷσαν ἄγοντες.

Εἰ δέ τι χρὴ (inquit) ἐνταῦθα ἀστεϊσασθαι, σκοπητέον καὶ τὸ χολωσάμενοι, καὶ τὸ λόχον εἷσαν· ἀναγραμματισθεὶς γὰρ καὶ νῦν ὁ χόλος τὸν λόχον ποιεῖ· ὡς τι καὶ τὸ τοιοῦτον κατάρξαι δοκεῖ ὁ Ποιητὴς τοῖς βουλομένοις οὕτω λέγειν, εἰ μάντια φασὶ τὸ τῶν λόγων νᾶμα, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἐν οἷς καὶ τὸ, μῦθος καὶ θυμός. καὶ τὸ, ἔμεινας καὶ ἔνειμας, παρ' Εὐριπίδῃ, ἐν τῷ, Οὐ μάντεως ἔπτα ἔμεινας, οὐ χερὶ μακρᾷ σκίπων ἔνειμας. καὶ τὸ παρὰ Λυκόφρονι πύλας καὶ λέπας τερατεύεται δύο στίχοις συνεχῶς· ὧν τὸ μὲν πύλας δηλοῖ τὸ ἐγγύς· τὸ δὲ λέπας, ὀρεινὴν τραχύτητα, ἐξ οὗ καὶ λεπαία χθὼν τραχεία, ἡ ὀρεινή. Hæc ille. Veriſimilius porro ſit ita luſiſſe Lycophronem, quod Anagrammatiſmis mirifice delectatum, eorumque inventorem fuiſſe, & laudem inde qualem qualem captaſſe conſtet: quinetiam poſtea eadem verba adhibuit, v. 1043, & 1044.

Πλώσει πύλας δὲ γῆς Ἀπιδάνων μολὼν
Πράκτιν παρ' αὐτὴν αἰπὺ νάσσεται λέπας.

Plura hujus generis obſervet, cui talia curæ ſunt, nobis non vacat ejuſmodi tricis immorari.

422. Ὅμηρον] Ὅμηρος ſignificat cæcum. Heſychius, Ὅμηρος, ὁ τυφλὸς, καὶ ὁ ἐνεχυραζόμενος. Hinc nomen Homero datum à Cumæis, quod eſſet viſu privatus; nam Cumæorum hæc vox eſt: Herodotus in vita Homeri, cap. xiii. Ἐντεῦθεν δὲ καὶ τοὔνομα Ὅμηρος ἐπεκράτησε τῷ Μελησιγενεῖ ἀπὸ τῆς συμφορῆς· οἱ γὰρ Κυμαῖοι τοὺς τυφλοὺς ὁμήρους λέγουσιν· ὥστε πρότερον ὀνομαζομένου αὐτοῦ Μελησιγένεος, τοῦτο γενέσθαι τοὔνομα Ὅμηρος.

426. Μολοσσοῦ Κυπέως Κοίτου κύκνον] Ad Apollinis cognomina quod attinet, ea ſatis explicavit Scholiaſtes. Cur autem Calchantem vocaverit *Apollinis cycnum* dicendum eſt. Cycnus Apollini ſacer erat, quod ab eo habere divinationem crederetur, & quia prævidens quid in morte ſit boni, cum voluptate & cantu (quem etiam Apollini debet) moriatur; ut ait Cicero Tuſcul. Quæſt. i. Quæ res Poetis Græcis, Latiniſque notiſſima eſt. Æſchylus in Agamemn. v. 1453. de Caſſandra ait,

——— κύκνου δίκην
Τὸν ὕστατον μέλψασα θανάσιμον γόον
Κεῖται. ———

Martialis,

Sic ubi fata vocant, udis abjectus in herbis
Ad vada Mæandri concinit albus olor.

Ovidius Epiſt. vii.

Cantator cycnus funeris ipſe ſui.

Meminit etiam in Phædone Plato, ex quo loco Tullium conſtat verba jam laudata excerpſiſſe; Ἅτε, οἶμαι, τοῦ Ἀπόλλωνος (inquit) ὄντες, μαντικοί τε εἰσὶ, καὶ προειδότες τὰ ἐν ᾅδου ἀγαθὰ, ᾄδουσι καὶ τέρπονται ἐκείνην τὴν ἡμέραν διαφερόντως ἢ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ. Quidam referunt, hac de cauſa inter aſtra relatum eſſe. Theon in Aratum, Τοῦτον τὸν ὄρνιν οἱ μὲν λέγουσιν ὄντα κύκνον κατηστερίσθαι εἰς τιμὴν τοῦ Ἀπόλλωνος, ἅτε μουσικὸν ὄντα. Hinc cycnus pro vate, interdum pro poeta, interdum pro propheta ſumi ſolet. Virgilius Eclog.

Cantantes ſublime ferent ad ſidera cycni.

Et Horatius Lib. IV. Od. II. 25. de Pindaro,

Multa Dircæum levat aura cycnum.

Porro cycni cantus pro dulciſſimo quovis uſurpari, & cantui gruum, quæ moleſto ſtrepitu obganniunt, opponi ſolitus: unde natum proverbium apud Eraſmum, *Cycni cantus melior*

quam

quam gruum; cujus meminit Lucretius lib. IV.

Parvus ut eſt cycni melior canor ille gruum
quam
Clamor in ætheriis diſperſus nubibus auſtri.

Cum quo congruit illud Antipatri, Epigram. lib. III.

Λαῦτερος κύκνυ μικρὸς θρόος ἠὲ κολοιῶν
Κρωγμὸς ἐν εἰαριναῖς κιδνάμενος νεφέλαις.

Hinc etiam natum ait Eraſmus alterum proverbium, Τοτ' ἄσονται κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσι, i. e. tum canent cycni, cum tacuerint graculi: hoc eſt, tum loquentur eruditi, cum garrulis non erit loquendi locus. Euſtathius aliam rationem dedit, cur cycnus Apollini ſacer habitus ſit; quod, nempe, candidi ſit coloris, qui Apollinis, ſive Solis, naturæ maxime conſentaneus cenſebatur: Καὶ κύκνος δὲ (inquit) τῷ Απόλλωνι ὁ μόνον διὰ τὸ ᾠδικὸν ϗ μαντικὸν ἀφιέρωται, ἀλλὰ ϗ διὰ τὸ λευκὸν, ὅπερ ἐκ τοῦ λεύσσειν, ὅ ἐστι βλέπειν, παράγεται, ὅπερ Απόλλων ἐστὶ παραίτιος, ὅθεν ϗ δήλιος ἐπιθετικῶς ὀνομάζεται, ὡς δῆλα ϗ εὐόρατα πάντα ποιῶν. Ad Calchantem quod attinet, is Apollinis cycnus dicitur, quod ab eo vaticinandi artem edoctus fuerit, ut tradit Homerus, Iliad. α'. ubi de Calchante ſic loquitur,

Καὶ νήεσσ' ἡγήσατ' Αχαιῶν Ιλιον εἴσω,
Ην διὰ μαντοσύνην, τήν οἱ πόρε Φοῖβος Απόλλων.

Et paullo poſt Achilles Calchanti ait,

Οὐ μὰ γὰρ Απόλλωνα Διῒ φίλον, ᾧτε σὺ, Κάλχαν,
Εὐχόμενος, Δαναοῖσι θεοπροπίας ἀναφαίνεις.

436. Αγηλάτῳ &c.] Verſum hunc laudavit Etymologici Auctor, Αγηλάτῳ· Λυκόφρων,

Αγηλάτῳ μάστιγι συνθλάσας κάρα.

Λέγει δὲ τῷ κεραυνῷ, ἐὰν μὲν δασέως, τῷ τοὺς ἀσεβεῖς ἐλαύνοντι· ἐὰν ϗ ψιλῶς, τῷ ἄγαν ἐλαυνομένῳ. Hinc ἀγηλατοὶ à Suida exp. κεραυνοί. Αγηλατοὶ, οἱ κεραυνοί. Αγηλατοὶ (lege ἀγηλατοὶ) τὸ ῥῆμα, ἄγοι, κεραυνοί, ἢ διώκει. Porro hanc metaphoram etiam infra retinuit, dum fulmen vocat Κεραυνίην μάστιγα, v. 740.

Κεραυνίη μάστιγι μαστιχθήσεται.

Primus ſimilitudinis hujus Auctor Homerus, Iliad. ν'. v. 812.

Αλλὰ Διὸς μάστιγι κακῇ ἐδάμημεν Αχαιοί.

Ad quod Scholiaſtes vetus, Διὸς μάστιγι, τῇ Διὸς πληγῇ, τῷ κεραυνῷ. Simile eſt illud in Iliad. β'. v. 282. ubi, cum vult Jovem fulmine contere re Typhonem, verbum ἱμάσσειν adhibuit, ἱμάσσει autem Heſychius exponit μαστίξαι. Ecce Homeri verba,

Γαῖα δ' ὑπεστονάχιζε, Διῒ δ' ὡς τερπικεραύνῳ
Χωομένῳ, ὅτε τ' ἀμφὶ Τυφωέϊ γαῖαν ἱμάσσῃ
Εἰν' Αρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.

Ubi idem Scholiaſtes, Ιμάσσῃ, μαστίζῃ, ὅ ἐστι, κεραυνοῖς πλήττῃ. Et ſolet μάστιξ pro quovis cruciatus genere ſumi; unde nonnunquam pro ultione divina accipitur, ut apud Æſchylum in Επτὰ ἐπὶ Θήβαις,

Πληγεὶς θεοῦ μάστιγι παγκοίνῳ δάμῃ.

437. Ξυναίμους πατρὸς] Ita vocat Oedipi filios, quoniam eos Oedipus ex matre ſua Jocaſta ſuſcepit. Quod ſic apud Sophoclem explicat Tireſias, Oedip. Tyr. v. 467.

Αδελφὸς αὐτὸς ϗ πατὴρ, κἀξ ἧς ἔφυ
Γυναικὸς υἱὸς τε ϗ πόσις, ϗ τοῦ πατρὸς
Ομόσπορός τε ϗ φονεύς. ———

De hoc in eadem Fabula intelligendus eſt idem Vates, cum Oedipum ait liberis ſuis exæquandum, v. 434.

Αλλων δὲ πλῆθος οὐκ ἐπαισθάνῃ κακῶν,
Α σ' ἐξισώσει σοί τε, ϗ σοῖς τέκνοις.

Ad quod Demetrius Triclinius, Α σε ἐξισώσει τοῖς τέκνοις, ὅτι τέτων, ὧν νῦν δοκεῖ πατὴρ, ἀδελφὸς ὢν φανήσῃ, ἐξ ἧς αὐτὰ ἐγέννησας, ἐξ αὐτῆς ϗ αὐτὸς γεννηθείς. Oedipus etiam de ſe ait, v. 1363.

Ομογενὴς δ' ἀφ' ὧν αὐτὸς γ' ἔφυν τάλας.

Et in Oedip. Colon. Oedipi filiæ dicuntur patris ſorores, v. 524.

Αὐταὶ εἰσὶν ἀπόγονοί τε, ϗ
Κοιναί γε πατρὸς ἀδελφαί.

Eandem rem egregie expreſſit Seneca Oedip. v. 638.

Egit qui in ortus ſemet, & matri impios
Fœtus regeſſit, quique nec mos eſt feris,
Fratres ſibi ipſe genuit, implicitum malum,
Magiſque monſtrum Sphinge perplexum ſua.

Similiter apud eundem queritur Thyeſtæ umbra, qui ex filia Ægiſthum ſuſceperat, Agamemn. v. 35.

Avo parentem, (pro nefas!) patri virum,
Natis nepotes miſcui, nocti diem.

Et poſtea Electra Ægiſtho exprobrat, ſororis gnatum eſſe, v. 974.

Per ſcelera nactus nomen ambiguum ſuis;
Idem ſororis gnatus, & patris nepos?

Necnon apud Ovidium, Myrrha ſeſe dehortans ab impio amore patris, hoc argumento uſa eſt, Metam. x. Fab. IX.

Tune eris & matris pellex, & adultera patris?
Tune ſoror nati, genetrixque vocabere fratris?

Ibid. Νυκτὸς κόραι] i. e. Furiæ, quæ Acheronte & Nocte ſatæ, ut ipſæ apud Æſchylum narrant, Eumenid. v. 419.

Ημεῖς γάρ ἐσμὲν Νυκτὸς αἰανῆ τέκνα.

Ibidem v. 322. Nocti ſic precatur Furiarum chorus,

Μᾶτερ, ἅ μ' ἔτικτες, ὦ μᾶτερ
Νὺξ ἀλαοῖσι, ϗ δεδορκόσι
Ποινάν κλῦθ'. ———

Hinc etiam Sophocles in Oedip. Colon. vocat Σκότου κόρας, & παῖδας Σκότου.

439. Πυράμου πρὸς ἐκβολαῖς] Pyramus Ciliciæ fluvius eſt; Heſychius, Πύραμος, ποταμὸς Κιλικίας. Stadii latitudinem habet, teſte Suida, Πύραμος, ὄνομα τόπου· ϗ ποταμὸς Κιλικίας, οὗ τὸ εὖρος σταδίου. Præterfluit Mallum, Ciliciæ urbem, & olim Leucoſyri nomine clarus fuit: Stephanus, Πύραμος, ποταμὸς ἐν Μάλλῳ τῆς Κιλικίας, ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Λευκόσυρος. Pyrami poſtea nomen accepit, διὰ τὸ πολὺν πυρὸν φέρειν τοῖς ἐν Κιλικίᾳ οἰκοῦσι, i. e. quod ejus aquis fœcundati agri *tritici* feraces fierent, ut ait Etymol. Auctor. Navigabilis autem ex mediis Cataoniæ campis effunditur, & delatus per Tauri anguſtias in Ciliciam, in fretum, quod inter hanc & Cyprum eſt, exit, Strabo lib. I. Πύραμος, ὁ τῇ Κιλικίᾳ προσθεὶς ἐφ' οὗ ϗ λόγιον ἐκπέπτωκέ τι τοιοῦτον,

Εσσεται ἐσσομένοις, ὅτε Πύραμος εὐρυοδίνης
Ηϊόνα προχέων ἱερὴν ἐς Κύπρον ἵκηται.

Ea

Ἐκ μέσων γὰρ Κατανίας πεδίων ἐνεχθεὶς πλατὺς, καὶ διεκπεσὼν διὰ τοῦ Ταύρου στενῶν εἰς τὴν Κιλικίαν, ἐκδίδωσιν εἰς τὸ μεταξὺ ταύτης τε, καὶ τῆς Κύπρου πόρον. Idem libro XII. hunc fluvium ait magnum terræ cumulum delabendo per montes coacervaſſe, unde & Nilo comparat, à quo Ægyptus putatur ab Herodoto in continentem aggeſta.

442. Πύργον ὑπὸ πτέρνῃσι.] Τὸ πόδας Ἴδας ἐξ Ὁμήρου ληφθὲν Ἡσιόδῳ μὲν δέδωκεν ἀφορμὴν παρὰ ὄρος εἰπεῖν, τῷ δὲ Λυκόφρονι πτέρναν πύργου, Euſtathius in Dionyſii Perieg. v. 809.

Ibid. Παμφύλου κόρης.] Huc reſpexit Euſtathius in Dionyſii Perieg. v. 854. Ἡ Παμφυλία χώρα ἀπὸ γυναικὸς Παμφύλης, ἢ ἀπὸ Παμφύλου τινὸς, καὶ ὁ Λυκόφρων μέμνηται.

444. Μέγαρσος] Megarſus, vel, ut alii, Magarſus, Ciliciæ oppidum fuit, ſi Plinio fides habenda ſit, lib. V. cap. XXVII. Stephanus collem eſſe tradit, prope Mallum, Ciliciæ urbem, Minervæ ſacrum: Μάγαρσος, μέγιστος ὄχθος ἐν τῇ Κιλικίᾳ, πρὸς τῷ Μαλλῷ (lege Μάλλῳ.) Τὸ τοπικὸν, Μαγάρσιος, καὶ Μαγαρσία Ἀθηνᾶ ἐκεῖ ἵδρυται.

447. Σφήκειαν εἰς Κεραστίαν.] Euſtathius in Dionyſii v. 508. de Cypro ait: Ὅτι δὲ καὶ Σφήκεια καὶ Κεραστία ἐκλήθη, ὁ Λυκόφρων δηλοῖ.

448. Ὑλάτου τε γῆν] i. e. Cyprum; nam Apollo Ὑλάτης cognomen habuit in Hyle, Cypri urbe: Stephanus, Ὕλη, πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ Ἀπόλλων τιμᾶται Ὑλάτης, Λυκόφρων,

Καὶ Σάτραχον βλώξαντες, Ὑλάτου τε γῆν.

Idem tradit Euſtathius, Iliad. ε'. p. 454. Ἦν δὲ, φασὶ, Λοκρικὴ πόλις Ὕλη, καὶ ἄλλη Κύπρου, ἀφ' ἧς καὶ Ὑλάτης Ἀπόλλων παρὰ Λυκόφρονι. In Eryſthea etiam, Cypri urbe, eodem cognomine cultus eſt: Stephanus, Ἐρύσθεια, πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ Ἀπόλλων τιμᾶται Ὑλάτης. Διονύσιος Βασσαρικῶν τρίτῳ,

Οἵ τ' ἔχον Ὑλάταο θεοῦ ἕδος Ἀπόλλωνος,
Τέμβρον, Ἐρύσθειάν τε, καὶ εἰναλίην Ἀμαμασσόν.

Emendandus hinc Stephanus in Τέμβρος, ubi dicit Apollinem Ἡλάτην in illa urbe coli, omnino enim legendum Ὑλάτην. Hæc ejus verba ſunt; Τέμβρος, πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ τετίμηται Ἡλάτης Ἀπόλλων. Idem Auctor teſtatur eundem Apollinem in Amamaſſo, alia Cypri urbe, cultum fuiſſe; Ἀμαμασσὸς, πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ τιμᾶται Ὑλάτης Ἀπόλλων.

449. Μορφὼ] Hoc cognomen ſumtum eſt à *forma*, cui Venus præeſſe credebatur. Statuam habuit in Laconia, quam Tyndarus, Helenæ pater, compedibus vinxiſſe dicitur; innuens, mulieres domi manere, & maritorum dictis audientes eſſe debere, ut putavit Palæphatus. Duas alias rationes adjecit Pauſanias in Laconicis, Ἐπίκλησις μὲν δὴ τῆς Ἀφροδίτης ἐστὶν ἡ Μορφὼ, κάθηται δὲ καλύπτραν τε ἔχουσα, καὶ πέδας περὶ τοῖς ποσί. περιθεῖναι δέ οἱ Τυνδάρεων τὰς πέδας φασὶν, ἀφομοιοῦντα τοῖς δεσμοῖς τὸ εἰς τοὺς συνοικοῦντας τῶν γυναικῶν βέβαιον· τὸν γὰρ δὴ ἕτερον λόγον, ὡς τὴν θεὸν πέδαις ἐτιμωρεῖτο ὁ Τυνδάρεως, γενέσθαι ταῖς θυγατράσιν ἡγούμενος τὰ ὀνείδη, τοῦτον δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν προσίεμαι· ἦν γὰρ δὴ παντάπασιν εὔηθες, κέδρου ποιησάμενον ζώδιον, καὶ ὄνομα Ἀφροδίτην θέμενον, ἐλπίζειν ἀμύνεσθαι τὴν θεόν.

451. Κυχρέος ἄντρων, Βωκάρου τε ναμάτων] Explicationis loco eſſe poſſunt Euſtathii verba, Commentario in Dionyſium, v. 511. Ἡ δὲ Σάλαμις ἐκαλεῖτό ποτε Κυχρεία, ἀπό τινος Κυχρέως, οὗ καὶ Λυκόφρων καὶ Αἰσχύλος μέμνηνται, ὃς ὄφις μὲν ἐπεκλήθη, διὰ τραχύτητα τρόπου, &c. Paullo poſt, Εἶχε δὲ ποταμὸν Βώκαρον λεγόμενον, ὡς καὶ Λυκόφρων ἱστορεῖ, ὡς ἂν εἴποι τις Βοκέφαλον. Idem teſtatur Strabo lib. IX in deſcriptione Atticæ, ubi de Salamine ait, Ἐκαλεῖτο δ' ἑτέροις ὀνόμασι τὸ παλαιὸν, καὶ γὰρ Σκιρὰς, καὶ Κυχρεία, ἀπό τινων ἡρώων, &c. Paullo poſt, Βώκαρος δ' ἐστὶν ἐν Σαλαμῖνι ποταμὸς, ὁ νῦν Βωκαλίας καλούμενος. Stephanus ab eodem tradit Salaminem Cychream, & quemdam Salaminium pagum Cychreum dictum eſſe: Κυχρεῖος (inquit,) πάγος περὶ Σαλαμῖνα, Σοφοκλῆς Τεύκρῳ. Ἀπὸ Κυχρέως τοῦ Σαλαμῖνος καὶ Ποσειδῶνος, ὃς ὄφις ἐπεκλήθη διὰ τὴν τραχύτητα τοῦ τρόπου· ὃν λυμαινόμενον (lege λυμαινόμενον) τὴν νῆσον ἀπήλασεν Εὐρύλοχος, ἐδέξατο δ' ἐν Ἐλευσῖνι Δημήτηρ, καὶ ἀμφίπολον ἐποίησεν. Ἀπ' αὐτοῦ δὲ καὶ ἡ Σαλαμὶς Κυχρεία ἐκλήθη, ὡς Στράβων. τὸ ἐθνικὸν, Κυχρειοπαγίτης.

452. Ὀπατρὶς] Miror Canterum, Meurſium etiam, &, ut videtur, Scaligerum legiſſe ὁ πατρὶς disjunctim; cum longe accommodatior ſit ſenſus, ſi, cum optimis Codicum, legas conjunctim ὀπατρίς. Teucer enim ex eodem, quo Ajax, patre natus eſt. Homerus vocavit ὄπατρον, Iliad. μ'.

Ὣς ἄρα φωνήσας ἀπέβη Τελαμώνιος Αἴας,
Καί οἱ Τεῦκρος ἅμ' ᾔε κασίγνητος καὶ ὄπατρος.

Porro ὄπατρος, & ὀπάτειος Dores dicunt, pro ὁμόπατρος, & ὁμοπάτειος: Ἡ δὲ τοιαύτη συγκοπὴ (inquit Theon in Aratum) Δωριέων ἐστίν· ἐκεῖνοι γὰρ τοὺς ὁμότριχας, ὄτριχας φασί· καὶ τοὺς ὁμοιτεῖς, ὀιτεῖς· καὶ τοὺς μονώνυχας, μώνυχας· καὶ τὸ τρέμειν, τρεῖν.

453. Πώλους] Catamitos, meretrices, effœminatoſque omnes, & quoſcumque juvenes, virgineſve, adulatorie vocabant πώλους. Heſychius, Πῶλος, ἑταίρα· πώλους γὰρ αὐτὰς ἔλεγον, οἷον, Ἀφροδίτης πώλους. ἢ τοὺς νέους, καὶ τὰς νέας καὶ παρθένους. Hinc Πωλία dictum pegma quoddam, quod Leucippidum filias ſuſtinebat: Idem, Πωλία, χαλκοῦν πῆγμά τι· φέρει δὲ ἐπὶ τῶν ὤμων τὰς τῶν Λευκιππίδων πώλους, δύο δέ εἰσι παρθένους φασίν. Quinetiam uſitatiſſima eſt hæc vox apud Tragœdiæ Scriptores. Æſchylus Choephor. v. 792. de Oreſte loquens,

Ἴσθι δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον.

In eadem Tragœdia v. 254. ſimili prorſus metaphora Oreſtem & Electram vocaverat νεοσσὺς,

Πατρὸς νεοσσοὺς τούς δ' ἀπορφανίσας.

Et in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ. dixit πωλικῶν ἑδωλίων, i. e. παρθενικῶν καθεδρῶν, πῶλοις γὰρ αἱ παρθένοι ἐξεικάζονται. Anacreon,

Πῶλε Θρηκίη, τί δή με
Λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα
Νηλεῶς φεύγεις; ———

Euripides eundem ſenſum huic dictioni affixit, Hecubæ v. 144.

Πῶλον ἀφέλκειν σοῦ ἀπὸ μαζῶν.

Ubi Scholiaſtes, Πῶλον τὴν παῖδα λέγει μεταφορικῶς. Nec non Ariſtophanes virgines Laconicas vocat πώλους, in Lyſiſtrate,

Αἵ τε πῶλοι ταὶ κῶραι
Πὰρ τὸν Εὐρώταν.

Ad quod Scholiaſtes nuperus, Πῶλοι, κατὰ τὸν Σουΐδαν, κυρίως τὰ γεννήματα τῶν ἵππων, καὶ τῶν ἄλλων κτηνῶν, ἀφ' οὗ ἔθος ἔχομεν καλεῖσθαι καὶ κολακεύειν μεταφορικῶς δὲ

πῶλοι

Digitized by Google

πῶλοι λέγονται καὶ αἱ νεάνιαι, καὶ νεανίδες· ὅθεν καὶ Εὐριπίδης ἐνιαχοῦ πῶλον ἄζυγα καλεῖ, παρθένον γάμων ἄπειρον. καὶ Ανακρέων, Πῶλε Θρηϊκίη, &c.

Ibid. Νόθον φίτυμα] Teucrum vult, quem non ex legitima uxore, ſed Heſione bello capta, genuit Telamon; unde de ſe loquitur apud Sophoclis Ajacem, v. 1033.

Τὸν ἐκ δορὸς γεγῶτα πολεμίου νόθον.

Idem dicit Agamemnon, oratione ad Teucrum habita, Iliad. θ'. v. 283.

Πατρί τε σῷ Τελαμῶνι, ὅ σ' ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα,
Καί σε νόθον περ ἐόντα κομίσσατο ᾧ ἐνὶ οἴκῳ.

455. Ωμηστοῦ] Non poſſum committere, ut Heſychii locum prætercam, Ο ὠμηστὴς, ὁ ὠμὰ κρέα ἐσθίων. Lege, Ο ὠμηστής. Phavorinus autem hunc errorem, ut plures alios, tranſcripſit. Haud procul alter locus eſt, qui medica manu eget, & obiter curandus eſt; Οψῶνα, τὸν περὶ τὸ ὀψωνεῖν ὀνείδη. Lege, Οψῶνα, τὸ περὶ τὸ ὀψωνεῖν ὀνείδη.

462. Λίμνιος Πρηστὴρ Ενυοῦς] Bellonæ, aut belli fulmina, & in bello fulminare dici amant fortes viri, qui ingentes in hoſtibus ſtrages edunt, eiſque terrorem incutiunt; metaphora à Jovis fulminibus deſumta. Similiter Virgilius Georgic. IV. 560.

——— *Cæſar dum magnus ad altum*
Fulminat Euphratem bello. ———

Idem Æneid. VI. 842.

——— *duo fulmina belli*
Scipiadas. ———

Quo loco Lucretium imitatus videtur, lib. III. v. 1048.

Scipiades fulmen belli, Carthaginis horror.

Nec aliter Seneca Agamemn. v. 819. de Hercule loquens,

Te ſenſit Nemeæus arcto
Preſſus lacerto fulmineus leo.

Lemnium porro *fulmen* dicit ex fabula, qua Lemnus Vulcani officina dicitur.

464. Δυσμενεστάτου ξένου &c.] Similiter apud Sophoclem Ajax de Hectoreo gladio ait, v. 829.

Δῶρον μὲν ἀνδρὸς Εκτορος ξένων ἐμοὶ
Μάλιστα μισηθέντος, ἐχθίστου θ' ὁρᾶν.

Non multum porro refert, utrum ξένον interpretere *hoſpitem*, vel *barbarum*, vel *hoſtem*; cum omnes iſtæ ſignificationes huic loco, & voci conveniant. Heſychius, Ξένοι, οἱ πολέμιοι· οἱ δὲ τοὺς Πέρσας· οἱ δὲ τοὺς ἀπὸ ξενίας φίλους, ἢ ξένους. Herodotus etiam teſtatur barbaros, quos omnes ſui generis hoſtes habebant Græci, ξείνους à Lacedæmoniis vocari, Calliop. cap. XI. Ξείνους γὰρ ἐκάλεον οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς βαρβάρους. Idem tradit Julius Pollux Onomaſtic. lib. I. cap. X. Τοὺς δὲ βαρβάρους καὶ ξένους ἐκάλουν. Idem apud priſcos Romanos factum prædicat Tullius de Offic. lib. I. cap. XII. *Equidem illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante: hoſtis enim apud majores is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus: indicant Duodecim Tabulæ;* Aut ſtatus dies cum hoſte. *Itemque;* Adverſus hoſtem æterna auctoritas. *Quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt, eum, quicum bella geras, tam molli nomine appellari? quamquam id nomen durius jam effecit vetuſtas; à peregrino enim jam receſſit, & proprie in eo, qui arma contra ferret, remanſit.* Feſtus, *Hoſtis apud antiquos peregrinus dicebatur, & qui nunc hoſtis, perduellis.* Varro de Ling. Lat. initio lib. IV. *Multa verba aliud nunc oſtendunt, aliud ante ſignificabant, ut* Hoſtis: *nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui ſuis legibus uteretur; nunc dicunt eum, quem tum dicebant perduellem.* Hinc *Hoſti* prænomen habuit Lucretius Tricipitinus, collega L. Sergii conſulis, quod eſſet peregre apud hoſpitem natus.

470. Ρύτρῃσι] Huc ſpectant Euſtathii verba in Odyſſ. ξ'. Εστι δὲ ῥύτρη (inquit) συμφωνία καὶ συνθήκη ἐπί τισι ῥητοῖς, ὅ ἐστιν ὡρισμένοις. οἱ μὲν μετὰ τὸν Ομηρον, ῥήτραν τὴν δημηγορίαν φασὶ, καθὰ καὶ Λυκόφρων.

472. Βάβαξ.] Huc reſpexit Euſtathius in Odyſſ. δ'. Βάβαξ, ἤτοι λάλος, μαινόμενος, ἄσωτος, γάλλος κατὰ τοὺς παλαιοὺς, οὗ χρῆσις καὶ παρὰ Λυκόφρονι. ὁ δ' αὐτὸς καὶ βαβάκτης, ἐκ τοῦ βάζειν. Iterum in Odyſſ. θ'. Βεβάκτης δὲ, οὐχ ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ εἴρηται, ἀλλὰ κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ἀντὶ τοῦ πεφλυάρηται, ἀπὸ τοῦ βάζω, ἐξ οὗ καὶ ὁ παρὰ Λυκόφρονι βάβαξ γίνεται.

482. Τῶν πρόσθε μήνης.] Huc reſpexit Euſtathius in Perieg. v. 414. Οτι δὲ καὶ προσέληνοι λέγονται οἱ Αρκάδες, διὰ τὴν πάνυ τοῦ ἔθνους ἀρχαιότητα, ὁ Λυκόφρων ἱστορεῖ.

487. Βουβῶνος ἐν τόρμαισι.] Sc. ἐν αὐτῷ τῷ βουβῶνι, periphraſtice. Nam βουβὼν eſt locus, quo femur & coxendix coeunt. Notat Ancæum circa τὰ αἰδοῖα, ubi fit flexus interior, vulneratum.

489. Διπατρείων πόδων.] Huc ſpectant, quæ Euſtathius commentatur in Odyſſ. φ'. Δίπατρον, καὶ παρὰ Λυκόφρονι τὸ δέπας, οὗ διπάτριον παράγωγον, τὸ ἐκ ποτηρίου πόμα.

490. Κυλίνδει Μοῖρα &c.] Simili metaphora dixit Virgilius, Æneid. I. v. 26.

——— *ſic volvere Parcas.*

Et v. 13.

——— *tot volvere caſus.*

Alluſione à Fortunæ rota deſumta.

493. Πλήξας ἀφύκτοις ἄκρον ὀρχηστοῦ σφυρόν] Locus hic à nemine intellectus, de Ancæo capi nequit, nam ad illum referri non poteſt quod,

Στόρθυγξ δεδυπὼς τὸν κτανόντ' ἠμύνατο.

Aper moriens cædis ſuæ auctorem ultus fuerit: cum illa fera nequaquam Ancæi manu cecidit. Verum interpretandus eſt de Meleagro, qui aprum, à quo prius perierat Ancæus, occidit; & poſt victoriam per matris Althææ ſævitiam ipſe periit: unde hic Poeta dicit aprum ipſius plantam vulneraſſe; nam planta tunc ſolum cernitur, cum quis abiturus pedem ex humo tollit; quamobrem cum aper poſt mortem ſuam Meleagro cauſa exitii fuerit, recte dicit vulneratam ab eo pedis plantam.

494. Τοῦ μάρψαντος ἐκ κοίλης &c.] Huc reſpexit Euſtathius in Perieg. v. 1017. Εκεῖνος (Θησεὺς) ἐκ Τροιζῆνος χρόνιος ἐλθὼν μετὰ τοῦ ξίφους, καὶ τῶν πεδίλων τῶν πατρικῶν, ἃς καὶ ὁ Λυκόφρων ἱστορεῖ, ἐφανίσθη μὲν ἀγνοοῦντι τῷ πατρὶ Αἰγεῖ παῖς καλὸς, καὶ πρέπων εἰς βασιλείαν. Vid. Plutarchi Theſeus.

496. Ιδυίᾳ πίσει] Nulla ſubeſt ratio, cur heic cum Meurſio ἰδυίᾳ ſubſtantive poni putemus;

mus; cum certum ſit adjectivum formari poſſe ab Ida monte: quod etiam Sophoclis Scholiaſtes, quem in contrariam partem laudavit, teſtatur, Ajace v. 607. Ἰδαίῳ· Τρωϊκῷ, οἷον ἐν τῷ τῆς Ἴδης χωρίῳ. Nolo difficultates nectere, & ſenſum ex ſe perſpicuum, & manifeſtum explicando obſcurare.

497. Η ζῶσ' εἰς ᾅδην ἵξεται καταιβάτης] Textum heic emendatione ſua corrupit Auratus; nam etſi fortaſſe tolerari poſſit ἵξεται, multo tamen elegantius eſt ἡ ζῶσα: qui enim vivi abſorbentur, aut in terram defodiuntur, dici ſolent vivi ad inferos deſcendere. Unde apud Sophoclis Antig. v. 825. Antigone in terram defodienda de ſe ait,

—— ἀλλά μ' ὁ παγκοίτας
Ἅιδας ζῶσαν ἄγει
Τὰν Ἀχέροντος
Ἀκτάν. ——

Ibidem v. 836. Chorus ad ipſam ait,

——— αὐτόνομος, ζῶσα μόνη δὴ
Θνατῶν ἀΐδαν καταβήσῃ.

Et ipſa iterum de ſe, v. 1037.

Ζῶσ' εἰς θανόντων ἔρχομαι κατασκαφάς.

Eadem loquendi formula in Sacris Literis occurrit, Num. cap. XVI. ubi Moſes Dei judicium in Core, ejuſque ſocios denuntiat, v. 30. Ἀλλ' ἢ ἐν φάσματι δείξει κύριος, καὶ ἀνοίξασα ἡ γῆ τὸ σόμα αὐτῆς καταπίεται αὐτοὺς, καὶ τοὺς οἴκους αὐτῶν, καὶ τὰς σκηνὰς αὐτῶν, καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν αὐτοῖς, καὶ καταβήσονται ζῶντες εἰς ᾅδου, καὶ γνώσεσθε ὅτι παρώξυναν οἱ ἄνθρωποι οὗτοι τὸν κύριον. Et iterum v. 32, & 33. Καὶ ἠνοίχθη ἡ γῆ, καὶ κατέπιεν αὐτοὺς, καὶ τοὺς οἴκους αὐτῶν, καὶ πάντας τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ὄντας μετὰ Κορὲ, καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν· καὶ κατέβησαν αὐτοὶ, καὶ ὅσα ἐστὶν αὐτῶν ζῶντα εἰς ᾅδου, καὶ ἐκάλυψεν αὐτοὺς ἡ γῆ, καὶ ἀπώλοντο ἐκ μέσου τῆς συναγωγῆς.

498. Μυνίτου] Non advertiſſe videntur priores Interpretes Ionicam eſſe hanc vocem, & pro Μονίτου poni; unde factum, ut *Munitum* Latine appellent. Euſtathius, Μόνιτος Ἰωνικῶς μετὰ τοῦ υ προφέρει ὁ Λυκόφρων.

504. Ἀκταίων.] Athenienſium, qui à veteri quodam rege Actæi dicebantur. Euſtathius in Perieg. v. 423. Ἀττικὴ δὲ ἡ κατὰ Ἀθήνας χώρα λέγεται * * ἀπὸ Ἀκταίωνος, ἢ ἀπὸ Ἀκταίου αὐτόχθονος· ἀφ' οὗ καὶ παρὰ Λυκόφρονι, Ἀκταῖοι οἱ Ἀττικοί.

516. Βεβρύκων] Bebryces Aſiæ populi erant, quos Strabo narrat à Thracibus oriundos eſſe, incoluerunt eam regionem, quæ poſtea Mygdonia, deinde Bithynia dicta eſt, ut refert Strabo lib. VII. & XII. Situm eorum exponit nobis Dionyſius Perieg. v. 805.

Χαλκηδόνες μὲν πρῶτα παρὰ σόμα γαῖαν ἔχουσι,
Οὐδας ἐς ἀντιπέρην Βυζάντιον εἰσορόωντες·
Βέβρυκας δ' ἐπὶ τοῖσι, καὶ οὔρεα Μυσίδος αἴης.

Item vetus Apollonii Scholiaſtes, Argon. lib. II. v. 2. Βεβρύκων βασιλῆος, τῶν Βεβρύκων ἐβασίλευσεν Ἄμυκος, τῆς Βιθυνίας τά τε ἄλλα κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, καὶ τὰ παραθαλάσσια κατεῖχον. κατῴκησαν δέ τινες τῶν Βεβρύκων καὶ περὶ τὴν Λυδίαν ἐν τοῖς πλησίον Ἐφέσου τε, καὶ Μαγνησίας τόποις. Χάρων δέ φησι καὶ τὴν Λαμψακηνῶν χώραν πρότερον Βεβρυκίαν καλεῖσθαι, ἀπὸ τῶν κατοικησάντων αὐτὴν Βεβρύκων. Etiam & omnes fere iſtius regionis partes videntur à Bebrycibus nomen ſumſiſſe, quod tamen poſtea exolevit. Idem Scholiaſtes loco citato addit, Τὸ δὲ γένος αὐτῶν ἠφάνισαν διὰ τοὺς συνεχεῖς πολέμους, καθάπερ καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν. A Phrygibus abolitum refert Strabo lib. XII. Et Plinius narrat ex Eratoſthene, *ex Aſia interiiſſe Solymorum, Lelegum, & Bebrycum gentes*, cum aliis quibuſdam, Nat. Hiſt. lib. v. cap. XXX. Quæ cauſa eſt, quod apud ſolutæ orationis Scriptores rara eorum mentio ſit, apud Poetas vero frequentior; nam clarus eſt in fabulis rex Bebrycum Amycus, quem narrant cum Polluce cæſtibus decertaſſe. Vide Apollonium loco citato, Theocritum Idyll. XXII. Virgil. Æneid. v. Valer. Flaccum Argon. IV. alioſque.

518. Ἀλκὴν ἄμικτοι] i. e. fortitudine incomparabiles, & ſupra communem hominum ſortem elevati. E contra hominem, qui nihil habet eximium, quo ſe à cæteris diſtinguat, Latini dicunt *unum è multis*. Plinius junior lib. I. Epiſt. III. *Si te poſſident, fœlix beatuſque es: ſin minus, unus ex multis.* Et Græci etiam eum oſtendere volunt aliquem nulla virtute eminere, inquiunt, Οὗτός ἐστιν ἐν πολλοῖς, i. e. hic inutilis eſt, & de communi grege porcus.

Ibid. Τὸν Ἄρης ἐφίλατο &c.] Periphraſtice expreſſit Homericum ἀρηΐφιλον.

520. Βία] Minervæ tribuitur hoc epitheton, quod belli Dea ſit; & idem valet, quod Σθενιάς, quo nomine coli apud Trœzenios hanc Deam prodidit in Corinthiacis Pauſanias.

521. Χειρώνακτες] i. e. manuum domini; ſive, qui artem exercent manualem. Suidas, Χειρῶναξ, τεχνίτης χειρῶν μόνον δικάζων· ἢ ὁ διὰ χειρῶν κατατριβόμενος· ἢ χειρώνακτες, διὰ χειρῶν πολλὰ ἐργαζόμενοι. Idem tradit Æſchyli Scholiaſtes, Prometheo v. 45. Χειρῶναξ, ὁ διὰ χειρῶν ἐργαζόμενος· ἢ ὁ τεχνίτης, ὁ χειρῶν μόνων δικάζων. Et Choeph. 759. Χειρωναξίαις, ταῖς διὰ χειρῶν ἐργασίαις.

525. Στέρξαι βαρεῖαν ἐμβολὴν] Minus neceſſaria eſt Canteri emendatio, qui pro σέρξαι reponere voluit σέξαι. Nam σέρξαι exp *ferre*, aut *ſuſtinere*. Sophocles initio Oedip. Tyr.

Δείσαντες, ἢ σέρξαντες ——

Quo loco etſi nonnulli legant σέξαντες, Scholiaſtes tamen uterque habent σέρξαντες, idque exp. παθόντες, & ὑπομείναντες.

526. Καναστραῖον] Canaſtra, vel Canaſtrum, erat promontorium in confinio Macedoniæ & Thraciæ ſitum, & à gigantibus habitatum. Phavorinus, Κάναστρα, ἀκρωτήριον μεθόριον Μακεδονίας καὶ Θρᾴκης, οὗ πλησίον ᾤκησαν οἱ γίγαντες. Strabonis Epitomator fine lib. VII. & Herodotus Polyhymn. cap. CXXIII. juxta Pallenen fuiſſe tradunt. Videatur etiam Stephanus, & Ptolemæus lib. III. cap. XIII.

527. Δυσμενῶν μοχλὸν] Hectorem *obicem* appellat, quia Trojam tuebatur, ut in eam Græci irrumpere non poſſent: vel, quoniam ipſos hoſtes, Achille iraſcente, in ſuis caſtris ita concluſit, ut prodire non poſſent; quo modo obex januam ne aperiatur obfirmat.

532. Γραικῶν ἄριστος] Ἄριστος idem hic valet ac ἀριστεὺς, non enim optimus Græcorum, ſed inter

optimates

Digitized by Google

optimates fuit Proteſilaus. Similiter Homerus vocat Diomedem ἄριστον Ἀχαιῶν, Iliad. [illegible] p. 430. ubi Euſtathius adnotat ἄριστον ſignificare poſſe τ ἁπλῶς ἀρεσία. Poſſet etiam Proteſilaus dici *optimus Græcorum*, id eſt, ſuorum ſociorum, qui erant ex Theſſalia oriundi, Græci enim primi dicti ſunt quidam Theſſaliæ populi; diſcimus enim ex Thucydide & Ariſtotele, Ἑλλάδα proprie dictam eſſe Theſſaliæ partem, in qua eſt Dodone, & Achelous fluvius; ibi igitur primum dicti ſunt Ἕλληνες, quos idem Ariſtoteles tradit prius Γραικοὺς appellatos fuiſſe.

536. Δρύμιος Δαίμων Περμανθεὺς Αἰθίοψ Γυράψιος] De Jove hæc interpretatur Tzetzes, & poſt eum Canterus: & poteſt ille Περμανθεὺς appellari, quod ab eo proveniat omnis divinatio, ut ſupra dictum, v. 6. Item Αἰθίοψ, ab Æthiopia regione: vel, quod interdum à Poetis pro æthere ſumatur, ut ait Euſtathius Odyſſ. α΄. Διὸς ἐπίθετον, Αἰθίοψ· ἴσως μὲν καὶ διά τι ἱστορικόν· ἴσως δὲ καὶ διότι φαίνεται μυθικῶς ἐπιχωριάζων τῇ Αἰθιοπίᾳ· οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ κατ᾽ ἀλληγορίαν οὕτω καλοῦσθαι αὐτὸν ὡς φανόν, παρὰ τὸ αἴθω, τὸ λάμπω· ἀφ᾽ οὗ καὶ ὁ αἰθὴρ Ζεύς. Eandem ob cauſam Γυράψιος nominabitur: quod nempe, æther ſit formæ orbicularis. Alii Apollini hæc nomina tribuunt, idque non immerito; nam paullo ante Poeta eum vocat Drymam. Περμανθεὺς etiam jure nominatur, qui vatum præſes eſt: Αἰθίοψ, qui Sol eſt, & ὄψιν habet αἴθουσαν· Γυράψιος etiam, qui formæ eſt orbicularis, & circularem motum circa terram noſtram quolibet die, & anno peragit. Adde, quod hic Deus, quicumque demum ſit, inter Dioſcuros & Apharidas *jurgium excitaſſe* dicatur in λέσχαις, hæ autem ſacræ erant Apollini, qui inde Λεσχηνόριος dicebatur, tradente Meurſio.

541. Θαλυσίαις λοιβαῖσι] Θαλύσια erant frugum primitiæ, quæ poſt meſſem, & vindemiam Diis, imprimis autem Cereri, & Baccho, offerebantur, quod ipſorum beneficio omnia bene viruiſſent, utque in poſterum bene revireſcerent. Etymologici Auctor, Θαλύσια, τὰς ὑπὲρ εὐθηνίας καὶ εὐφορίας τῶν καρπῶν διδομένας θυσίας μετὰ τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν τοῖς τε ἄλλοις θεοῖς, καὶ τῇ Δημήτρι. Hinc panis ex primitiis factus dicebatur θαλύσιος ἄρτος. Heſychius, Θαλύσιος ἄρτος, ὁ ἀπὸ τοῦ ἅλω πεπληρωμένος σεσιτευμένος. Idem porro ſacrificium συγκομιστήριον dictum, & celebratum fuit in pleriſque Græciæ urbibus, præcipue autem Athenis. Rem totam deſcripſit Euſtathius, cujus verba ulterioris explicationis loco apponam ex Iliad. ι΄. p. 680. Θαλύσια δὲ, αἱ ἀπαρχαί, ὡς περὶ ὀλίγον εἴρηται, ἤγουν αἱ μετὰ συλλογὴν τῶν καρπῶν διδόμεναι θεοῖς, ὑπὲρ τοῦ καὶ εἰς ἔπειτα θάλλειν τὰς ἀρούρας. τινὲς δὲ τῶν ῥητόρων καὶ συγκομιστήρια ταῦτα καλοῦσιν· ἅπαξ δ᾽ ἐνταῦθα κεῖται παρ᾽ Ὁμήρῳ ἡ λέξις· γίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ θάλλω θαλύω θαλύσω, ἐξ οὗ καὶ Θαλύσιος κύριον ὄνομα, ὡς δηλοῖ τὸ, Θαλυσιάδην Ἐχέπωλον. ἔτι δὲ καὶ θαλύσιος ἄρτος, ὁ ἐκ τῆς τῶν καρπῶν, φασὶ, συγκομιδῆς πεπληρωμένος γινόμενος. ἰστέον δὲ ὅτι ἐπὶ συγκομιδῇ καρπῶν, ἐφ᾽ ᾗ καὶ τὰ θαλύσια ἔθυον, ἑορτὴ ἤγετο Δήμητρος καὶ Διονύσου κατὰ Παυσανίαν, ἀλῶα (lege ἁλῶα, ex Heſychio, Harpocratione, &c.) καλουμένη, διὰ τὸ τὰς ἀπαρχὰς, καὶ μάλιστα ἐν Ἀθήναις, ἀπὸ τοῦ ἅλω τότε κατακομισθείσας φέρειν τοὺς εἰς Ἐλευσῖνα. ἢ ἐπεὶ, καθὰ καὶ Ὅμηρος ἐμφαίνει, ἐν ἀλωαῖς ἔπαιζον κατὰ τὴν ἑορτὴν, ἐν ᾗ Ποσειδῶνος ἦν πομπή· &c. Agebatur porro hoc feſtum menſe Poſideone, teſte Harpocratione. Porro nihil mirum, ſi θαλύσια Crago, i. e. Jovi, vel Apollini (mons enim Cragus utrique ſacer fuiſſe à nonnullis perhibetur) oblata fuerint, cum, ut prius dictum, omnibus Diis offerri ſolebant: de Diana mentionem facit Homerus loco citato, eamque Oeneo infenſam tradit, quod ipſam in his ſacrificiis neglexiſſet,

Καὶ γὰρ τοῖσι κακὸν χρυσόθρονος Ἄρτεμις ὦρσε,
Χωσαμένη ὅ οἱ οὔτι θαλύσια γουνῷ ἀλωῆς
Οἰνεὺς ῥέξ᾽, ἄλλοι δὲ θεοὶ δαίνυνθ᾽ ἑκατόμβας,
Οἴῃ δ᾽ οὐκ ἔρρεξε Διὸς κούρῃ μεγάλοιο.

549. Ἀλφὰς τὰς ἀνδρῶν] Hinc conſtat Veterum mos, quo ſponſi tenebantur ſponſarum patribus munera præbere, quod etiam in plagis Orientalibus factum teſtantur SS. Scripturæ Vet. Teſtamenti. Græci ſequiores hunc morem, ut barbarum, repudiarunt, teſte Ariſtotele, Polit. lib. II. cap. VIII. Τοὺς γὰρ ἀρχαίους νόμους λίαν ἁπλοῦς εἶναι, καὶ βαρβαρικούς· ἐσιδηροφοροῦντο γὰρ οἱ Ἕλληνες, καὶ τὰς γυναῖκας ἐωνοῦντο παρ᾽ ἀλλήλων. Poſtea, manſuetudine introducta, factum ut mulieres dote q. coemerent viros: hic tamen mos apud Lacedæmonios numquam erat receptus. Ælianus Var. Hiſt. lib. VI. cap. VI. Νόμος ἦν τοῖς Σπαρτιάταις γαμεῖν ἀπροίκους. Idem tradit Juſtinus, lib. III. cap. III. ubi de Lycurgo, legum Spartanarum conditore, verba habet: *Virgines ſine dote nubere juſſit, ut uxores eligerentur, non pecuniæ; & ſeverius matrimonia ſua viri coercerent, quum nullis dotis frænis tenerentur.* Plura in hanc rem qui videre volet, Archæologiam noſtram adeat.

552. Φηραίους] Pheræ urbs eſſe videntur in confinio Laconicæ, & Meſſenicæ ſita: quæ cauſa eſt, cur interdum huic, interdum illi tribuatur. Pauſanias Meſſenicæ adſcribit, initio Meſſenic. de Homero loquens, Τοῦ γὰρ Ὀρτιλόχου τὸν οἶκον ἐν τῇ Μεσσήνῃ πόλισμα εἴρηκε τὰς Φηράς· καὶ τόδε ἐξηγήσατο αὐτὸς ἐν τῇ Πεισιστράτου παρὰ Μενέλαον ἀποδημίᾳ,

Ἐς Φηρὰς δ᾽ ἵκοντο Διοκλῆος ποτὶ δῶμα,
Υἱέος Ὀρτιλόχοιο. ———

Homeri locus extat haud procul à fine Od. γ΄. ubi Euſtathius Laconiæ hanc urbem adponit: Ὅτι Φηραὶ μὲν, πόλις Θεσσαλίας, (lego πόλις Θεσσαλίας) Φεαὶ δὲ, Ἠλιδος, αἱ καὶ Φειαί, Φηραὶ δὲ τῆς Λακωνικῆς· εἰς ταύτας ἵκοντο &c. p. 142.

559. Ἀμυκλαίων] i. e. Laconicorum; nam Amyclæ erant centum veteris Laconiæ urbium una, & regia Tyndari, condita ab Amyclo, Lacedæmonis filio. Hinc Amyclæi dicti Lacones quivis; Dionyſ. Perieg. ubi de Tarento loquitur, v. 377.

Ἥν ποτ᾽ Ἀμυκλαίων ἐπολίσσατο καρτερὸς Ἄρης.

Tarentum enim à Spartanis conditum fuit. Idem v. 213. Cyrenæos, quod Laconicæ eſſent originis, vocat

——— Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν.

561. Σκιαστής] Poteſt hoc nomen à quadam Arcadiæ regione ſumi: quod ſi inter Laconas celebretur, ut ait Tzetzes, Σκιαστὴς mihi dictus videbitur Apollo, quod ſit muſicæ Deus; nam

Digitized by Google

σιαὶς Laconibus eſt φίδιτον. Phavorinus, Σιαὶς, τὸ φίδιτον ἐκαλεῖτο τῶν Λακεδαιμονίων, κτ̄ τὴν ἀρχαίαν φωνὴν.

Ibid. Τιλφώσιος] Telphuſa eſt Arcadiæ urbs. Sin leges Τιλφούσιος, hoc nomine à Bœotis coli Apollinem, & templum habere juxta Tilphoſſam fontem, & montem Tilphoſſum, prodidit Strabo lib. IX. Παρεπίδημοι γοῦν τὴν Τιλφῶσσαν, κρήνην ὑπὸ τῷ Τιλφωσσίῳ ὄρει, ῥέουσα πλησίον Αλιάρτε καὶ Αλαλκομενῶν, ἐφ' ᾗ τὸ τῦ Τειρεσίε μνῆμα. αὐτῦ δὲ καὶ τὸ Τιλφωσσίε Απόλλωνος ἱερόν. Si cum Cantero legere malis Τιλφώσιος, Tilphuſii urbis meminit idem Auctor, loco citato.

569. Αλλων δ' ἄπλαϛον νέφος] i. e. ingentem multitudinem. Sic Homerus,

——— νέφος εἵπετο πεζῶν.

Et Euripides in Hecuba v. 907.

——— τοῖον δ' Ἑλ-
λάνων νέφος ἀμφί σε καλύπτει.

Eandem metaphoram habent Sacræ Literæ, Epiſt. ad Hebr. cap. XII. v. 1. Τοιγαροῦν ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων.

571. Εν νήσῳ.] Delo. Huc Euſtathius reſpexit in Odyſſ. ζ'. ad hunc verſum,

Δήλῳ δή ποτε τοῖον Απόλλωνος παρὰ βωμῷ.

Εἰς δὲ τὴν Δῆλον (inquit) ὅτι παρέβαλον οἱ Ελληνες εἰς Τροίαν πλέοντες, καὶ ὁ Λυκόφρων ἱστορεῖ.

574. Κυνθίαν σκοπιὰν] i. e. Cynthum, Deli inſulæ montem. Strabo lib. X. Η μὲν ἦν Δῆλος ἐν πεδίῳ κειμένην ἔχει τὴν πόλιν. Deinde, ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως ὄρος ὑψηλὸν ὁ Κύνθος, καὶ τραχύ. Unde Ariſtophanes vocavit ὑψικέρατα πέτραν, nam κέρατα montes, ſeu promontoria ſignificant, Nub. Act. 1. Sc. ult.

—— Κυνθίαν ἔχων
Υψικέρατα πέτραν.

Ubi Scholiaſtes, Κυνθίαν ἔχων· περιφραστικῶς τὸν Κύνθον· ἔστι δὲ ὄρος Δήλε ὁ Κύνθος. Meminit etiam Virgilius, & Dianæ choris celebrem fuiſſe ait, Æneid. I. 502.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros. ———

Hoc in monte Latona dicitur Apollinem & Dianam peperiſſe; unde ille *Cynthius*, hæc *Cynthia* paſſim à Poetis nominatur.

575. Ινωπῦ πύλας Αἰγύπτιον &c.] Inopus exiguus fluvius Delum præterfluens, ut tradit Geographus, loco jam citato; Ποταμὸς δὲ διαῤῥεῖ τὴν νῆσον Ινωπὸς, οὐ μέγας, καὶ γὰρ ἡ νῆσος μικρά. Porro quod Inopus è Tritone, ſeu Nilo, dicatur originem trahere, teſtatur etiam Strabo lib. VI. Φέρονται δ' ὑπὸ γῆν ποταμοὶ πολλοί, καὶ πολλαχοῦ τῆς γῆς, ἀλλ' ἐκ ἐπὶ τοσοῦτον διάστημα. Deinde, cum Inachum dixiſſet ſecundum Veterum opinionem per multas regiones ſub terra latitantem, demum in apricum ſe proferre, addit, Επιτείνουσι δὲ τὴν τοιαύτην τερατολογίαν, οἱ τὸν Ινωπὸν εἰς Δῆλον ἐκ τῦ Νείλε περαιοῦντες. Idem tradit Pauſanias in Corinthiacis, ubi cum narraſſet Aſopum fluvium ex Phrygia & Caria in Peloponneſum devolvi, addit, Οἶδα δὲ καὶ Δηλίων τοιαῦτα ἀκούσας, ὅτι περ ὕδωρ, ὃ καλοῦσιν Ινωπὸν, εἶναί σφισιν ἐκ τῦ Νείλε. Cauſa hujus fabulæ videtur fuiſſe, quod Inopus eodem tempore, quo Nilus, incrementum capiat, ut nos docuit Callimachi Scholiaſtes, Hymno in Dianam, v. 17.

Ηνίκα δ' νύμφαι σε χορῷ ἔνι κυκλώσωνται
Αγχόθι πηγάων Αἰγυπτίε Ινωποῖο.

Ubi Scholiaſtes, Ινωπὸς, ποταμὸς Δήλου· Αἰγύπτιος δὲ διὰ τὸν Νεῖλον, ὅτι αὐτὸς ἐκεῖ πλημμυρεῖ. Idem innuit ipſe Callimachus, Hymno in Delum, v. 206.

Ιζετο δ' Ινωποῖο παρὰ ῥόον, ὅν τε βάθιστον
Γαῖα τότ' ἐξανίησιν, ὅτε πλήθοντι ῥεέθρῳ
Νεῖλος ἀπὸ κρημνοῖο κατέρχεται Αἰθιοπῆος.

Idem tradit Plinius Nat. Hiſt. lib. II. cap. CIII. *Et in Delo inſula Inopus fons eodem, quo Nilus, modo, ac pariter cum eo decreſcit, augeturque.*

579. Ερπιν.] Vinum, Ægyptiorum lingua. Euſtathius in Odyſſ. ι' citans è Sapphone, Ερμᾶς δ' ἑλὼν ὄλπιν, θεοῖς ᾠνοχόησεν· addit: ἔστι δὲ ἔρπις Αἰγυπτιστὶ, ὁ οἶνος· καθὰ καὶ ὁ Λυκόφρων οἶδεν

586. Κηφεὺς δὲ, καὶ Πράξανδρος.] Cum ſoleat Lycophron heroas variis circumlocutionibus deſcribere, hos duos propter eorum obſcuritatem ſuis nominibus appellat.

588. Γόλγων ἀνάσσης] i. e. Veneris, cui ſacri fuere Golgi, Cypri urbs. Unde de hac Dea Theocritus,

Δέσποιν', ἃ Γολγώς τε, καὶ Ιδάλιον ἐφίλασας.

Et Catullus, ut aliorum teſtimonia omittam,

Quæque Ancona, Cnidumque arundinoſam
Colis, quæque Amathunta, quæque Golgos.

590. Ωλένε] Olenus Achaiæ urbs erat, dicta ab Oleno, Jovis & Anaxitheæ, vel Vulcani filio. Hoc in loco nutritum ferunt Jovem lacte Amaltheæ capræ, quam hinc *Oleniam* vocant.

591. Δύμης τε Βυραίων &c.] Dyme urbs erat Achaïæ ultima verſus occaſum, tradente Stephano. Bura etiam erat Achaïæ urbs, in ſinu Corinthiaco ſita, & hiatu terræ; vel, ut alii, mari abſorpta. Unde Ovidius, Metam. XV.

Si quæras Helicen & Buran, Achaidas urbes,
Invenies ſub aquis: & adhuc oſtendere nautæ
Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.

Porro emendandus hinc Stephanus, qui Lycophronis hunc verſum citavit in voce Βῦρα. Βῦρα (inquit) πόλις Αχαΐας· τὸ ἐθνικὸν, Βυραῖος. Λυκόφρων,

Δύμη τε Βυραίνων ἡγεμὼν στόλε.

592. Αργυρίππων] Argyrippa urbs erat Apuliæ Dauniæ, juxta Ionium ſinum, à Diomede condita, vel, ut ait Stephanus, mœnibus cincta: Αργυρίππα, πόλις τῆς Δαυνίας, κτ̄ τὸν Ιόνιον κόλπον. Λυκόφρων,

Ο δ' Αργυρίππων Δαυνίων παγκληρίαν.

Αὕτη Λάμπη ἐκαλεῖτο. Διομήδης μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Ιλίε ἐτείχισεν, καὶ μετωνόμασεν Αργος Ιππιον. Poſtea, facta contractione, Argyrippe nominabatur, poſtremo Arpi, tradente Strabone lib. VI. Εκαλεῖτο δ' ἐξ ἀρχῆς Αργος ἵππιον, εἶτ' Αργυρίππα, εἶτα νῦν Αρποι. Idem alii tradunt. Nequaquam igitur placet Salmaſii opinio, qui nomen Αργος verſum putavit in Αρπος, γ in π mutato, cum Bœoti γ in β mutent, pro γυναῖκες proferentes βανῆκες, π vero pro γ ſæpe à Latinis reddatur, ut, βαβαὶ *papæ*, Κάναβος *Canopus*. Sed Αρποι, non Αρπος, dicebatur hæc urbs, teſte Strabone: & ſi concedamus *Arpos* ei nomen fuiſſe, nihil non credent profecto, qui tradunt Italos à Bœotis urbium ſuarum nomina petiiſſe.

593. Φύλαμον] Urbem hanc, ſeu potius fluvium

in

in Daunia fuiſſe credo, dura enim eſt Meurſii conjectura.

598. Ἐλλόπων] Ἔλλοπες dicuntur piſces παρὰ τὸ ἐλλείπεσθαι τῆς φωνῆς, ut tradunt Grammatici. Huc alluſit Æſchylus in Perſis, cum de piſcibus ait,

——— ἀναύδων παίδων
Τᾶς ἀμιάντου ———

599. Φερώνυμον νῆσον &c.] i. e. inſulam Diomedis, quam incoluiſſe feruntur aves Diomedeæ. Stephanus, Mela lib. II. cap. VII. Solinus cap. VIII. & Dionyſius v. 483. unicam ſtatuunt Diomedis inſulam: Strabo duas numerat, eaſque collocat circa Garganum, Apuliæ promontorium, & huic conſentit Plinius lib. III. cap XXVI. Ptolemæus vero quinque poſuit lib. III. cap. I. Euſtathius in Perieg. v. 483. cum ex quorundam ſententia dixiſſet duas eſſe Diomedis inſulas, quarum unius, quæ habitabatur, meminit Dionyſius, addit: Τὴν δὲ ἐρήμην, εἶναι, ἐν ᾗ καὶ τὸν Διομήδην ἀφανισθῆναι λέγουσι, καὶ τοὺς ἑταίρους ἐκεῖ ἀπορνιθωθῆναι, ὡς καὶ ὁ Λυκόφρων φησίν.

601. Ἀγχιπλαγκτήσουσιν ἐμπίδων &c.] Plenam harum avium deſcriptionem, quæque magna ex parte cum Lycophrone convenit, reliquit Plinius lib. X. cap. XLIV. *Nec Diomedeas prætaribo aves: Juba cataractas* (lego *catarractas*) *vocat, eis eſſe dentes, oculoſque igneo colore, cætero candidas tradens: duos ſemper iis duces; alterum ducere agmen, alterum cogere. Scrobes excavare roſtro, inde crate conſternere, & operire terra, quæ ante fuerit egeſta; in his fætificare. Fores binas omnibus ſcrobibus; orientem ſpectare, quibus exeant in paſcua; occaſum, quibus redeant. Alvum exoneraturas ſubvolare ſemper & contrario flatu. Uno hæ in loco totius orbis viſuntur, in inſula, quam diximus nobilem Diomedis tumulo atque delubro, contra Apuliæ oram, fulicarum ſimiles. Advenas barbaro clangore infeſtant, Græcis tantum adulantur, miro diſcrimine, velut generi Diomedis hoc tribuentes; ædemque eam quotidie, pleno gutture madentibus pennis perluunt, atque purificant: unde origo fabulæ, Diomedis ſocios in eorum effigies mutatos.* Strabo etiam, libro ſexto, narrat eos infeſtos eſſe improbis, erga probos vero mites ſe præbere: Ἐν δὲ τῇ πλησίον θαλάττῃ δύο νῆσοι Διομήδειαι προσαγορευόμεναι, ὧν ἡ μὲν οἰκεῖται, τὴν δ' ἐρήμην φασὶν εἶναι· ἐν ᾗ καὶ τὸν Διομήδην μυθεύουσιν ἀφανισθῆναί τινες, καὶ τοὺς ἑτέρους (legendum procul dubio ἑταίρους) ἀπορνιθωθῆναι, καὶ δὴ καὶ νῦν διαμένειν ἐκ μέρους, καὶ βίον τινὰ ζῆν ἀνθρώπινον, τάξει τε διαίτης, καὶ τῇ πρὸς ἀνθρώπους ἡμερότητι τοὺς ἐπιεικεῖς, ἀπὸ δὲ τῶν κακούργων καὶ μιαρῶν φυγῇ. Aliorum teſtimonia omitto. Huc reſpexit Homeri vetus Interpres Iliad. ε'. v. 412. Μετὰ ταῦτα δὲ ἀπῆρεν (ὁ Διομήδης εἰς Ἑσπερίαν· καὶ παραλαβὼν λέγεται παρὰ Δαύνε τόπους τινὰς εἰς κατοικισμόν. Καὶ τέλος, ἀπορνίθων αὐτοῦ τῶν ἑταίρων. καὶ λεμαντάντων, τούτους μὲν Ἀθηνᾶν εἰς ἐρωδιοὺς μεταμορφῶσαι· τὸν Διομήδην δὲ ἐνταῦθα καταστρέψαι τὸν βίον. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Λυκόφρονι.

606. Κόλπον ἰαυθμοὺς ἰθάδας διζήμενοι.] Ἠθάδας διὰ τοῦ η ψιλοῦ, καὶ ἰθάδας διὰ τοῦ ἦτα, ὡς καὶ Λυκόφρων δηλοῖ ἐν τῷ, Ἰαυθμοὺς ἰθάδας διζήμενοι. ἔνθα ὅρα τὸ ἰαυθμοὺς, οὗ θέμα ἰαύειν, τὸ διατρίβειν, ἐξ οὗ καὶ ἐνιαυτός, ὁ μὴ ἀκαριαῖος, ἀλλὰ πολὺν ἔχων χρόνον. οἱ δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑπνοῦν λέγεται ποτὲ τὸ ἰαύειν, διατρίβειν ὕπνῳ σημαίνει, καὶ οὐ τὸ ἁπλῶς ὀλίγον ὕπνον· inquit Euſtathius in Odyſſ. ξ'.

610. Τροιζηνίας] Trœzen urbs eſt in extremis Peloponneſi finibus ſita, qua Atticam ſpectat, ut tradit Euripidis Scholiaſtes in Hippolyt. v. 29. Τροιζὴν τὸ πέλας ἐστὶ τῆς Πελοποννήσου, ἀντικειμένη τῇ Ἀττικῇ, καὶ τῷ Γλαυκωπεῖ ὄρει τῆς Ἀττικῆς. Et ipſe Euripides, ejuſdem Tragœdiæ v. 373.

Τροιζήνιαι γυναῖκες, αἳ τόδ' ἔσχατον
Οἰκεῖτε χώρας Πελοπίας προνώπιον.

Porro in hae urbe, vel, ut alii, in Acropoli Athenienſi Venus Trœzenia templum habuit à Phædra dicatum, cum capta eſſet amore Hippolyti, qui apud Trœzenios degebat. Euripides in eadem Tragœdia v. 29.

Καὶ πρὶν μὲν ἐλθεῖν τήνδε γῆν Τροιζηνίαν,
Πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος, κατόψιον
Γῆς τῆσδε ναὸν Κύπριδος ἐγκαθίσατο,
Ἐρῶσ' ἔρωτ' ἔκδημον· Ἱππολύτῳ δ' ἔπι
Τὸ λοιπὸν ὠνόμαζεν ἱδρύσθαι θεάν.

Quinetiam urbs hæc Veneri erat ſacra, Neptuno item, & Apollini, & ab his omnibus nomina habuit. Stephanus, Τροιζὴν, πόλις Πελοποννήσου, ἀπὸ Τροιζῆνος τοῦ Πέλοπος· ἐκαλεῖτο δὲ Ἀφροδισιάς, καὶ Σαρωνίας καὶ Ποσειδωνιάς, καὶ Ἀπολλωνιάς, &c.

620. Δηοῦς] Δηὼ apud Poeтas frequenter dicitur Ceres: Apollonius, de Drepano loquens, lib. IV. v. 986.

——— οἱ δὲ ἑ Δηοῦς
Κλείουσι χθονίης καλαμητόμον ἔμμεναι ἅρπην,
Δηὼ γὰρ κείνῃ ἐνὶ δή ποτε νάσσατο γαίῃ.

Hinc Proſerpina Deoïs dicta, quod Cereris eſſet filia: Ovidius Metam. VI.

Mnemoſynen paſtor varius Deoïda ſerpens.

Cauſam reddit Euſtathius, Δηώ, ἤτοι Δημήτηρ, ἥ, φασιν, ἁρπαγείσης αὐτῇ τῆς θυγατρὸς Περσεφόνης, περιῄει ζητοῦσα, καὶ ὡς ἔλεγε συχνὰ ἐκ τοῦ ἐνθυμουμένη Δήεις, τουτέστιν εὑρήσεις, ἐκλήθη ἐντεῦθεν Δηώ.

621. Τιθαιβώσσοντες] Huc reſpexit Etymologici Auctor, Τιθαιβώσσοντος· Λυκόφρων· ἐπιμελείας ἀξιοῦντος· κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν μελισσῶν λέγεται, παρὰ τὸ τιθέναι τὴν βόσιν.

631. Ἰοῦς χεῦμα πόρον] i. e. mare Ionium; mare enim κοῖλον, i. e. profundum, dici ſolet. Apollonius,

Πετρῆεν κατὰ πορθμὸν κοίλης ἁλός. ———

Nomen habuit ab Inachi filia. Euripidis Scholiaſtes Hippolyt. v. 736. Ἐν τῷ Ἀδρίᾳ ἡ Ἰὼ εἰς βοῦν μεταβληθεῖσα διὰ βούλησιν Ἥρας, διεπέρασε τὸ ἀπὸ αὐτῆς Ἰόνιον πέλαγος κληθέν. Et Sophoclis Scholia vetera Electr. v. 5. Ἡ δὲ Ἥρα μὴ κατέχουσα ζηλοτυπίαν, εἰς μανίαν αὐτὴν (τὴν Ἰὼ) ἐνέβαλεν· ἡ δὲ ὑπὸ τῆς μανίας ἐλαυνομένη τὸ Ἰόνιον διεπέρασε πέλαγος, ἀφ' ἧς καὶ Ἰόνιον ὠνομάσθη. Euſtathius in Perieg. v. 92. Λέγεται δὲ Ἰόνιον, ὡς καὶ τῷ Λυκόφρονι δοκεῖ, καὶ τῷ Αἰσχύλῳ (Prometh. v. 839) ἀπὸ τῆς Ἰοῦς· διενήξατο γὰρ ἐκείνη βοῦς γενομένη κἀνταῦθα. Οἱ δὲ φασὶν ἀπὸ Ἰόνος ἀνδρὸς Ἰταλοῦ, ἢ ἀπὸ Ἰονίου ἀνδρὸς Ἰλλυρικοῦ. Ionium porro mare dicitur, non quod Ioniam alluit, Aſiæ minoris regionem, ſed quidquid aquarum Siciliam inter & Græciam eſt, ad uſque promontorium Epiri Aeroceraunium, ubi Adriaticum incipit.

633. Χοιράδας] i. e. inſulas; nam petræ nomen

 haud

haud raro inſulis, & montibus applicari ſolet. Juvenalis Sat. XIII. v. 246.

Aut maris Ægæi rupem, ſcopuloſque frequentes.
Exſulibus. ———

i. e. Ægæi maris inſulas, ad quas relegabantur Romanorum plurimi. Et Virgil. Ecl. VIII. v. 6.

Tu mihi, ſeu magni ſuperas jam ſaxa Timavi.

i. e. duas inſulas ad oſtia Timavi ſitas. Adde, quod hæ inſulæ erant petris fere inacceſſibiles, tradente Strabone lib. III. Χοιραδώδεις δὲ εἰσὶ (Γυμνήσιαι) κατὰ τὰ ςόματα, ὥςε προσοχῆς δεῖν τοῖς εἰσπλέουσι. Sophocles Parnaſſum montem vocavit πέτραν. Antigon. 1243.

Σὲ δ' ὑπὲρ διλόφου πέτρας
Στέροψ ὄπωπε λιγνύς.

Seneca autem Gyradas petras, à quibus Neptunus Ajacem dejecit, *montem* vocavit, Agamemn. v. 547.

Tridente rupem ſubruit pulſam pater
Neptunus, imis exſerens undas vadis,
Solvitque montem, quem cadens ſecum tulit.

Ibid. Γυμνήσιαι] Gymneſiæ ſunt inſulæ duæ ad Iberiam ſitæ, & *Baleares* vulgo dictæ; harum una major, unde *Majorca*; altera minor, unde *Minorca* appellata eſt. Gymneſiæ dictæ ſunt, quod earum incolæ γυμνοὶ, i. e. nudi, incederent, nec veſtibus utentes, nec calceis, ut innuere videtur Poeta noſter. Vel, quod Bœoti, facto naufragio, nudi illuc appulerint, ut tradit, præter Scholiaſten noſtrum, Euſtathius in Dionyſ. v. 457. quo loco, hunc Lycophronis verſum laudavit. Probabilior tamen videtur Salmaſii ratio, qui putavit Gymneſias, & Baleares ob eandem plane rationem dictas eſſe; Baleares enim vocantur ἀπὸ τοῦ βάλλειν, i. e. ab emittendis è funda lapidibus, quia funditores erant optimi in his inſulis; unde Latini verbum antiquum *balio* habuere: Gymneſiæ vero nominantur à γυμνῆτες, quæ vox teſte Heſychio, denotat τοὺς σφενδονιςὰς, quoniam hi γυμνοὶ, ſeu leviter armati, &, ſi cum cataphractis comparentur, fere nudi pugnabant. Hunc porro Lycophronis locum laudavit Stephanus, Γυμνήσιαι, δύο νῆσοι περὶ τὴν Τυρσηνίδα· οὐχ, ὥς τινες, μία· Λυκόφρων,

Οἱ δ' ἀμφικλύςους χοιράδας Γυμνησίας
Σισυρνοδῦται καρκίνοι πεπλωκότες,
Αχλαινον ἀμπρεύσουσι νήλιπον βίον.

634. Σισυρνοδῦται καρκίνοι] Huc reſpexit Etymologici Auctor, Σισύρνα ἐςὶ παχὺ περιβόλαιον, ἢ δερμάτινον ἱμάτιον. Λυκόφρων, Σισυρνοδῦται καρκίνοι.

635. Αμπρεύσουσι νήλιπον βίον] Αμπρον eſt lignum illud, quod jumentorum cervicibus imponitur: vel helcium, ſeu funis per juga tentus, ad quem jugatis bobus, onera curribus impoſita trahuntur, ut tradunt Etymologici Auctor, Suidas, & Heſychius. Euſtathius hunc Lycophronis locum præ oculis habuit, Commentario in Iliad. ζ'. p. 476. Ξύλινα δὲ ἀμφότερα, ὁ ζυγμός τε, καὶ ὁ ἱςοβοεὺς, τὸ μὲν τοι ἄμπρον, ἐξ οὗ παρὰ Λυκόφρονι τὸ ἀμπρεύειν, ὃ τοιοῦτόν ἐςιν· ἄμπρον γάρ φασι σχοινίον, ᾧ ἕλκοντο ἀντὶ ζυμοῦ μέσῳ τετμημένῳ τῶν ἑλκόντων ζώων. Hinc ἀμπρεύειν de iis dicitur, qui vitam ægre trahunt, more jumentorum τῷ ἄμπρῳ προσδεδεμένων. Phavorinus, [...]ρεύειν, ὁ μὲν Καλλίμαχος κυρίως ἐπὶ τοῦ ἕλκειν ἔλαβε τὴν λέξιν, ἄμπρον γὰρ τὸ σχοινίον· ὁ δὲ Λυκόφρων, ἐπὶ τοῦ [...] ὑποζυγίου [...]

636. Τετρώλοις δικώλοις σφενδόναις ὡπλισμένοι] Huc reſpexit Euſtathius, Commentario in Περιηγητὴν v. 457. ubi de his inſulis loquitur, Λέγονται δὲ σφενδονᾶν οἱ ἐν αὐταῖς, ὡς καὶ Λυκόφρων ἱςορεῖ, σφενδόνας ἀνὰ τρεῖς ἔχοντες ἐν τῇ κεφαλῇ. Alii tamen tradunt, harum fundarum unam à collo pendere, alteram accinctos fuiſſe, tertiam manu tenuiſſe.

637. Ων αἱ τεκοῦσαι &c.] Hujus hiſtoriæ etſi plura occurrant teſtimonia, unum tamen apponam, idque ex Lucii Flori lib. III. cap. VIII. *Tribus quiſque fundis præliatur, certos eſſe quis miretur ictus, cum hæc ſola genti arma ſint, id unum ab infantia ſtudium? cibum puer à matre non accipit, niſi quem ipſa monſtrante percuſſit.* Hinc *funda Balearica* apud omnes fere Scriptores nota. Ovidius Metam. II. v. 727.

Non ſecus exarſit, quam cum Balearica plumbum
Funda jacit: volat illud, & incandeſcit eundo,
Et quos non habuit, ſub nubibus invenit ignes.

640. Ναςὸν] Ad hunc locum reſpexit Etymologici Auctor, Ναςὸς, ὁ πεπλησμένος ἄρτος, ὁ μεςὸς πλήρους (lege μεςὸς, πλήρης) καὶ μὴ ἔχων τι κῦφον· ἀπὸ τοῦ νάσσεσθαι ἀρτύμασιν, ἢ πράγμασί τισι. Λυκόφρων,

Οὐ γάρ τις αὐτῶν ψαύσεται πύρνον γνάθῳ
Πρὶν ἂν κρατίςῃ ναςὸν εὐςόχῳ λίθῳ.

νῦν ἐπὶ ἄρτου κριβανωτοῦ εἴρηκε· ναςὸς δὲ, κυρίως ὁ πλακοῦς ὁ μετὰ σεμιδάλεως πεποιημένος καὶ πυκνός.

644. Αρνης παλαιᾶς γέννα, Τεμμίκων πρέμνοι] Arne Bœotiæ urbs, Temmices antiquus Bœotiæ populus erant, teſte Stephano, qui verſum hunc bis citavit: Αρνη, (inquit) πόλις Βοιωτίας Ομηρος,

Οἵ τε πολυςάφυλον Αρνην ἔχον. ———

Καὶ Λυκόφρων,

Αρνης παλαιᾶς γέννα Τεμμίκων πρέμνοι.

Poſtea Chæronea dicta, ab ejus inſtauratore Chærone, Apollinis filio. De Temmicibus porro Stephanus, Τέμμιξ, ἔθνος πρῶτον οἰκῆσαν ἐν Βοιωτίᾳ· Λυκόφρων,

Αρνης παλαιᾶς γέννα, Τεμμίκων πρέμνοι.

Τὸ θηλυκὸν Τεμμικία, παρὰ τῷ αὐτῷ,

Ον Βομβυλεία κλιτὺς ἡ Τεμμικία.

645. Γραῖαν] Graiam dicit Tanagram, vel urbem ei vicinam: Euſtathius in Catalogo Navium, Γραῖα δὲ ἐςὶ, κατά τινας, ἡ καὶ Τάναγρα· ὧν οἱ πολῖται, Γραῖοι, καὶ Ταναγραῖοι, κατὰ δέ τινας, οὐκ εἰσὶν αἱ αὐταὶ, ὡς δηλοῦσιν ὅ, τε γράψας ὡς Τάναγρα πόλις Βοιωτίας, ἣν Ομηρος Γραῖαν καλεῖ, διὰ τὸ παλαιὸν εἶναι, καὶ οἱ ἱςοροῦντες ὅτι Ταναγραῖοι οὐκ ἐςράτευσαν εἰς Τροίαν, ὡς καὶ Εὐφορίων,

Οἳ πλόον ἠρνήσαντο, καὶ ὅρμους αἰγιαλοῖο.

Εκαλεῖτο δὲ ἡ Γραῖα, εἴτε καὶ ἡ Τάναγρα, καὶ Ποιμανδρία, ὡς κεῖται παρὰ Λυκόφρονι. Αριςοτέλης δὲ, φασὶ, Γραῖαν λέγει πρὸ νῦν Ωρωπόν· Τὸ δὲ τῆς κλήσεως αἴτιον ἀπὸ Γραίας τῆς Μελιδέωνος. Στράβων δέ φησιν ὅτι Γραῖα, τόπος πλησίον Ωρωποῦ, ἔνθα ἱερὸν Αμφιαράου &c. Cæteræ porro urbes, quas heic enumeravit Poeta, ad Bœotos pertinebant, & à Geographis memorantur. In *Tegyra* Apollo oraculum habuit, ibique à nonnullis natus credebatur, tradente Stephano, unde *Tegyræus* dictus eſt. *Oncheſtus*, teſte Pauſania,

ſania, nomen habuit ab Oncheſto, ſilio Neptuni, cui Deo ſacra fuit; ſita autem erat non procul à lacu Copaide, & in Strabonis tempore, ut ipſe tradit, ſedes fuit concilii Amphictyonici. *Thermodon*, quem hoc in loco vult Poeta, non erat celebre illud Amazonum flumen, ſed torrens quidam in Bœotia, docente Pauſania in Bœoticis.

648. Σύρτιν καὶ Λιβυστικὰς πλάκας] Ulyſſes primum erravit in mari Libyco, ubi duæ ſunt Syrtes periculoſiſſimæ; quarum unam, quæ Carthagini propinquior erat, *minorem* vocabant, & hæc CCC. M. paſſuum ambitum habuit; alteram, quæ in Cyrenaicam vergebat, habuitque circuitum DCXXXV. M. paſſuum, *majorem*.

649. Πορθμοῦ Τυῤῥηνικοῦ] Mare Tyrrhenum, vel Tuſcum, alluit Tyrrheniam, ſeu Tuſciam, quæ meridionalis eſt Italiæ pars, unde etiam *Inferum* dici ſolebat.

650. Μιξοθηρος] i.e. Scyllæ, cujus fabula vel imperitiſſimis nota. Simili porro ratione Chironem Centaurum Ovidius dixit *ſemiferum*, Metam. II. v. 633.

Semifer interea divinæ ſtirpis alumno
Lætus erat. ———

652. Τοῦ στερφοπέπλου &c.] Huc reſpexit Phavorinus, Στιρφοπέπλου παρὰ Λυκόφρονι, τοῦ λεοντῆν ἐνδεδυμένου· στέρφος γὰρ τὸ λέοντος δέρμα. Item Etymologici Auctor in v. Στέρφος. Στιρφόπεπλος (inquit) ὁ Ἡρακλῆς, διὰ τὸ δέρμα τοῦ λέοντος, ᾧ ἐχρῆτο ἀντὶ σκεβολαίου. λέγεται δὲ καὶ Σκαπανεὺς, διότι ἔσκαψε τοὺς κόπρους τῶν Αὐγέου βοῶν· Βουγαΐδας δὲ, διὰ τὰς Γηρυόνου βοῦς, Λυκόφρων.

663. Κηραμύντου] i. e. ἀλεξικάκου. Euſtathius in Odyſſ. δ'. agens de vocibus ἰσοδυνάμοις addit: ἐν οἷς καὶ ὁ ἀλεξίκακος καὶ ὁ κηραμύντης παρὰ Λυκόφρονι· ταὐτὸν γὰρ τὸ ἀλεξῆσαι κακόν τι, καὶ ἀναστρόφως εἰπεῖν, κῆρα ἀμύνειν. Etſi ἀλεξίκακος ſit paullo latioris ſignificationis quam κηραμύντης. Idem paullo ante finem Odyſſ. ξ'. Ἀλεξίκακος, ὁ κατὰ μετάληψιν καὶ κηραμύντης.

683. Ἀνδρῶν γυναικῶν εἰδότα συνουσίας] Similiter Ariſtophanes conjunctionem omiſit, Ran. Act. I. Scen. II.

——— καὶ θιάσους εὐδαίμονας
Ἀνδρῶν, γυναικῶν. ———

Et Sophocles in Antigon. v. 1195.

——— φανεῖ γὰρ ὁ μακροῦ χρόνου τελῶν
Ἀνδρῶν, γυναικῶν σοῖς δόμοις κακώματα.

Ubi vetus Scholiaſtes, Λείπει τὸ καὶ ἀνδρῶν γυναικῶν. Hunc ad locum reſpexit Euſtathius in Odyſſ. κ'. Τούτου (τοῦ Τειρεσίου) τὸ διγενὲς δηλοῖ σὺν ἄλλοις καὶ ὁ Λυκόφρων, παρ' ᾧ φέρεται τὸ, τὸν Τειρεσίαν
Ἀνδρῶν γυναικῶν εἰδέναι ξυνουσίας.
ὁποῖόν τινα καὶ τὸν Καινέα γενέσθαι φασί.

685. Καὶ φασγάνῳ προὔβλημα, νερτέροις &c.] Haud aliter apud Homerum, initio Od. λ'. Ulyſſes, & apud Virgilium Æneas gladios ſtringunt, ad fuganda ſpectra: in dæmonas enim, ſpirituſque ferrum magnam habere vim, eiſque ingentem timorem incutere credebant Poetæ veteres.

686. Πεμφίδων ὄπα Λεπτὴν, ἀμυδροῦ μάστακος προσφθέγμασιν] Similiter Virgil. Æneid. VI. v. 492.

——— *pars tollere vocem*
Exiguam. ———

Et Georgic. IV. 472.

Umbræ ibant tenues, ſimulacraque luce carentum.

Item Seneca, Oedip 597.

——— *convocat Ditis feri*
Exſangue vulgus: illico nebulæ leves
Volitant. ———

688. Γιγάντων νῆσος &c.] Nihil heic referam de variis locis, quos Typhoni, cæteriſque gigantibus impoſitos crediderunt Antiqui; ad præſens inſtitutum ſufficit, ut ſcias Pithecuſam Tyrrheni maris fuiſſe inſulam, ſolo concavo & ſulphureo, qualis eſt totus ille tractus, ignis etiam eruptionibus olim ſæpe infeſta, quo factum, ut Typhœo injecta diceretur: omnes enim loci, quibus ſubjecti Gigantes finguntur, igneis eruptionibus infeſtati fuiſſe videntur.

694. Βαίου δ' ἀμείψας τοῦ κυβερνήτου τάφον] Bajas vult, Campaniæ urbem, aquis calidis, locique amœnitate celebrem. Unde Horatius in Epiſt.

Nullus in orbe locus Bajis prælucet amœnis.

Nomen habuit à Bajo, Ulyſſis nauclero, teſte Silio Italico lib. XII. v. 114.

Primores adſunt Capuæ, docet ille tepentes
Unde ferant nomen Bajæ, comitemque dediſſe
Dulichiæ puppis ſtagno ſua nomina monſtrat.

Meminerunt & alii plures. Strabo lib. V. in Italiæ deſcriptione, Τὰς δὲ Βαΐας ἐπωνύμους εἶναι λέγουσι Βαΐου τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων τινός.

695. Κιμμερίων] Cimmerios aiunt circa Boſporum Cimmerium occaſum verſus habitaſſe, quam ob cauſam nonnullis videtur Homerus apud Inferos eos collocaſſe, ut ait Strabo Geogr. lib. III. Καθάπερ καὶ τοὺς Κιμμερίους εἰδὼς ἐν βορείοις καὶ ζοφεροῖς οἰκήσαντας τόποις τοῖς κατὰ τὸν Βόσπορον, ἵδρυσεν αὐτοὺς πρὸς τῷ ᾅδῃ. Sed non eſt de his Cimmeriis interpretandus Poeta; nam loca, quæ heic deſcribit, omnia ſunt in Italia: Cimmerios autem eam regionem habitaſſe, non longe ab Averno lacu, teſtem habemus Strabonem lib. V. ubi de Averno ſermonem habet, Καὶ τοῦτο χωρίον Πλουτώνιόν τι ὑπελάμβανον, καὶ τοὺς Κιμμερίους ἐνταῦθα λέγεσθαι. Euſtathius totam hujus rei rationem reddit, initio Odyſſ. λ'. Εἰσὶ δὲ, οἳ καὶ Εὐρωπαῖον ἔθνος ἐπέκεινα Ἰταλίας ἔχον ὑπονοοῦσιν, ὡς τὰ πολλὰ ζόφον, τοὺς Κιμμερίους ἱστόρησαν· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ αὐτοὺς ἐνόησαν λέγεσθαι ὑπὸ γῆν εἶναι καὶ ᾅδην, καὶ ζοφὴν ἔχειν ἡλίῳ ἀνεπισκόπητον. τινὲς δὲ αὐτόθι καὶ νεκυομαντεῖον ἱστόρησαν, εἰς ὃ τὸν Ὀδυσσέα φασὶν ἀφικέσθαι, καί τινα κόλπον Ἄορνον χωρίον Πλουτώνειον, περὶ οὗ προείρηται· κἀνταῦθα τοὺς Κιμμερίους οἰκίζουσι, λέγοντες τοὺς ἐκεῖ ἐν καταγείοις ἀργίλλαις οἰκεῖν, καὶ ὑπονόμων (mallem cum Strabone, ex cujus loco jam citato hæc verba deſumta ſunt, καὶ διά τινων ὀρυγμάτων) παρ' ἀλλήλους φοιτᾶν, καὶ ζῆν ἀπὸ μεταλλείας, καὶ μαντεύεσθαι· εἶναι δὲ πάτριον ἔθος αὐτοῖς, μηδένα τὸν ἥλιον ὁρᾶν, ἀλλὰ νυκτὸς ἐκπορεύεσθαι διὰ τῶν χασμάτων, &c. Alii dicunt montibus ita circumdatos, ut iis ſol vix umquam appareat.

Ibid. Ἀχερουσίαν] Acheruſia eſt cœnoſa maris Tyrrheni effuſio in regno Neapolitano prope Cumas. Strabo narrat Lucrinum lacum à nonnullis habitam fuiſſe, Ἔνιοι δὲ τοῦτον αὐτὸν (Λοκρῖνον) τὴν λίμνην εἶναι τὴν Ἀχερουσίαν φασίν. Ejuſque ſitus idem

idem arguit, nam Lucrinus ſinus extenditur uſque ad Bajas, ut ipſe tradit.

698. Ὀβριμοῦς τ' ἄλσος] Cur Obrimo vocetur Proſerpina, vide v. 1176. Proſerpinæ porro lucum dicit, quo circumdatus fuit Avernus, de quo paullo poſt.

Ibid. Κόρης] Notum eſt Coren nomen proprium fuiſſe Proſerpinæ, quod κόρη, ſeu filia, eſſet Cereris, quæ etiam Δηὼ dicta eſt, cum *inveniſſet τὴν κόρην*: nam plerumque tribuitur Proſerpinæ hoc nomen, cum utriuſque Deæ ſimul fit mentio. Suidas, & Phavorinus, Κόρη, ἡ Περσεφόνη· Δηὼ δὲ, ἡ Δημήτηρ.

699. Πυριφλεγές τε ῥεῖθρον] Acheruſiæ vicinum putabant Pyriphlegethontem. Strabo, Τόν τε Πυριφλεγέθοντα ἐκ τῶν θερμῶν ὑδάτων ἐτεκμαίροντο τῶν πλησίον τῆς Ἀχερουσίας. Et cæteros locos, quorum heic fit mentio, ſibi vendicant Cumæi, eorumque finitimi, ut teſtatur Strabo lib. I. Ἐπεί τε ἔπειτ' ἐποπτεὺς, ὁ συγγραφεὺς, Νεαπολίτας μὲν λέγειν μνῆμα Παρθενόπης τῆς Σειρῆνος, τοὺς δὲ ἐν Κύμῃ, καὶ Δικαιαρχίᾳ, καὶ Βεσβίῳ, Πυριφλεγέθοντα, καὶ Ἀχερουσίαν λίμνην, καὶ νεκυομαντεῖον τὸ ἐν τῷ Ἀόρνῳ, καὶ Βαΐον, καὶ Μισηνὸν, τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων τινάς. Huc reſpexit Euſtathius in Odyſſ. κ'. Λυκόφρων δὲ τὸν Πυριφλεγέθοντα, ὥσπερ καὶ τὸν Κωκυτὸν, Ἰταλικοὺς ἱστορεῖ ποταμοὺς, ἐκπίπτοντας τοῦ πολυδίγμονος ὄρους τούτου ὑψηλοτάτου ἐν τοῖς ἐκεῖ.

704. Λίμνην τ' Ἄορνον ἀμφιτορνωτὴν βρόχῳ] Ita vocat Avernum, quod præciſis rectiſſimiſque collibus, & ſilvis denſiſſimis, olim fere inacceſſis, & undique, præterquam in aditu, imminentibus, in orbem cingebatur, teſte Strabone: Περικλείεται δ' Ἄορνος ὀφρύσιν ὀρθίαις, ὑπερκειμέναις πανταχόθεν πλὴν τοῦ εἴσπλου, νῦν μὲν ἡμέρως ἐκπεπονημέναις, πρότερον δὲ συνηρεφέσιν ἀγρίᾳ ὕλῃ μεγαλοδένδρῳ καὶ ἀβάτῳ, αἳ κατὰ δεισιδαιμονίαν κατάσκιον ἐποίουν τὸν κόλπον. προσεμύθευον δ' οἱ ἐπιχώριοι καὶ τοὺς ὄρνεις τοὺς ὑπερπετεῖς γινομένους καταπίπτειν εἰς τὸ ὕδωρ, φθειρομένους ὑπὸ τῶν ἀναφερομένων ἀέρων, καθάπερ ἐν Πλουτωνίοις, &c. Eodem modo deſcripſit hunc lacum Ariſtoteles; Περὶ τὴν Κύμην τὴν περὶ Ἰταλίαν λίμνη ἐστὶν ἡ προσαγορευομένη Ἄορνος, αὕτη μὲν, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἔχουσά τι θαυμαστόν· περιέχεσθαι γὰρ λέγουσι περὶ αὐτὴν λόφους κύκλῳ, τὸ ὕψος οὐκ ἔλαττον τριῶν σταδίων, καὶ αὐτὴν εἶναι τῷ σχήματι κυκλοτερῆ, &c. Idem, ſed multo particularius, tradit Dion, Ἐν τῇ Κύμῃ τῇ Καμπανίδι (inquit) χωρίον τι μεταξὺ Μισήνου καὶ Ποτιόλων μηνοειδές ἐστιν· ὄρεσί τε γὰρ μικροῖς καὶ ψιλοῖς πλὴν βραχέων περιείληπται, καὶ θάλασσαν τεναγώδη κολπώδη ἔχει· ἡ μὲν ἔξω τε, καὶ πρὸς τῷ πολισίῳ ἐστίν· ἡ δ' ὀλίγῳ διαφυῇ ἀπ' αὐτῆς διείργεται· ἄλλη ἐν αὐτῷ τῷ μυχῷ ὁρᾶται· καὶ καλεῖται αὕτη μὲν Ἀορνὶς, ἡ δὲ μέση Λουκρηνίς. Hæc ſilva circa Strabonis tempora exciſa ab Agrippa, totaque iſta regio ædificiis occupata fuit. Porro ut Poeta noſter paludem hanc dixit ἀμφιτορνωτὴν βρόχῳ, ita Ovidius dixit aquas à ſilva *coronatas*, h. e. circumcinctas, eſſe, Metam. lib. V. Fab. VI.

Silva coronat aquas, cingens latus omne, ſuiſque
Frondibus, ut velo, Phœbeos ſummovet ignes.

705. Κωκυτοῦ] Hoc nomen inditum fuiſſe Lucrino lacui, teſtatur Silius Italicus. Herculei etiam itineris, & cæterorum, de quibus heic loquitur Poeta, locorum meminit, lib. XII. v. 114.

Primores dirant Capuæ, docet ille tepentes
Unde [illegible]ant nomen Bajæ, comitemque dediſſe
Dul[illegible]iæ puppis ſtagno ſua nomina monſtrat.
Aſt[illegible]c Lucrino manſiſſe vocabula quondam
Cocyti memorat, medioque in gurgite ponti
Herculeum commendat iter, qua diſpulit æquor
Amphitryoniades armenti vector Iberi.
Ille olim populis dictum Styga, nomine verſo
Stagna inter celebrem nunc mitia monſtrat Avernum,
Tum triſti nemore, atque umbris nigrantibus horrens,
Et formidatus volucri, lethale vomebat
Suffuſo virus cœlo, Stygiaque per urbes
Relligione ſacer, ſævum retinebat honorem.
Hinc vicina palus, fama eſt Acherontis ad undas
Pandere iter, cæcas ſtagnante voragine fauces
Laxat. ———

Paullo poſt,

Ac juxta caligante ſitu, longumque per ævum
Infernis preſſas nebulis, pallente ſub umbra
Cimmerias jacuiſſe domos. ———

Pergit deinde vicina loca pluribus deſcribere, quæ, ut & aliorum teſtimonia, quæ hanc in rem congeri poſſunt ſatis multa, brevitatis ſtudio prætereunda duxi.

710. Δαείρᾳ] Δάειρα, vel Δαῖρα dicta eſt ab Athenienſibus Proſerpina, quod ejus myſteria celebrarint geſtantes lampadas, quas δᾷδας vocabant. Phavorinus, Δάειρα, ἡ Περσεφόνη παρ' Ἀθηναίοις, παρὰ τὴν δᾶδα, ἐπειδὴ μετὰ δᾴδων ἐπιτελεῖται αὐτῇ τὰ μυστήρια, ἢ ὅτι δᾷδα φέρει. Idem, Δαῖρα, ἡ αὐτὴ τῇ Δαείρᾳ· Δαῖραν μονογένειαν λέγει Ἀπολλώνιος τὴν Περσεφόνην, ὡς δηλοῖ διὰ τὸ μονογένειαν. Paullo poſt, Ὅτι δὲ τὴν Δαῖραν, Περσεφόνην καλοῦσι, Δημοσθένης τε, καὶ Αἰσχύλος μαρτυροῦσι. De Daira multa, & varia tradidit Euſtathius Il. ζ'. p. 510. Λυκόφρων δὲ μέμνηται μὲν Δαείρας, ἣν καὶ παρατίθησι τῇ Περσεφόνῃ ἐν στίχῳ ἑνί· ἡ συγγενικὴν δὲ λέξιν οὐδὲν αὐτὴν, ἀλλὰ δαιμονίαν· καὶ δοκεῖ περιληπτικῶς ἡ λέξις, ὡς θεία ληφθεῖσα, συνηθῆναι παρὰ τῷ ποιητῇ ἐπὶ ἀνθρωπίνης συνηθείας ὁποῖόν τι καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ Διὸς Ἀθηναίας, καὶ ἐπὶ γυναικὸς Ἀθηναίας προσειλήφθη. Ὅτι δὲ θεία λέξις ἡ Δάειρα, δηλοῖ ὁ εἰπὼν, Δάειραν Φερεκύδης ἱστορεῖ Στυγὸς ἀδελφὴν, καὶ ἔοικε, φασὶν, οὕτως ἔχειν, ἐπεὶ γὰρ ὑγρᾶς οὐσίας τάττουσιν οἱ παλαιοὶ τὴν Δάειραν, διὸ καὶ πολεμίαν τῇ Δήμητρι νομίζουσιν, ὅταν γὰρ θύηται αὐτῇ, οὐ πάρεστιν ἡ τῆς Δήμητρος ἱέρεια, καὶ οὐδὲ τῶν τεθυμένων γεύεσθαι ὅσιον. φαῦλος οὖν ὁ Φανόδημος Ἀφροδίτην φασὶ νομίζειν τὴν Δάειραν, καὶ τὴν αὐτὴν τῇ Δήμητρι λέγει. ἔτι δὲ φαυλότεροι, οἱ τὴν Ἥραν Δάειραν τῆς Δήμητρος ἀποδιδόντες, δάειρα γὰρ, φασὶν, ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφή. τινὲς δὲ φύλακα Περσεφόνης ὑπὸ Πλούτωνος ἀποδειχθῆναί φασι τὴν Δάειραν. Αἴλιος μέντοι Διονύσιος Δαῖραν γράφων δισυλλάβως, τὴν Δάειραν φησὶν, ὅτι οἱ περὶ τελετὰς καὶ μυστήρια τὴν ὑγρὰν οὐσίαν Δαῖραν ὀνομάζουσι· δῆλον δὲ ὅτι ἀπὸ Δαίρας γραφομένης διὰ τοῦ ι ἡ ἐκθλιβεῖσα Δαῖρα συνῄρηται ὁμοίως, κατά τινας, τῷ Καῖρα Κᾶρα. Idem in Il. δ'. p. 347. eandem contractionis rationem reddit, Δαῖραν autem facit Eleuſinis matrem.

717. Φαλήρου τύρσις] i. e. Neapolis: Stephanus in Φάληρον, Ἔστι δὲ καὶ πόλις ἐν Ὀπικοῖς, εἰς ἣν ἐξεβράσθη Παρθενόπη ἡ Σειρὴν, ἣ καλεῖται Νεάπολις. Quod nomen habuit à Phalero, Siculo tyranno, ejuſque conditore.

conditore. Phavorinus, Φάληρος, πύργος Σικελίας, ἔκτισε τὴν ἐν Ἰταλίᾳ Νεάπολιν. Eadem urbs Parthenope dicta. Dionyſius Perieg. v. 357.

> Τῇ δ' ἔπι Καμπανῶν λιπαρὸν πέδον, ἀγχόθι τ' ἠλίβατον
> Ἁγνῆς Παρθενόπης ϛαχύων βεβριθὸς ἄμαλλαις
> Παρθενόπης, ἣν πόντος ἑοῖς ὑπεδέξατο κόλποις.

Virgilius Georg. lib. IV. v. 563.

> *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat*
> *Parthenope.* ———

Et Ovidius Metam. XV. v. 713.

> ——— *in otia natam*
> *Parthenopen, & ab hac Cumææ templa Sibyllæ.*

Et apud Statium in *Silvis* ſæpe memoratur. Nomen porro hoc ſumtum erat à Parthenope, Sirenum una, quæ in hoc littus projecta fuit, ut ait Poeta. Stephanus, Νεάπολις, πόλις Ἰταλίας ἐπίσημος, ἐν ᾗ Παρθενόπη ἥρωται, μία τῶν Σειρήνων. Parthenopes etiam monimentum ibi erat. Strabo lib. V. Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο, ὅπου δείκνυται μνῆμα τῶν Σειρήνων μιᾶς Παρθενόπης. Et lib. I. Ἐὰν δὲ προσθῇ τις ὅτι ἐν Νεαπόλει Παρθενόπης δείκνυται μνῆμα, μιᾶς τῶν Σειρήνων, ἔτι πλείων προσεγένετο πίστις. Et poſtea in eodem libro, Ἐπεί τις ὅπουτε ποιητὴς, ἢ συγγραφεὺς, Νεαπολίτας μὲν λέγων μνῆμα Παρθενόπης τῆς Σειρῆνος, &c. Meminit etiam Plinius lib. III. cap. V. *Neapolis, Chalcidenſium & ipſa, Parthenope à tumulo Sirenis appellata.* Item ſtatua ei dicata erat: Suidas, Νεάπολις, πόλις Ἰταλικὴ διάσημος, ἐν ᾗ Παρθενόπης ἵδρυται Σειρῆνος ἄγαλμα. De aliis honoribus huic Sireni à Neapolitano populo datis agam paullo poſt. Porro hæc urbs poſtea Νεάπολις dicta eſt, tempore Auguſti Cæſaris, ut putavit Solinus cap. VIII. *Parthenope, à Parthenopes Sirenis ſepulcro, quam Auguſtus poſtea Neapolin eſſe maluit.* Hujus autem error eſt manifeſtiſſimus, cum Poeta noſter, qui tot ſecula ante Auguſtum vixit, *Neapolin* vocaverit hanc urbem, ut paullo infra patebit. Probabilius igitur Strabo hoc ei nomen inditum putat, cum ex variarum gentium confluxu aucta, & amplificata fuit, lib. V. Μετὰ δὲ Δικαιαρχίαν Νεάπολίς ἐστι Κυμαίων, ὕστερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐπῴκησαν, καὶ Πιθηκουσσαίων τινὲς, καὶ Ἀθηναίων, ὥστε καὶ Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο.

718. Γλάνις] Hoc in loco Scholiaſtes Stephani verba habet fere omnia. Γλάνις (inquit Stephanus) ποταμὸς Κύμης, ὡς Λυκόφρων,

> Γλάνις δὲ ῥεῖθροις δέξεται τέγγων χθόνα.

Καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἰχθῦς (lege ἰχθὺς, nam ἰχθῦς in caſu recto ſunt piſcariæ, teſte Heſychio) Γλάνις, ὁ καλούμενος Γλάνιος. Ἔστι καὶ Ἰβηρίας ποταμός. Ἔστι καὶ Ἰταλίας τρίτος ποταμὸς, περὶ τὸν Τίβεριν ποταμόν. Hinc emendo Heſychium, Γλανὶς, (inquit) ἀργὸς, καὶ εἶδος ἰχθύος· οἱ δὲ γλανιός. Lege, ſecundum Stephanum, γλάνιος, niſi potius Stephanum ex Heſychio emendandum putes.

722. Ἐνιπέως] i. e. Neptuni, qui, ut Tyronem in concubitum pelliceret, Enipei, fluvii Peloponneſiaci, vel Theſſalici, formam aſſumſit, tradente Homero Odyſſ. λ'. v. 234.

> Ἔνθ' ἤτοι πρώτην Τυρὼ ἴδον εὐπατέρειαν,
> Ἣ φάτο Σαλμωνῆος ἀμύμονος ἔκγονος εἶναι,
> Φῆ δὲ Κρηθῆος γυνὴ ἔμμεναι Αἰολίδαο,
> Ἣ ποταμοῦ ἠράσσατ' Ἐνιπῆος θείοιο,
> Ὃς πολὺ κάλλιστος ποταμῶν ἐπὶ γαῖαν ἵησι,
> Καί ῥ' ἐπ' Ἐνιπῆος πωλέσκετο καλὰ ῥέεθρα·
> Τῷ δ' ἄρα εἰσάμενος Γαιήοχος ἐννοσίγαιος,
> Ἐν προχοῇς ποταμοῦ παρελέξατο δινήεντος.

Eandem fabulam narrat Apollodorus cap. IX. Τυρὼ δὲ, ἡ Σαλμωνέως θυγάτηρ καὶ Ἀλκιδίκης, παρὰ Κρηθεῖ, τῷ Σαλμωνέως ἀδελφῷ, τρεφομένη, ἔρωτα ἴσχει Ἐνιπέως τοῦ ποταμοῦ· καὶ συνεχῶς ἐπὶ τὰ τούτου ῥεῖθρα φοιτῶσα, τούτοις ἀπωδύρετο. Ποσειδῶν δὲ εἰκασθεὶς Ἐνιπεῖ, συγκατεκλίθη αὐτῇ. Huc alluſit Propertius,

> *Non ſic Æmonio Salmonida mixtus Enipeo*
> *Tænarius facili preſſit amore Deus.*

723. Λευκωσία ῥιφεῖσα, τὴν ἐπώνυμον Πέτραν ὀχήσει &c.] Ut ſupra χοιράς, ita heic πέτρα inſulam ſignificat: inſulam porro intelligit Leucoſiam, quæ in mari Tyrrheno ſita eſt, contra Pæſtanum ſinum, & Lucaniæ adjacet, nomenque habuit à Leucoſia Sirene, quam in hoc littus ejectam ferunt, quod Neptuno ſacrum erat, ut innuit Poeta, & ab eo nomen habuit. Vid. Strabo initio ſexti, & Plinius lib. III. cap. VII. Alii tamen à Leucoſia, Æneæ conſobrina, deducunt: quos inter eſt Solinus cap. VIII. *Par ſententia eſt inter Auctores, à gubernatore Æneæ, Palinurum appellatum. A tubicine Miſenum. A conſobrina Leucoſiam inſulam.* Item Feſtus, *Lectoſia* (malim *Leucoſia*) *inſula dicta à conſobrina Æneæ ibidem ſepulta.* Et Dionyſius Halicarnaſſeus Antiq. Roman. lib. I. Ἔπειτα νῆσον προσίσχον, ᾗ τοὔνομα ἔθεντο Λευκωσίαν, ἀπὸ γυναικὸς ἀνεψιᾶς Αἰνείου, περὶ τήνδε τὸν τόπον ἀποθανούσης.

724. Ἔνθα Λάβρος Ἶς, γείτων δ' ὁ Λάρις] Non facile occurrunt hæc fluviorum nomina. *Is* tamen fluvius eſt inſulæ Leucoſiæ: & Phavorinus meminit Lari, Italiæ fluvii. Euſtathii locus huc pertinet in Odyſſ. λ'. Ὅτι δὲ καὶ ποταμὸς Ἶς, ἔστι καὶ ἐκ τοῦ Λυκόφρονος ἀναλέξασθαι. Apud Herodotum memoratur alius hujus nominis fluvius & urbs, octo dierum itinere à Babylone diſtantes lib. I. cap. CLXXIX. Fortaſſe Laris heic pro Silari eſt accipiendus; Silaris enim eſt fluvius, qui Picentinos à Lucanis dividit; unde nil mirum, ſi Leucoſiæ *vicinam* appellarit Poeta noſter; nam, ut prius dictum, Leucoſia Lucaniæ adjacet. Heic adjicere poteris Euſtathii verba in Dionyſii Periegeſin, Μετὰ τὸ τοῦ Σιλάριδος στόμα, ὥς ὁ Γεωγράφος φησὶν, ἐν γ' σταδίοις ἡ Ποσειδωνιὰς ἄκρα, ὅθεν ἐκπλέοντι νῆσος Λευκωσία ἐστὶν, ὑπερέχει καὶ αὐτὴ ὑπόστασμα, ἐπώνυμος μιᾶς τῶν Σειρήνων.

726. Λίγεια δ' εἰς Τέρειναν ἐκναυσθλωθήσεται] Terina erat Italiæ fluvius, & urbs, à Crotoniatis condita, ab Hannibale everſa, Temeſæ autem vicina: Strabo lib. VI. Ταύτης (Τεμέσης) δὲ συνεχὴς Τέρινα, ἣν Ἀννίβας καθεῖλεν, οὐ δυνάμενος φυλάττειν, ὅτε δὴ εἰς αὐτὴν κατέφυγε τὴν Βρεττίαν. Alii tradunt Terinam inſulam fuiſſe, in quam Ligea Siren maris impetu ejecta dicitur. Stephanus, Τέρινα, πόλις Ἰταλίας, καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος, κτίσμα Κροτωνιατῶν, ὡς Φλέγων. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Μεγάλη Ἑλλὰς, ὡς Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς, ἐν τῷ Περὶ παροιμιῶν. Τινὲς δὲ νῆσον αὐτὴν, εἰς ἣν ἐξεβράσθη Λίγεια ἡ Σειρήν· ὁ Λυκόφρων,

> Λίγεια δ' εἰς Τέρειναν ἐκναυσθλωθήσεται.

Fallitur porro hoc in loco Stephanus, non enim

 inſulam

inſulam Terinam Lycophron ullam intellexit, ſed Italiæ urbem hujus nominis, cujus, ut & Ocinari fluvii vicini, alio etiam loco meminit,

Οἱ δ' αὖ Τέρειναν, ἔνθα μυδαίνει ποτοῖς
Ὠκίναρος γλῶ, φοῖβον ἐκβράσσων ὕδωρ,
Ἄλη κατοικήσουσι κάμνοντες πικρᾷ.

Urbs igitur Terina heic eſt intelligenda. Huc reſpexit Phavorinus, Τέρεινα Λυκόφρων· καὶ Ἀπολλώνιος,

——— τερείνης ἄνθεα γαίης.

Ἔστι δὲ πόλις, ὅθεν Ἡρακλείδης ὁ Τερειναῖος. Solinus inſulæ Ligiæ meminit, quam dicit à Ligia Sirene nomen habuiſſe; cap. VIII. *Inſula Ligia appellata ab ejecto ibi corpore Sirenis ita nominatæ.* Hoc vero quo Auctore dicatur neſcio.

730. Βούκερως] Variæ reddi poſſunt rationes veteris moris, quo fluvii taurorum ſacrificiis delectari, & taurinis cornibus pingi ſolebant, unde & *Corniger* paſſim appellantur. Ovidius Metam. XIV. Fab. XV. de Numicio fluvio,

Corniger exſequitur Veneris mandata. ——

Virgilius,

Corniger Heſperidum fluvius regnator aquarum.

Euripides etiam Oceanum appellavit ταυρόκρανον, quod is eſſet ab Homero, & Veteribus ingens fluvius habitus, Oreſte v. 1380.

Ἢ πόντον, Ὠκεανὸς ὃν
Ταυρόκρανος ἀγκάλαις
Ἑλίσσων κυκλεῖ χθόνα.

Ad quod Scholiaſtes vetus, Καὶ ἐκ τοῦ ποταμὸν ὑπείληφε τὸν Ὠκεανὸν· καὶ Ὅμηρος,

Οὔτε τις ἐν ποταμοῖσιν ἀπήνης νόσφ' Ὠκεανοῖο.

Paullo poſt, Ἐπειδὰν δὲ τοὺς ποταμοὺς ταυροκράνους εἰκάζουσί τι, καὶ ἔλεγον· ἴσως ὅτι παραπλήσια τῷ μυκήματι τῶν ταύρων ἡ ἀπήχησις τοῦ ὕδατος ποιεῖ ἐν τοῖς σφόδρα ῥέουσι ποταμοῖς· ἢ διὰ τὸ βίαιον τῶν ὑδάτων, ἅπερ τὴν γῆν διαρρήσσουσι παραμαίνοντα ὡς ἐν τοῖς κέρασιν οἱ ταῦροι. Vel quia flexuoſos dividuntur in alveos, qui vocantur cornua, ſicut apud Euſtathium Iliad. ν'. p. 883. Κέρατα ταύρων exp. καμπαί. Alii alias cauſas aſſignant, quas congeſſit Meurſius in ſuo Comment. Mihi maxime probabilis videtur ea ſententia, quæ à violento decurſu, & ingenti ſonitu ita dictos tradit; res enim, aut homines violenti, & impetuoſi *tauris* aſſimilari ſolent: addè, quod fluvii, quibus hæc nomina tribuunt Poetæ, plerumque ſint rapidi, & violentes; ut heic de Ocinaro patet, quem, ob fluxionis vehementiam, ἄρην vocavit Poeta. Idem de Eridano conſtat apud Virgilium, Georg. IV. v. 370.

Et gemino auratus taurino cornua vultu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.

Horatius etiam Aufidum *tauriformem* appellat, IV. Od. XIV. 25.

Sic tauriformis volvitur Aufidus.

Quem alibi *longe ſonantem, violentem, & acrem* vocat.

731. Ἴσμα] Huc reſpexit Euſtathius, Iliad. ι'. Τὸ μέντοι διὰ τοῦ σ ἴσμα, ὃ καὶ δυνάνται, ἵδρυμα δηλοῖ παρὰ τῷ Λυκόφρονι, ἀπὸ τοῦ ἵζω γινόμενον. Huc etiam reſpexit in Odyſſ. μ'. Δύο δὲ αὐτὰς (Σειρῆνας) ἐμφαίνει ὁ Ποιητὴς· καὶ συνέδραμον τινὲς τῷ Ὁμήρῳ, οἱ καὶ ὀνόματα φασὶν εἶναι αὐτῶν Ἀγλαοφήμην καὶ Θελξιέπειαν. οἱ δὲ νεώτεροι, ... εἰς καὶ Λυκόφρων, τρεῖς αὐτὰς ἀριθμοῦσι, Παρθενόπην, Λίγειαν, καὶ Λευκωσίαν· ὧν μιᾶς τῆς Παρθενόπης καὶ μνῆμα ... παρὰ Νεαπολίταις. ὅτι δὲ καὶ πτέρωτας αὐτὰς ... μέν ἔτι καὶ ὁ ποιητής.

732. Πρώτη δὲ &c.] Notum eſt ex Strabone, ludos gymnicos in honorem Parthenopes à Neopolitanis, oraculo jubente, celebratos eſſe, Geograph. lib. V. Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο, ὅπου δείκνυται μνῆμα τῶν Σειρήνων μιᾶς Παρθενόπης, καὶ ἀγὼν συντελεῖται γυμνικὸς κατὰ μαντείαν.

734. Λαμπαδοῦχον ἐκτελεῖ δρόμον] Hoc ex patrio more factum eſt, nam Λαμπαδηδρομίαι inſtitutum erant Athenienſe, & in honorem Vulcani primum inventæ, quod is eſſet ignis præſes. Suidas, Ἴστρος δέ φησι λαμπάδα νομίσαι ποιεῖν πρώτους Ἀθηναίους Ἡφαίστῳ θύοντας, ὑπόμνημα καταστήσαντας τὴν χρείαν τοῦ πυρὸς διδάξαι τοὺς ἄλλους. Alii in Promethei memoriam inſtitutas referunt, quod is primus ſurreptum à Vulcano ignem mortalibus præbuiſſet, ſecundum illud Æſchyli in Prometheo, ubi quidam de Prometheo ſic loquitur,

Τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας,
Θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν. ———

Minervæ etiam peragi ſolebat hoc certamen. Ariſtophanis Scholiaſtes ad Ranas, Ὁ τῆς Λαμπάδος δὲ ἀγὼν τρίτον Ἀθήνησιν ἤγετο, κατὰ τὰ Προμήθεια, Ἡφαίστεια, Παναθήναια. Poſtea etiam Pani, ut conſtat ex Herod. lib. VI. Qui certabant, pedibus currebant in cæteris, in Panathenæis ſolum equitabant; quod quidem contra vetus inſtitutum erat, ut refert Plato de Repub. lib. I. Οὐδ' ἄρα ὅτι λαμπὰς ἔσται ἀφ' ἵππων πρὸς ἑσπέραν τῇ θεῷ; Ἀφ' ἵππων; ἦν δ' ἐγώ, καινόν γε τοῦτο. Modus certaminis erat, ut lampadem alii aliis tradentes, qui ardentem ad metam perferre poſſet, is victor eſſet; quod ſi nemo id faceret, victoria injudicata relinquebatur: Pauſanias in Atticis, Ἐν Ἀκαδημίᾳ δέ ἐστι Προμηθέως βωμός, καὶ θέουσιν ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν, ἔχοντες καιομένας λαμπάδας· τὸ δὲ ἀγώνισμα, ὁμοῦ τῷ δρόμῳ φυλάξαι τὴν δᾷδα ἔτι καιομένην, ἐστίν. ἀποσβεσθείσης δέ, οὐδὲν ἔστι τῆς νίκης τῷ πρώτῳ, δευτέρῳ δ' ἀντ' αὐτοῦ μέτεστιν· εἰ δὲ μηδὲ τούτῳ καίοιτο, ὁ τρίτος ἐστὶν ὁ κρατῶν· εἰ δὲ καὶ πᾶσιν ἀποσβεσθείη, οὐδείς ἐστιν ὅτῳ καταλείπεται ἡ νίκη. Quoniam vero peſſime cum eo actum eſt, cui primæ currendi partes obtigerunt, vices ſortiendo, aut ſimili modo, cuilibet datas eſſe certum eſt. Interpres vetus Perſii Satir. VI. *Apud Athenas, cum juvenes ludos curſu celebrabant, qui victor eſſet, primus facem tollebat, deinde ſequenti tradebat, & ſecundus tertio; ſimiliter omnes donec currentium numerus impleretur.* Hinc ducta metaphora Proverbio originem dedit, *Curſu lampada tradere*: quo ſignificamus aliquem, quæ ſua erant, ſucceſſori poſſidenda dare. Lucretius lib. II.

Inque brevi ſpatio mutantur ſecla animantum,
Et quaſi curſores vitaï lampada tradunt.

Et Perſius Sat. VI. v. 61.

Qui prior es, cur me in decurſu lampada poſcas?

738. Βύκτας δ' ἐν ἀσκῷ.] Huc ſpectant, quæ occurrunt apud Etymologici Auctorem: Βύκτης, ἠχητικός, ὁ μεγάλα ἠχῶν. Ὅμηρος· Βυκτάων ἀνέμων. καὶ Λυκόφρων, Βύκτας ἐν ἀσκῷ συγκατακλείσας βοός. Παρὰ τὸ βύω,

βύω, βιβάσαι, παράγωγον βύζω, ὁ ... ήμενος βέβυνται, ἐξ αὐτοῦ βύκτης. ἡ πεποίηται ἀπὸ τ... βύω καὶ τὸ ἀράττειν. ἢ παρὰ τὸ βῦ, βύκτης· τὸ γὰρ βῦ, ... τοῦ μεγάλου ἐλέγετο.

745. Αναυλόχητον αὐτοκαύδαλον σκάφος] Αὐτοκάβδαλον legit Etymologici Auctor, ſimulque totum hunc locum explicavit: Αὐτοκάβδαλον σκάφος, (inquit) Λυκόφρων· Αναυλόχητον τὴν μακρὰν λέγει, οὐ γὰρ ἦν ναῦς, ἀλλ' αὐτοσχέδιον πλοῖον, οὐδέπω ἐν ὅρμῳ καὶ λιμένι καταλεγόμενον, ναυλόχους γὰρ ἔλεγον τοὺς λιμένας. Αὐτοκάβδαλον δὲ ἡ λέξις ἐπὶ τῶν ἀλφίτων εἴρηται, τὸ ὡς ἔτυχε φυραθὲν ἄλευρον, αὐτοκάβδαλον. Eandem lectionem ſervant Suidas & Phavorinus, ſed tacito Lycophronis nomine: Αὐτοκάβδαλος ναῦς, ἡ αὐτοκάβδαλον σκάφος, αὐτοσχέδιον· κυρίως δὲ ἡ λέξις ἐπὶ τῶν ἀλφίτων εἴρηται, τὸ γὰρ ὡς ἔτυχε φυραθὲν ἄλευρον, αὐτοκάβδαλον λέγεται. His etiam conſentit Heſychius, Αὐτοκάβδαλα, αὐτοσχέδια ποιήματα εὐτελῆ.

747. Βάριν] Hæc vox varia habet ſignificata. Heſychius, Βάρις, πλοῖον, ἢ τεῖχος, ἢ στοά, ἢ πύργος. Suidas, Βάρεις, πλοῖα, τείχη, στοαί, αὐλαί, πύργοι, σφαῖραι. Hoc in loco pro navi ponitur, ut apud Æſchylum in Perſis,

Βαρίδεσσι ποντίαις. ———

Ubi Scholiaſtes tradit vocem eſſe Perſicam, & ab urbe quadam Perſiæ dictam· Ταῖς (inquit) ἀπὸ Βάριος οὔσαις, ἥτις ἐστὶ πόλις Περσίδος, ἐξ ἧς καὶ αἱ νῆες βαρίδες. Alii tradunt Ionum eſſe propriam; Phavorinus, Βάρεις, τὰς ναῦς λέγουσιν οἱ Ἴωνες. Herodotus autem tradit Ægyptiacum eſſe navigii fluvialis genus, ex ſpina factum, in Euterpe cap. II. quod totum caput nihil aliud continet, præter harum navium deſcriptionem. Huic conſentit Æſchylus in Ικετ. v. 842. ubi præco Danai filiabus, quas Ægyptia navis Argos vexerat, ait,

Σοῦσθε, σοῦσθ' ἐπὶ βᾶ-
ριν ὅπως ποδῶν.

Et ejuſdem Tragœdiæ v. 880.

Αἰγυπτίαν δὲ βᾶριν οὐχ ὑπερθορῇ.

Huc etiam facit Propertii illud, quod de Cleopatra, Ægypti regina, dicitur,

Baridos & contis roſtra Liburna ſequi.

754. Ασῶ συνοίκος Θρηκίας Ανθηδόνος] Hunc verſum laudavit Stephanus, Ανθηδών, πόλις Βοιωτίας· Ομηρος,

——— Ανθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν.

Απὸ Ανθηδόνος, τῆς Δίου, τοῦ Ανθου, τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ Αλκυόνης τῆς Αβαντος. συνῴκισαν δὲ αὐτὴν Θρᾷκες, ὡς Λυκόφρων,

Αςῷ συνοικος Θρηϊκίας Ανθηδόνος.

Η διὰ τὸ πολλοὺς ἀνθηροτάτην εἶναι. Glauci porro hiſtoria nota eſt ex Metam. VII. & XIII.

766. Οὕτω μάλ' οὕτω &c.] Elegans tranſitio ad domeſtica infortunia, quibus Ulyſſes vexatus eſt. Cæterum Geminatis vocibus uti ſolent Poetæ, quotieſcumque gravior, & vehementior affectus exprimendus, aut excitandus eſt: unde cum Thebæ eſſent obſeſſæ, chorus mulierum timore perculſus, Martem duplicata prece invocant, apud Æſchylum in Thebis,

——— ἔπιδ', ἔπιδε πόλιν.

Ad quod Scholiaſtes, Ηθικὸν τὸ δὶς ἀναφωνῆσαι, δειλίαν γὰρ ἐμφαίνουσι διὰ τοῦτο. Ibidem Neptuno precantur in ſimili formula,

——— Ποσειδῶν, ἐπίλυσιν
φόβου ἐπίλυσιν δίδου. ———

Ubi iterum Scholiaſtes, Πάλιν δὶς εἶπε τὸ ἐπίλυσιν· τεταραγμένης δὲ ψυχῆς ταῦτα ἤθη, καὶ ἐμφάσεως ἕνεκα λεγόμενα. Hujus generis exempla ubique occurrunt apud Æſchylum, & Euripidem, qui miri ſunt in affectibus movendis artifices; ſed nec Comicorum ludis ingrata ſunt, Ariſtophanes Avibus,

Πολὺ δὲ πολὺ χαλεπωτάτους λόγους
Ηνεγκας ἄνθρωφ'. ———

767. Μέλανθος] Euſtathius Iliad. α'. Μέλανθος Ποσειδῶν παρὰ Λυκόφρονι, διὰ τὴν τοῦ πόντου μελανίαν. Poteſt etiam Melanthus appellari à Melantho, Protei filia, ex qua Amycum genuit.

Ibid. Ιππηγέτην] Notum eſt, Neptuno adſcriptam fuiſſe equorum curam, & inventionem; unde Ιπποκούειον, & Ιππιον pluribus in locis dictum, & ſub eo nomine cultum, & templis, ariſque honoratum legimus apud Pauſaniam, alioſque. Unum tantum Pauſaniæ locum adducam, in quo nominis rationem reddit, in Achaicis, Ωνομάσθη δὲ Ιππιον τὸν θεὸν πείθοιτο μὲν ἄν τις καὶ ἐπ' αἰτίαις ἄλλαις, ἐγὼ δὲ εὑρετὴν ἱππικῆς ὄντα, ἀπὸ τούτου σχεῖν καὶ τοὔνομα εἰκάζω. Ομηρος μέν γε ἵππων ἄθλοις Μενελάῳ κατὰ τοῦ θεοῦ τούτου προέκλησιν περιέθηκεν ὅρκον,

Ιππων ἁψάμενος γαιήοχον Εννοσίγαιον
Ομνυθι μηδὲν ἑκὼν τὸ ἐμὸν δόλῳ ἅρμα πεδῆσαι.

Πάμφως δέ, ὃς Αθηναίοις τοὺς ἀρχαιοτάτους ὕμνους ἐποίησεν, εἶναι φησὶ τὸν Ποσειδῶνα,

Ιππων τε δωτῆρα, νεῶν τ' ἰθυκρηδέμνων.

Οὕτω διὰ ἱππικήν, καὶ οὐκ ἀπὸ ἑτέρας προφάσεως τὸ ὄνομα ἔσχηκεν.

768. Ναύλοχον Ρείθρου σκέπας] Rhithri, Ithacæ navalis, meminit Homerus in Odyſſ. α'. v. 180.

Νηῦς δέ μοι ἥδ' ἕστηκεν ἐπ' ἀγροῦ νόσφι πόληος,
Εν λιμένι Ρείθρῳ ὑπὸ Νηΐῳ ὑλήεντι.

Ubi Euſtathius nominis hujus rationem explicavit, Φασὶν οἱ παλαιοὶ Ρεῖθρον κατὰ κύριον τι ὄνομα καλεῖσθαι τὸν ἐν Ιθάκῃ λιμένα, διὰ τὸ εἰς αὐτὸν ἐκ τοῦ Νηΐου καταῤῥέοντα χείμαῤῥον. Paullo poſt, Νήϊον, ὄρος Ιθάκης πρόσοικον, ὅθεν εἰς τὸν ὑποκείμενον καταῤῥέον λιμένα, ἐκ τοῦ συμβαίνοντος τῷ λιμένι, Ρεῖθρον προσαγορεύεται· καὶ σημειοῦνται ὅτι κατὰ ταύτην τὴν ἱστορίαν, καὶ τὸ ὑποκείμενον τοῦ λιμένος Ρεῖθρον λέγεται, καὶ ὁ μόνος αὐτὸς λιμήν.

769. Νηρίτου πρώνας] Neriti, montis Ithaci, meminit pluribus in locis Homerus, eique varia tribuit epitheta, ut Iliad. β'. 632.

Οἵ τ' Ιθάκην εἶχον καὶ Νήριτον εἰνοσίφυλλον.

Et Odyſſ. ι'. 81.

Ναιετάω δ' Ιθάκην εὐδείελον, ἐν δ' ὄρος αὐτῇ
Νήριτον εἰνοσίφυλλον, ἀριπρεπές. ———

771. Η δὲ βασσάρα] Βασσάρα Baccham denotat, quæ pro meretrice, ſeu libidinoſa ponitur, ſicut ſupra Θυίας, v. 143. qui locus videndus. Etymologicographus, Βασσάρα σημαίνει κυρίως τὴν Βάκχην· ἀπὸ τούτου δὲ ἡ καλλωπιστὴς καὶ πόρνη γυνὴ εἴρηται βασσάρα. Suidas, Βασσαρίς, ἑταίρα, πόρνη· ἐν ἐπιγράμματι,

Βάσσαρις Εὐρυνόμη σκοπελοδρόμος, ἥ ποτε ταύρων
Πολλὰ ταμοῦσα λαιμῶν νεῦρα χαραξαμένη.

Ad Penelopen quod attinet, Mantinenſium erat ſermo, ipſam, abſente Ulyſſe, procos ultro ad ſe vocaſſe, & hanc ob cauſam ab Vlyſſe reduce repudiatam primo Spartam ſe recepiſſe, deinde

 Manti-

Mantineam, ubi vitam finiit. Auctor eſt Pauſanias in Arcadicis, Μαντινέων δὲ ὁ ἐς αὐτὴν λόγος Πηνελόπην φησὶν ὑπὸ Ὀδυσσέως καταγνωσθεῖσαν, ὡς ἐπαγωγοὺς ἐσαγάγοιτο ἐς τὸν οἶκον, καὶ ἀποπεμφθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, τὸ μὲν παραυτίκα εἰς Λακεδαίμονα ἀπελθεῖν, χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐκ τῆς Σπάρτης ἐς Μαντίνειαν μετοικῆσαι, καί οἱ τοῦ βίου τὴν τελευτὴν ἐνταῦθα συμβῆναι. Huc ſpectant, quæ tradit Euſtathius in Odyſſ. ζ′. Σημείωσαι δὲ ὅτι Ὅμηρος, καὶ οἱ καθ' Ὅμηρον σώφρονα ἐν τοῖς μάλιστα ἱστοροῦσι τὴν Πηνελόπην· Λυκόφρων δὲ, καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος, κακωνεῖσθαι τὴν καλλὴν Πηνελόπην παραδεδώκασι· καὶ τὸ πάντη ἀπίθανον, καὶ πᾶσι τοῖς μνηστῆρσιν αὐτὴν καθυπάγουσι, καὶ ἐκ τοιαύτης ὑποθέσεως τὸν μυθικὸν γεννῶσι Πᾶνα. Ἕτεροι δὲ σεμνότερον λέγοντες, Ἑρμῆν συνευνάζουσι τῇ Πηνελόπῃ, ὅθεν ὁ Πὰν, ὃν καὶ κατάρξαι τὸ ἐρωτικὸν φασί τινες, ὅθεν καὶ τὸ πανίον παρῆκται.

775. Οἰκιδᾶν.] Præcipue Melanthei & Melanthûs. Vid. Odyſſ. ρ′. 234. Odyſſ. σ′. 320. Odyſſ. τ′. 65.

776. Εὐλόφῳ νώτῳ φέρειν.] i. e. dorſo toroſo & forti. Similiter Sophocles Oedip. dixit εὐλόφως φέρειν.

783. Ἑκουσίαν σφενδόνην.] Ulyſſes verberibus cædi ſe paſſus eſt, ut Trojanos falleret. Quo ſpectant Euſtathii verba in Odyſſ. δ′. quo loco Homerus de Ulyſſe ait:

Ἦλθε μετ' Ἀργείους, κατὰ δὲ φρόνιν ἤγαγε πολλήν.

Ἤγαγε (inquit) καλαρρόνησαν τὸν Τρώων πολλὴν, τοῦτ' Ἑλένην, ὡς εἰκὸς, ἀναπείσας, καὶ τὸ τεῖχος ἀναμετρήσας, καὶ τὰ Τρωϊκὰ μαθὼν βουλεύματα, καὶ τὰς πύλας δὲ γνοὺς, διὰ τὸν μηχανηθησόμενον δούρειον ἵππον, ὅσον εἶχον διάστημα. ἢ καὶ τὸ Παλλάδιον ἁρπάσας, περὶ οὗ καὶ ὁ Λυκόφρων ἱστορεῖ. ταῦτα γὰρ αἴτια φασὶ τοῦ καταδῦναι τὸν Ὀδυσσέα λάθρα εἰς Τροίαν, αἰκισάμενον ἑαυτὸν, ἵνα ὡς ἐχθραίνων τοῖς Ἀχαιοῖς καὶ τῷ βασιλεῖ, προσδεχθείη τοῖς πολεμίοις.

793. Σύφαρ θανεῖται] Notum eſt apud Naturalis Hiſtoriæ Scriptores, quædam animalia juventutem renovare, pellem antiquam & rugoſam deponendo. Auctor eſt Ariſtoteles Hiſt. Animal. lib. VIII. cap. XVII. Τῶν δὲ φωλευόντων ἔνια τὸ καλούμενον γῆρας ἐκδύονται· ἔστι δὲ τοῦτο ἔσχατον δέρμα, καὶ τὸ περὶ τὰς γενέσεις κέλυφος. Inter hæc porro maxime celebris eſt ſerpens. Idem paullo poſt, Καὶ μάλιστα πάντων οἱ ὄφεις· ἐκδύονται γὰρ τὸ ἔαρος, ὅταν ἐξιῶσι, καὶ τοῦ μετοπώρου πάλιν. Simile aliquid cicadæ accidit; Idem loco citato, Οἱ δὲ τέττιγες, ὅταν ἐξέλθωσι, καθιζάνουσιν ἐπί τε τὰς ἐλαίας, καὶ καλάμους, περιῤῥαγέντος δὲ τοῦ κελύφους ἐξέρχονται, ἐγκαταλιπόντες ὑγρότητα μικρὰν, καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀναπέτονται καὶ ᾄδουσι. Horum utriuſque depoſitum vocabant σύφαρ, ut ait Suidas, Σύφαρ, ἔνδυμα τοῦ ὄφεως, καὶ τοῦ τέττιγος, παρὰ τὴν λεπίδα. Unde nihil mirum, ſi pellis arida pro ſicca & exſangui, jamque in tumulum deponenda ſenectute ſumatur. Heſychius, Σύφαρ, γῆρας ὑπέρτατον, οἱ δὲ τοῦ ὄφεως καὶ τὸ ἐξεσπασμένον σῦκον. Rem totam latius tractavit, & hunc Lycophronis locum ex profeſſo explicavit Etymologici Auctor, Σύφαρ, οὐχ ἁπλῶς τὸ γῆρας, ἀλλ' ὡς ἐπιγέννημα γήρως, καὶ τῆς ἐσχάτης ἡλικίας τὸ κατεῤῥικνωμένον, τουτέστι τὸ δέρμα· καὶ Σώφρων ἐν τοῖς Ἀνδρείοις διδάσκαλοις Μίμοις εἰπών,

Τί μὰν ξύσιλος; τί γὰρ σύφαρ ἀντ' ἀνδρὸς.

Ἐν τούτοις γὰρ τὸν ἀνακρινόμενον γέροντα, ξύσιλον παίζων εἴρηκεν, ἀπὸ τοῦ κνᾶσθαι καὶ ξύειν τὸ δέρμα. κἄπειτα ἀποκρινόμενον σύφαρ ἀντ' ἀνδρὸς, τουτέστι δέρμα ψιλὸν, ὡς τῶν ἄλλων ἤδη δεδαπανη[illegible]ων. τινὲς δὲ τὸ τοῦ ὄφεως γῆρας, σύφαρ λέγουσι, τὸ [illegible] συνεῤῥυμμένον· Λυκόφρων δὲ τὸ λίαν γεγηρακός. Item E[illegible]athius in Odyſſ. ε′. ubi dicitur, quod [illegible] Λυκόφρονι σύφαρ eſt ἐσχατογήρως.

794. Κόραξ] Corvum, Ulyſſem ſenio confectum vocat; nam iſta avis dicitur quinque, vel etiam novem ſecula vivere, ut ait Plinius lib. VII. cap. LXVIII. Ariſtoph. in Avibus,

Οὐκ οἶσθα ὅτι πέντε γενεὰς ζώει λακέρυζα κορώνη.

Ubi Scholiaſtes vetus, Καλῶς καὶ τοῦτο παρὰ τὸ Ἡσιόδειον παίζει,

Ἐννέα γὰρ ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη.

Unde corvus apud Poetas longævitatis exemplum eſt. Juvenalis Sat. X. 246.

Rex Pylius, magno ſi quidquam credis Homero,
Exemplum vitæ fuit à cornice ſecundæ.

Et Horatius lib. IV. Od. XIII. 25.

——— ſervatura parem
Cornicis vetulæ temporibus Lycen.

799. Εὐρυτὰν στέψει λεώς] Stephanus putavit Eurytanas eſſe Italiæ populos: Εὐρυτᾶνες, (inquit) ἔθνος Ἰταλικόν· Λυκόφρων,

Μάντιν δὲ νεκρὸν Εὐρυτὰν στέψει λεώς.

Rectius tamen, ut videtur, Tzetzes in Ætolia, idque ex Ariſtotelis ſententia, collocavit: nam & huic conſentit Thucydides, extremo lib. I. Ἐπιχειρεῖν δ' ἐκέλευον πρῶτον μὲν Ἀποδώτοις, ἔπειτα δὲ Ὀφιονεῦσι, καὶ μετὰ τούτους Εὐρυτᾶσιν, ὅπερ μέγιστον μέρος ἐστὶ τῶν Αἰτωλῶν, ἀγνωστότατοι δὲ γλῶσσαν, καὶ ὠμοφάγοι εἰσὶν, ὡς λέγονται. Item Strabo lib. X. Εἶναί τε φῦλόν τι Αἰτωλικὸν τοῦτο, ὡς Ὀφιεῖς, καὶ Ἀγραῖοι, καὶ Εὐρυτᾶνες, καὶ ἄλλα πλείω. Idem paullo ante, Εὔηνος ποταμὸς ἄρχεται μὲν ἐκ Βωμιαίων ἐν Ὀφιεῦσιν Αἰτωλικοῦ ἔθνους, καθάπερ καὶ οἱ Εὐρυτᾶνες, καὶ Ἀγραῖοι, καὶ Κουρῆτες, &c. In Stephano igitur pro Ἰταλικόν, repono Αἰτωλικόν.

800. Τραμπύας ἐδέθλιον] Dicit Canterus Tireſiam apud Homerum, cum Ulyſſi fata ſua, & mortis locum prædicit, non velle Κιλκέαν, aut Βουνίμας Euſtathii, ſed regiones, quas hoc in loco deſcribit Lycophron. At vero hæ regiones eædem prorſus videntur cum illis, quas indicavit Euſtathius; nam Bunimi ſunt Trampyæ vicini, teſte Stephano, Τράμπυα, πόλις τῆς Ἠπείρου, πλησίον Βουνίμων. Idem etiam tradit in Βούνιμα.

802. Τυμφαίας] Tymphæa urbs, & Tymphe mons erat in Theſprotia. Stephanus, Τύμφη, ὄρος Θεσπρωτικόν· καὶ Τυμφαία, πόλις. Tymphæis porro vicini erant *Æthices*. Strabo lib. VII. Ἠπειρῶται δ' εἰσὶ καὶ Ἀμφίλοχοι, καὶ οἱ ὑπερκείμενοι καὶ συνάπτοντες τοῖς Ἰλλυρικοῖς ὄρεσι, τραχεῖαν οἰκοῦντες χώραν, Μολοττοί τε, καὶ Ἀθαμᾶνες, καὶ Αἴθικες, καὶ Τυμφαῖοι. Vetus Homeri Scholiaſtes, cujus verba uſurpavit Euſtathius, narrat Æthicas, ſecundum quoſdam, Theſſalicam eſſe gentem, Epiro conterminam: ſecundum alios, Macedoniæ: ſecundum alios, Perrhæbiæ. Αἴθικες, (inquit) ἔθνος Θετταλικὸν, ὑπερκείμενον τῆς Ἠπείρου· ἢ, ὥς τινες, Μακεδονίας· ἄλλοι δὲ εἶπον, Περαιβίας. Il. β′. v. 744.

821. Πλάτιν] i. e. τὴν ἄπιστον γυναῖκα, ſecundum Heſychium, quæ ſignificatio huic loco adprime convenit. Ariſtophanes πλάτιδα uxorem ſimpliciter dixit, in Acharn.

Καὶ τοῖς παιδίοισι, καὶ τῇ πλάτιδι.

Ad

Digitized by Google

Ad quod Scholiaſtes vetus, ... τῇ γυναικὶ, παρὰ τὸ πελάζειν τῷ ἀνδρὶ κατὰ τὴν κοίτην.

832. Ξείνη] Cur hoc nomine inſig...iatur Venus, diverſam à Scholiaſte rationem r...ddit Herodotus lib. II. cap. cxii. in Ægypti deſcriptione, Ἔστι δὲ ἐν τῷ τεμένεϊ τοῦ Πρωτέος ἱρὸν, τὸ καλέεται Ξείνης Ἀφροδίτης· συμβάλλομαι δὲ τοῦτο τὸ ἱρὸν εἶναι Ἑλένης τῆς Τυνδάρεω, καὶ τὸν λόγον ἀκηκοὼς, ὡς διαιτήθη Ἑλένη παρὰ Πρωτέϊ, καὶ δὴ καὶ ὅτι Ξείνης Ἀφροδίτης ἐπώνυμόν ἐστι, ὅσα γὰρ ἄλλα Ἀφροδίτης ἱρά ἐστι, οὐδαμᾶ Ξείνης ἐπικαλέεται.

843. Τᾶς δειρόπαιδος γαλᾶς] Muſtelam in collo geſtare, & ex ore partum edere ſciunt Naturæ Inveſtigatores, qui hac de re conſulendi ſunt. Cauſa, quam reddunt fabularum Auctores, hæc eſt: Galanthis, Alcmenæ ancilla, cum domina ſua partus doloribus laborans, à Junone, ne pareret, impediretur, mira aſtutia dicitur Deam eluſiſſe: veniſſe quippe ad eam riſu ac lætitia geſtientem, & ſolutam jam partu reginam mentiendo confinxiſſe: qua re intellecta, admiratione ſimul ac dolore concita Dea ſolutis manibus ſurrexit. Tunc ſubito Alcmena ſine ullo cruciatu Herculem enixa eſt. Dea vero indignata, mox Galanthidem in animal ſui nominis, γαλῆν nempe, mutavit, hac addita pœna, ut ore, quo præcipue peccaverat, pareret. Ovidius Metam. lib. IX. Fab. VI.

Numine decepto riſiſſe Galanthida fama eſt;
Ridentem prenſamque ipſis Dea ſæva capillis
Traxit, & è terra corpus relevare volentem
Arcuit, inque pedes mutavit brachia primos.
Strenuitas antiqua manet; nec terga colorem
Amiſere ſuum: forma eſt diverſa priori;
Quæ, quia mendaci parientem juverat ore,
Ore parit, noſtraſque domos, velut ante, frequentat.

848. Καὶ ξείδρον Ἀσβύσαο] Asbyſtes fluvius dicitur gentili nomine; Asbyſtas autem, ſeu Asbytas, vel Asbetas Libyæ partem illam habitaſſe, ubi Cyrenæi urbem condiderunt, adnotat Salmaſius ex Callimacho, qui ipſum Cyrenarum ſolum vocat Ἀσβυστίδα γαῖαν. Herodotus vero tradit Cyrenæis finitimos eſſe, & regionem mediterraneam incolere, Cyrenæos autem maritimam, lib. IV. cap. CLXX. Huic conſentire videtur Dionyſius, additque celebre illud Jovis Ammonis templum apud Asbyſtas eſſe, Περιηγ. v. 211.

Ἀσβύσταις δ' ἔπι τοῖσι μεσήπειροι πολίηται,
Καὶ τέμενος Λιβυκοῖο θεοῦ ψαμάθῳ ὑπὸ πολλῇ.

849. Δυσίδμοις θυρσὶ] i. e. Phocis, ſecundum illud Homeri Odyſſ. δ'. v. 403.

Πικρὸν ἀποπνείουσαι ἁλὸς πολυβενθέος ὀδμήν.

Et v. 442.

Φωκάων ἁλιοτρεφέων ὀλοώτατος ὀδμή.

Eaſdem χαμευνάδας vocat, quod meridie è mari egrediantur, & in antris quibuſdam humi dormiant, ut tradit idem Auctor, Odyſſea citata.

850. Ἀργείας κυνὸς] Cur Helenam Argivam appellat, cum notum ſit omnibus Laconicæ fuiſſe originis? Quia, nempe, Argos pro tota Peloponneſo uſurpari ſolebat. Similiter Homerus Iliad. β'.

Κὰδ δέ κεν εὐχωλὴν Πριάμῳ καὶ Τρωσὶ λίποιεν
Ἀργείην Ἑλένην. ———

Ubi Euſtathius, Ἐνταῦθα καὶ Ἀργείην τὴν Λακωνικὴν Ἑλένην λέγει, ὡς καὶ τῆς Λακεδαίμονος Ἄργους καλουμένης, καθάπερ ὅλη ποτὲ ἡ Πελοπόννησος. Heſychius, Ἄργος, Πελοπόννησος.

851. Κόρης] Κόρη nonnumquam opponitur τῇ γαμηθείσῃ, & virginem innuptam denotat, ut apud Sophoclem Trachin. v. 541.

Κόρην γὰρ, οἶμαι δ' οὐκέτ', ἀλλ' ἐζευγμένην.

Hic vero ſenſus non poteſt eſſe hujus loci. Sumitur etiam pro muliere quavis juvene, ut apud Homerum Iliad. ζ'.

Κουράων δ' ἑτέρωθεν ἐναντίοι ἔνδοθεν αὐλῆς
Δώδεκ' ἔσαν τέγεοι θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο,
Πλησίοι ἀλλήλων δεδμημένοι, ἔνθα δὲ γαμβροὶ
Κοιμῶντο Πριάμοιο παρ' αἰδοίῃς ἀλόχοισιν.

Ubi κόρας vocat Priamidarum uxores; ut etiam Chryſeidem, poſtquam fuiſſet Agamemnonis concubina, κούρην appellavit, Iliad. α'.

Πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι ἑλικώπιδα κούρην.

Et paullo poſt,

Μήτε σύ τόνδ' ἀγαθός περ ἐὼν ἀποαίρεο κούρην.

Vide quæ Euſtathius in hæc loca adnotavit. Similiter Lucretiam, nobilem matronam, Collatini uxorem, Ovidius *puellam* vocavit, Faſt. lib. II. v. 810.

Succubuit famæ victa puella metu.

Et ipſam Helenam *puellam* appellat apud eundem Hermione, Epiſt. ad Oreſtem v. 19.

Sit ſocer exemplo nuptæ repetitor ademtæ,
Cui pia militiæ cauſa puella fuit.

Κόραι etiam dicebantur apud Moloſſos pulcræ omnes, & ſormoſæ, ut obſervat Tzetzes: unde etiam Proſerpinam, quam narrant Aïdonei, Moloſſorum regis, filiam fuiſſe, κόρην dictam nonnulli tradiderunt. Suidas in v. Κόρη, Ἐπὶ τῶν κρίτων τῶν Ἰουδαίων ἐβασίλευσε Μολοσσῶν Ἄϊδης, ὃς ἔσχε θυγατέρα, ἣν ἐκάλεσε Κόρην Περσεφόνην, τὰς γὰρ εὐπρεπεῖς γυναῖκας οἱ Μολοσσοὶ κόρας ἐκάλουν.

853. Καὶ δῶρ' ἀνάψει παρθένῳ σκυλεῖα] Minervæ, tamqam belli Deæ, dicari ſolebant ſpolia bello capta, unde ἀγελεία, ληῖτις, &c. apud Homerum, alioſque Poetas dici ſolet. Iliad. κ'. ubi de ſpoliis à Dolone captis verba facit,

Καὶ τά γ' Ἀθηναίῃ ληΐτιδι δῖος Ὀδυσσεὺς
Ὑψόσ' ἀνέσχεθε χειρί. ———

Ubi Euſtathius, Τὸ ληΐτιδι ἴσως μὲν ὅμοιόν ἐστι τῇ ἀγελείᾳ, εἴπερ ἐκείνη γίνεται παρὰ τὸ ἄγειν λείαν· ἧς μέρος καὶ τὰ λάφυρα, ἤτοι σκῦλα, ἐξ ὧν σκυλήτειρα παρὰ Λυκόφρονι Ἀθηνᾶ.

854. Ταμάσιον κρατῆρα] i. e. æneum; à Tamaſa, Cypri urbe, ubi μέταλλα χαλκοῦ ἐστιν ἄφθονα, ut ait Strabo. Eſt & alia Tamaſa, vel Temeſa, Brutiorum in Italia urbs, metallis etiam clara. Ovidius Metam. XV.

Hippotadæque domos regis, Temeſeſque metalla,
Leucoſiamque petit, tepidique roſaria Pæſti.

Harum utra ſit hoc in loco intelligenda, dubitari poteſt; ut neque conſtat, ad utram pertineat illud Homeri Odyſſ. α'. v. 184.

Πλέων ἐπὶ οἴνοπα πόντον ἐπ' ἀλλοθρόους ἀνθρώπους
Ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκόν. ———

Euſtathius in hunc locum, Cypriam Temeſam à Lyco-

Digitized by Google

Lycophrone deſignatam putat: Τὴν μὲν ἐν Κύπρῳ Τεμέσην, Τάμασον ἀξιοῦσι διὰ τοῦ α οἱ παλαιοὶ λέγεσθαι, ἀφ' ἧς καὶ παρὰ Λυκόφρονι ὁ Ταμάσιος κρατήρ.

854. Σῖριν] Siris Italiæ erat urbs, à Trojanis domi profugis condita, & à muliere quadam, vel fluvio præterlabente nominata. Athenæus Deipn. lib. XII. Καὶ οἱ τὴν Σῖριν δὲ κατοικοῦντες, ἣν πρῶτον κατέσχον οἱ ἀπὸ Τροίας ἐλθόντες. Paullo poſt, ὠνομάσθη δ' ἡ Σῖρις, ὡς μὲν Τίμαιός φησι, καὶ Εὐριπίδης ἐν Δεσμώτιδι Μελανίππῃ, ἀπὸ γυναικός τινος Σίριδος· ὡς δ' Ἀρχίλοχος, ἀπὸ ποταμοῦ. Eadem fuit cum Heraclea, ſi Plinio fides habenda ſit, lib. III. cap. XI. Strabo tamen tradit ab Heraclea diverſam, ejuſque navale fuiſſe, Geogr. lib. VI. Poſtea Poliëum dicebatur, à Minerva Poliade. Stephanus, Σῖρις, πόλις Ἰταλίας πλησίον τῆς Μεταποντίου, καὶ ποταμός· μετωνομάσθη δὲ καὶ Πολίειον, ἀπὸ τῆς ἐν Ἰλίῳ Πολιάδος Ἀθηνᾶς.

Ibid. Λακινίου μυχὸς] Λακινίου μυχὸς legit Stephanus, Λακίνιον, ὄρος Κρότωνος· Λυκόφρων,

——— καὶ Λακινίου μυχός.

Τὸ ἐθνικὸν, Λακίνιος· καὶ τὸ κύριον τοῦ ἥρωος, ἀφ' οὗ τὸ ὄρος. Clarum heic erat Junonis templum, donariis pretioſis refertum. Strabo lib. VI. Μετὰ δὲ τὸ Σκυλλήτιον ἡ Κροτωνιάτις χώρα, καὶ τῶν Ἰαπύγων ἄκραι τρεῖς· μεθ' ἃς τὸ Λακίνιον, Ἥρας ἱερὸν, πλούσιόν ποτε ὑπάρξαν, καὶ πολλῶν ἀναθημάτων μεστόν. Ovidius Metamorph. XV.

Italiam tenuit, præterque Lacinia templa
Nobilitata Dea, Scylleaque littora fertur.

Et Dionyſ. Perieg. 368.

Τοὺς δὲ μέθ' ἑξείης Μεταπόντιον· ἐγγύθι δὲ σφῶν
Ἱμερτὸν πτολίεθρον ἐϋστεφάνοιο Κρότωνος,
Ναιόμενον χαρίεντος ἐπ' Αἰσάρου προχοῇσιν·
Ἔνθα καὶ αἰπεινὸν ἴδοιο Λακινιάδος δόμον Ἥρης.

Hinc Juno *Diva Lacinia* dicitur. Virgilius Æneid. III. 551.

Hinc ſinus Herculei (ſi vera eſt fama) Tarenti
Cernitur, attollit ſe Diva Lacinia contra.

860. Τὸν ἐννεάπηχυν] i. e. Achillem, quem nihil mirum ſi Poeta vocet *novemcubitalem*, cum apud Hiſtoriæ Scriptores memorentur homines inuſitatæ ſtaturæ, ut apud Herodotum Oreſtes ſeptemcubitalis, aliique; apud Poetas vero nihil frequentius. Apud Homerum Otus & Ephialtes novennes dicuntur latitudine ſeptemcubitales fuiſſe, proceritate autem ſeptem ulnarum, Odyſſ. λ'.

Ἐννέωροι γάρ τοί γε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
Εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι.

Hunc tamen locum Meurſius non vult ſtricte quoad verba accipi, quem in finem Heſychii verba citavit, quæ Homeri verſus, antea obſcuros, mire explicare, & luce ſuffundere ait: Ἐννεαπήχεες ἦσαν· ἐποίησε πρὸς τὴν ἀκρίβειαν, τὰ γὰρ σύμμετρα τῶν σωμάτων τὸ πλάτος τὸ μῆκος τετραπλάσιον ἔχει. Miror porro quis heic doctiſſimo viro impoſuerit, neque enim Heſychii verba aut ejus ſententiam confirmant, aut Homero lucem vel minimam præbent; nihil enim aliud voluit, quam quod laudanda nonnullis videatur Homeri ἀκρίβεια, qui menſuram Oti & Ephialtis quadruplo majorem quoad longitudinem fecit, quam quoad latitudinem, [ſi æ]qua corpora, ſecundum accuratas proportio[nu]m, & ſymmetriæ regulas, ita ſe habere debe[re]t: videtur enim ὄργυιά, ſecundum Heſychium, par eſſe πήχεσι quatuor.

862. Καὶ μήτε χρυσῷ φαιδρὰ &c.] Habitum lugentium deſcribit Poeta; ſolebant enim ii, ornamentis & ſplendore omni abjectis, pullatas veſtes induere. Ovidius Metamorph. VI. Fab. VIII. de Progne loquens, poſtquam Philomelæ ſororis mortem acceperat,

——— *velamina Progne*
Diripit ex humeris auro fulgentia lato,
Induiturque atras veſtes. ———

Idem facit Althæa, cum fratres ejus occidiſſet Meleager. Metam. VIII Fab. IV.

—— *plangore dato mæſtis ululatibus urbem*
Implet, & auratas mutavit veſtibus atris.

Græci etiam Poetæ frequentem habent atrarum veſtium mentionem. Euripides Phœniſſ. v. 374. de Jocaſta,

Κάρα ξυρηκὲς, καὶ πέπλους μελαγχίμους
Ἔχουσαν. ———

Iterum in Alceſtide, v. 427.

Πένθος γυναικὸς τῆσδε κοινοῦσθαι λέγω,
Κουρᾷ ξυρηκεῖ, καὶ μελαμπέπλῳ στολῇ.

Et ejuſdem Tragœdiæ v. 215.

——— ἢ τεμῶ τρίχα,
Καὶ μέλανα στολμὸν πέπλων
Ἀμφιβαλώμεθ' ἤδη.

866. Ταύρου γυμνάδας κακοξένους &c.] Nota eſt Erycis fabula, qui cum hoſpites lucta victos interficeret, ipſe tandem ab Hercule occiſus eſt.

867. Κωλῶτις] i. e. Venus. Eadem porro videtur fuiſſe cum ea, quæ Κωλιὰς dicta, vel à Coliade, Attico promontorio, vel ob alias cauſas, quas congeſſit Euſtathius, Commentario in Dionyſii v. 952. cujus verba ulterioris explicationis loco adponam: Κωλιὰς δὲ ἡ Ἀφροδίτη, (inquit) ἡ ἀπὸ τόπου Ἀττικοῦ, ὅπου τὰ Περσικὰ συνέπεσεν ναυάγια, περὶ ὃ χρησμὸς τοιοῦτος ἐξέπεσε, Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρύξουσιν, ὁ δὲ τοιοῦτος Ἀττικὸς τόπος ὅμοιός ἐστι, φασὶν, ἀνθρώπου κώλῳ, δηλαδὴ τῷ κατὰ τοὺς πόδας, ἐκκείμενος εἰς θάλασσαν, ἔχων Ἀφροδίτης ἱερὸν, Κωλιάδος καλουμένης ἐκ τοῦ τόπου ὁμοιότητος. Ἕτεροι δὲ Κωλιάδα φασὶ κληθῆναι ἀπὸ τόπου, εἰς ὃν ζώου κωλῆν ἀπέθετο ὄρνις, ἔκ τινος θυσίας ἁρπάσας· μῦθος δὲ τοῦτο ἐμπεσεῖν ἢ κωλῆ. Οἱ δέ φασιν ὅτι Ἀθηναίους ἐληΐσαντό ποτε οἱ Τυῤῥηνοὶ, μεγάλα συνιστῶντες πειρατήρια, γυμνὴ δὲ Τυῤῥηνὶς διατεθεῖσα φιλίως περί τινα τῶν Ἀττικῶν αἰχμαλώτων, ἀφῆκε λύσασα· ὁ δὲ φυγὼν ἵδρυσε Κωλιάδος Ἀφροδίτης ἱερὸν, ὡς δι' αὐτῆς τὰ κῶλα λυθείς. Plura de Coliade Venere qui videre volet, adeat Pauſaniam, Stephanum, Ariſtophanis Scholiaſten Nub. Act. I. Scen. I. &c.

869. Ἅρπης Κρόνου πήδημα] Hoc non eſt intelligendum de Corcyra, ut putavit Canterus, ſed Drepano, Siciliæ promontorio, & urbe: quia in illum locum falcem projecit Saturnus, qua Cœlo patri genitalia deſecuiſſet. Vel verius, quod ſit δρεπανοειδής, i. e. in modum falcis curvatum. Unde Ovidius Faſt. III.

Quique locus curvæ nomina falcis habet.

Servius in Æneid. III. v. 707. *Drepanum civitas eſt ante pedem montis Erycis, trans Lilybæum; dicta, vel propter curvaturam littoris, in*

quo

quo ſita eſt; vel quod Saturnus, poſt amputata virilia Cœlo patri, illuc falcem pro[illegible]erit, quæ δρέπανον dicitur Græce, &c.

874. Μινυῶν] Ad hunc Lycophronis locum reſpexit Euſtathius, Commentario in hunc verſum Iliad. λ'.

Ἔστι δέ τις ποταμὸς Μινυήϊος εἰς ἅλα βάλλων
Ἐγγύθεν Ἀρήνης. ———

Ὠνόμασται δὲ Μινυήϊος τετρασυλλάβως τύπῳ κλητικῷ, καὶ διαλύσει καὶ ἐκτάσει Μινύειος, ἀπὸ Μινυῶν τῶν μετὰ Χλωρίδος, τῆς μητρὸς Νέστορος, αὐτόθι ἐλθόντων ἐκ τοῦ Μινυείου Ὀρχομενοῦ· οἱ μὲν τῶν Ἀργοναυτῶν ὄντες ἀπόγονοι, οὓς Μινύας ὁ Λυκόφρων λέγει, ἐκ Λήμνου μὲν εἰς Λακεδαίμονα ἐξέπεσον. Idem in Odyſſ. λ'. Μινύειος Ὀρχομενός, ἢ ἀπὸ περιρρέοντος ποταμοῦ, ἢ ἀπὸ ἔθνους, ἢ γένους τῶν Μινυῶν· ὧν τινες καὶ εἰς Ἰωλκὸν ἀπῴκησαν τὴν Θετταλικήν, ὅθεν Μινύαι οἱ Ἀργοναῦται παρά τε ἄλλοις, καὶ Λυκόφρονι. Apollonius Rhodius tradit Minyas dictos eſſe Argonautas à Minya, qui progenitor erat virorum in hac expeditione principum, à quo etiam Minya, Theſſaliæ urbs, nomen accepit; Argonaut. lib. I. 229.

Τοὺς μὲν ἀριστῆας Μινύας περιναιετάοντες
Κίκλησκον μάλα πάντας, ἐπεὶ Μινύαο θυγατρῶν
Οἱ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι ἀφ' αἵματος εὐχετόωντο
Ἔμμεναι· ὣς δὲ καὶ αὐτὸν Ἰήσονα γείνατο μήτηρ
Ἀλκιμέδη Κλυμένης Μινυηΐδος ἐκγεγαυῖα.

Quam rem latius ibi deduxit doctiſſimus Scholiaſtes.

878. Τευχείρων] Teuchira hæc urbs dicitur à Strabone, & Marcellino; Ταύχειρα ab Herodoto, Diodoro Siculo, & Stephano. Sita erat in Pentapoli, vel Cyrenaïca, Libyæ regione, & poſtea à regina Arſinoe nomen accepit. Strabo lib. XVII. Μετὰ δὲ Βερενίκην πόλις ἐστὶ Ταύχειρα, ἣν καὶ Ἀρσινόην καλοῦσιν. Idem alii tradunt.

887. Τείτωνι Κολχὶς &c.] Hac de fabula videri poſſunt Apollonius Rhodius Argon. IV. 1550. & Pindarus Pythion. Od. IV.

896. Ἐν χθονὸς νειραῖς μυχοῖς] Νηροῖς legit Etymologici Auctor, Νηρός, Λυκόφρων,

——— ἐν χθονὸς νηροῖς μυχοῖς.

τοῖς κοίλοις, ἢ τοῖς κεκρυμμένοις. Emendo obiter Heſychium, apud quem legitur, Νήρικος, πόλις Ηπείνου. lege Ἠπείρου. Nericus enim Epiri urbs erat. Homerus Odyſſ. XXIV. 377.

Οἷος Νήρικον εἷλον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
Ἀκτὴν Ἠπείροιο. ———

897. Κυφαίων δύσπορον στρατηλάτην] Stephanus, Κύφος, πόλις Περραιβίας,

Γουνεὺς δ' ἐκ (lege δ' ἐκ) Κύφου ἦγε δύο καὶ εἴκοσι νῆας.

Ἀπὸ Κύφου, τοῦ παιδὸς Περραιβοῦ. Δύο δ' εἰσὶ Κύφοι, ὁ μὲν Περραιβίας, ὁ δὲ Θετταλίας. Καὶ ποταμὸς Κύφος. Ὁ πολίτης Κυφαῖος· Λυκόφρων,

Ἐν ᾗ Κυφαίων δύσπορον στρατηλάτην.

900. Ἀφρυσίων σκηπτοῦχον Εὐρυαμπίων] Stephani lectionem heic amplecti malim; Ἀμφρυσός, (inquit) πόλις Φωκίδος· τινὲς δὲ διὰ τοῦ β φασίν. Ἔστι καὶ ποταμὸς Μαγνησίας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀμφρύσιος, ὡς Λυκόφρων,

Ἀμφρυσίων σκηπτοῦχον Εὐρυαμπίων.

Magneſiam heic intelligit Theſſalicam; Amphryſus enim Theſſaliæ fluvius erat, juxta quem Apollo Admeti greges cuſtodivit; unde Lucanus,

——— flumine puro
Irrigat Amphryſus famulantis paſcua Phœbi.

Et Virgilius de eodem, Georg. lib. III. 2.

Te quoque, magna Pales, & te memorande canemus
Paſtor ab Amphryſo. ———

Ad Stephanum redeo, qui in V. Εὐρύαμπος verſum hunc iterum citavit; Εὐρύαμπος, (inquit) πόλις Μαγνησίας. Ὁ πολίτης Εὐρυάμπιος· Λυκόφρων,

Ἀμφρυσίων σκηπτοῦχον Εὐρυαμπίων.

901. Πετρωθέντος λύκου] Locum Theſſaliæ intelligit, quem Λύκειον, ſeu Λυκοσθένιον dicebant; Peleus enim Phocum, paternum fratrem, & Pſamathes Nereidis filium, occidit, quam ob cauſam irata Pſamathe lupum in Pelei greges, & armenta immiſit, quem poſtea, Thetidis precibus mota, in lapidem heic transformavit; unde datum loco nomen. Fabula eſt apud Ovidium Metam. XI. Fab. IX.

Cæruleam Peleus Pſamathen, ut finiat iram,
Orat, opemque ferat; nec vocibus illa rogantis
Flectitur Æacidæ: Thetis hanc pro conjuge ſupplex
Accepit veniam. Sed enim irrevocatus ab acri
Cæde lupus perſtat, dulcedine ſanguinis aſper,
Donec inhærentem laceræ cervice juvencæ
Marmore mutavit corpus, pariterque colorem;
Omnia ſervavit: lapidis color indicat illum
Jam non eſſe lupum, jam non debere timeri.

Cætera loca, quorum heic meminit Poeta, in Theſſalia erant; de quibus ſatis Tzetzes, & Canterus. Addam ſolummodo, Τίταρον eam eſſe urbem, quæ & Τιταρὼν dicebatur, ut ait Stephanus, Τιταρών, πόλις Θεσσαλίας, ἣν Τίταρον Λυκόφρων φησί.

907. Ἀκτέριστον ἐν πέτραις Αἰῶνα κωκύσουσιν ἠλοκισμένοι] i.e. in petris lacerati, *ætatem* inſepultam lugebunt: quoniam qui ſepultura deſtituebantur, centum annos errabant, priuſquam in Elyſios campos pateret aditus.

911. Τὸν δ' Αἰσάρου τε ῥεῖθρα, καὶ βραχύπτολιν &c.] Æſarus eſt Italiæ fluvius in Crotone. Theocriti Scholiaſtes Idyll. δ'. v. 17. Αἴσαρος, ποταμὸς διὰ μέσης τῆς πόλεως τῶν Κροτωνιατῶν ῥέων εἰς τὴν θάλασσαν. Strabo lib. VI. Πρώτη δ' ἐστὶ Κρότων ἐν ἑκατὸν σταδίοις ἀπὸ Λακινίου· καὶ ποταμὸς Αἴσαρος, καὶ λιμήν. Cæterum Philoctetes poſt everſam Trojam, facta Melibœorum defectione, in Italiam ſe contulit, ubi juxta Æſarum fluvium urbem condidit, quæ primo à Crimiſa nympha Crimiſa, vel Crimiſſa, poſtea Petilia adpellata eſt. Alii tamen urbem Petiliæ vicinam fuiſſe tradunt. Vid. Strabo libro citato. Hunc locum præ oculis habuit Stephanus, Κρίμισσα, πόλις Ἰταλίας, πλησίον Κρότωνος καὶ Θουρίων· Λυκόφρων· ἀπὸ Κριμίσσης νύμφης.

915. Σάλπιγξ] i.e. Minerva, Argis culta, cui tubæ inventio adſcribitur. Heſychius in V. Σάλπιγξ, ἐκλήθη δὲ καὶ Σάλπιγγος Ἀθηνᾶς ἱερὸν παρὰ Ἀργείοις. Phavorinus, Σαλπίγγων εἴδη ἕξ φασί, ὧν πρώτην εὗρεν ἡ Ἀθηνᾶ, διὸ καὶ Σάλπιγξ Ἀθηνᾶ παρ' Ἀργείοις τιμᾶται. Idem tradit Euſtathius Iliad. σ'. p. 1189. Ἓξ δέ φασι σαλπίγγων εἴδη· πρώτη, ἣν εὗρεν Ἀθηνᾶ, διὸ καὶ Σάλπιγξ Ἀθηνᾶ παρὰ Ἀργείοις τιμᾶται, καὶ κεῖται Λυκόφρονι τὸ ἐπίθετον. Pauſanias tradit

Tyrrhe-

Tyrrhenum tubam inveniſſe, Hegelaum vero, Tyrrheni filium, ejus uſum Dorienſes quoſdam docuiſſe, à quo Minerva Σάλπιγξ dicta, & ſub hoc nomine templo honorata; Corinthiacis, Ἀθηνᾶς δὲ ἱδρύσασθαι Σάλπιγγος ἱερὸν φασὶν Ἡγέλεων· Τυρσηνοῦ δὲ τοῦτον τὸν Ἡγέλεων, τὸν δὲ Ἡρακλέους εἶναι καὶ γυναικὸς λέγουσι τῆς Λυδῆς. Τυρσηνὸν δὲ σάλπιγγα εὑρεῖν πρῶτον, Ἡγέλεων δὲ τὸν Τυρσηνοῦ διδάξαι τοὺς σὺν Τημένῳ Δωριέας τοῦ ὀργάνου τὸν ψόφον, καὶ διὰ αὐτὸ Ἀθηνᾶν ἐπονομάσαι Σάλπιγγα.

Ibid. Πλόκον.] Huc reſpexit Euſtathius in Odyſſ. ε'. Τοῦ δὲ εὐπλόκαμος ἰδὼν, καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν πλοκάμου, προϋπάρχει ὁ πλόκος, οὗ χρῆσις παρὰ Λυκόφρονι.

918. Δράκοντι] i. e. arcu, quem ζαβὸν appellat, epitheto curvitati arcus proprio; & Σκύθην, quoniam eum Hercules à Teutaro Scytha accepit, ut initio libri dictum. Simili metaphora Æſchylus ſagittam vocavit ὄφιν, Eumenidum v. 181.

——— λαβοῦσα πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν
Χρυσηλάτου θώμιγγος ἐξορμώμενον.

Ubi Scholiaſtes nominis hujus rationem reddit, Ἀργηστὴν ὄφιν· πτερωκότα ὄφιν εἶπε τὸ βέλος, διὰ τὸ ἰόν. Minime itaque placet Meurſii conjectura, quæ dura nimis, & ab hoc loco aliena videtur.

920. Πατρεὺς] i. e. Apollinis, à Patara, Lyciæ urbe, in qua templum habuit, certiſſimis oraculis celebre, quæ ſex menſibus hibernis reddebantur; nam Apollo Delum in æſtate, Pataram in hyeme habitare credebatur; ut adnotat Servius, Commentario in Virgilii Æneid. IV. v. 143.

Qualis ubi hibernam Lyciam, Xanthique
fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inviſit Apollo.

Patarei etiam Apollinis meminerunt alii complures, inter quos Horatius lib. III. Od. IV.

——— *qui Lyciæ tenet*
Dumeta, natalemque ſilvam,
Delius, & Patareus Apollo.

Item Mela lib. 1. *Poſt ejus promontorium flumen eſt Lymira, & eodem nomine civitas, atque ut multa oppida, ſic præter Pataram non illuſtria: illam nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus, & oraculi fide Delphico ſimile.*

921. Ναύαιθος] Νέαιθον hunc fluvium vocat Strabo, unaque nominis rationem explicat, lib. VI. Πρώτη δ' ἐστὶ Κρότων ἐν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίοις ἀπὸ τοῦ Λακινίου· καὶ ποταμὸς Αἴσαρος, καὶ λιμὴν· καὶ ἄλλος ποταμὸς Νέαιθος. οὗ τὴν ἐπωνυμίαν γενέσθαι φασὶν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος. καταχθέντας γάρ τινας τῶν ἀπὸ τοῦ Ἰλιακοῦ στόλου πλανηθέντων Ἀχαιῶν, ἐκβῆναι λέγουσιν ἐπὶ τὴν κατάσκεψιν τῶν χωρίων· τὰς δὲ συμπλεούσας αὐτοῖς Τρῳάδας καταμαθούσας ἔρημα ἀνδρῶν τὰ πλοῖα, ἐμπρῆσαι, βαρυνομένας τὸν πλοῦν, ὥστ' ἀναγκασθῆναι μένειν ἐκείνους. Paullo poſt, Καὶ ποταμὸς δὲ ὁ Νέαιθος ἀπὸ τοῦ πάθους τὴν προσωνυμίαν ἔσχε. Eandem hiſtoriam multo particularius refert Conon Διηγήσει ιγ'. ubi tradit Græcorum ducem fuiſſe Proteſilaum; mulierem autem, cujus hortatu naves incenſæ erant, Æthillam, Laomedontis filiam, & Priami ſororem; &c. Videatur etiam Cœlius Rhodiginus lib. XXIV. cap. V.

922. Αἴσαρος Πελλήνιοι] i. e. Italiæ populi, qui profecti ſunt ex Pellene, quæ urbs eſt Achaïdos, condita, & nominata à Pelle quodam. Apollonius Arg. I. 176.

Ἀστ... δὲ καὶ Ἀμφίων, Ὑπερασίου υἷες,
Πε...ηνης ἀφίκανον Ἀχαιΐδος, ἥν ποτε Πέλλης
...πατροπάτωρ ἐπόλισσεν ἐπ' ὀφρύσιν αἰγιαλοῖο.

Ubi Scholiaſtes, Ἡ Ἀχαϊκὴ Πελλήνη διὰ τῶν δύο ν. ἡ δὲ ἑτέρα ἡ τῆς Ἀρκαδίας διὰ τοῦ α γράφεται Παλλήνη. Ἀχαΐς δὲ μέρος τῆς Θεσσαλίας, ἐν ᾗ ἡ Πελλήνη. Alii porro tradunt Achaicam Pellenen differre à Theſſalica, quæ Πελίννα dicitur.

924. Θερμύδρου τε Καρπάθου τ' ὅρων] Poſſet legi ὅρων, i. e. finibus, & Carpathus accipi pro inſula in mari mediterraneo, inter Rhodum & Cretam media, à qua mare Carpathium. Sunt tamen, qui Carpathi Rhodii meminerunt. Phavorinus, Κάρπαθος, πόλις Ῥόδου, καὶ νῆσος ἐστὶ τῶν Σποράδων. Thermydrus etiam Rhodiorum portus erat. Idem, Θέρμυδρος, λιμὴν Ῥοδίων. Stephanus Thermydram appellat, Θέρμυδρα, λιμὴν τῆς μιᾶς τῶν ἐν Ῥόδῳ πόλεων. Potuerunt etiam montes in Rhodo eſſe his locis cognomines. Porro coloniæ Rhodiorum, quæ in Italiam miſſa eſt, meminit Strabo lib. XIV. Ἔτι δὲ τῶν Ῥόδιων καὶ αἱ Σάλαπ..., ...

927. Μακάλλας] De maceria hæc interpretatur Canterus, de urbe quadam Italiæ Tzetzes, quam vocat Μάκαλλαν· & huic adſentire videtur Stephanus, niſi quod Μάκαλλαν appellet. Μάκαλλα, πόλις Ἰταλίας· κέκληται δὲ ἀπὸ τοῦ μαλακισθῆναι ἐκεῖ τὸν Φιλοκτήτην.

930. Λαγαρίας] Lagaria Italiæ urbs eſt, Thuriis propinqua, unde vinum Lagaritanum. Strabo lib. VI. Μετὰ δὲ Θουρίους, Λαγαρία φρούριον, Ἐπειοῦ καὶ Φωκέων κτίσμα· ὅθεν καὶ ὁ Λαγαριτανὸς οἶνος, γλυκὺς καὶ ἁπαλὸς, καὶ παρὰ τοῖς ἰατροῖς σφόδρα εὐδοκιμῶν. Hinc emenda Stephanum, Λαγαρία, φρούριον Σικελίας, πλησίον Θουρίων. τοῦ Ἐπειοῦ καὶ Φωκέων κτίσμα, ὡς Στράβων. Pro Σικελίας, lege Ἰταλίας Eadem corruptela in alia Stephani loca irrepſit.

934. Κομαιθοῦς] Huc reſpexit Euſtathius Il. α'. Ἡ δ' αὐτὴ (ſc. ξανθὴ) κόμη ξανθὴ ἂν καὶ αἰθὴ, ὡς ἐκ τοῦ αἴθω· οὗ χρῆσις ἐν τῷ, Αἴθος γεγένημαι. Ἡ δὲ τοιαύτη αἰθὴ κόμη τὴν παρὰ Λυκόφρονι Κομαιθὼ παρήγαγεν, ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ πυῤῥότριχα.

936. Κυδωνίας] Minervæ Cydoniæ templum in Elide exſtruxit Clymenus quidam, ex Cydonia, Cretæ urbe, profectus. Pauſan. Eliac. ς'. de Piſæa loquens, Ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ λόφος ἐστὶν ἀνήκων εἰς ὀξύ· ἐπὶ δὲ αὐτοῦ πόλεως Φρίξας ἐρείπια, καὶ Ἀθηνᾶς ἐστὶν ἐπίκλησιν Κυδωνίας ναός· ἔστι μὲν οὖν τὰ πάντα ἐστὶν ὡς βωμὸς καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι. ἱδρύσασθαι δὲ τῇ θεῷ τὸ ἱερὸν Κλύμενόν φασιν, ἀπόγονον Ἡρακλέους τοῦ Ἰδαίου· ἀφικέσθαι δὲ αὐτὸν ἀπὸ Κυδωνίας τῆς Κρητικῆς καὶ τοῦ Ἰαρδάνου ποταμοῦ. Λέγουσι δὲ καὶ Πέλοπα οἱ Ἠλεῖοι τῇ Ἀθηνᾷ θῦσαι τῇ Κυδωνίᾳ, πρὶν ἢ ἐς τὸν ἀγῶνα αὐτὸν Οἰνομάῳ καθίστασθαι.

937. Κρηστῶνος θεὸν] Creſtonen heic non pro tota Thracia, ſed ſingulari Thraciæ urbe accipiendam putavit Stephanus, Κρηστὼν, πόλις Θρᾴκης· ἔοικε δὲ εἶναι ἡ Κρηστώνη παρ' Ἡροδότῳ. Λυκόφρων,

Ὀρκωμοτήσας τὸν τε Κρηστῶνος θεόν.

940. Σπίσας ἀγρευτὴς τὴν κατήγυιον χερῖν] Fallitur Euſtathius, qui hæc de Epeo accepit; Ἐπειὸς (inquit) κατὰ χάριν ἦν ὡς ἔμφρων, ἐπιεικῶς πως τῷ δίδυμῳ

διδύμῳ ἀδελφῷ, καὶ νικήσας προεξελθεῖν. ἱστορεῖ ὁ Λυκόφρων. Similis eſt hiſtoria Eſau & Jacobi in utero Rebeccæ contendentium.

941. Τιτοῦς] Emendo Heſychium, Τιτοῦ, πῶς ἢ αἴειον, ἢ τινί. Mallem, Τιτὼ, φῶς, ἢ ἡλίειον ἢ τιτῷ, τινί.

966. Τρίδειρον νῆσον.] Commentarii loco erunt Euſtathii verba in Perieg. v. 467. Ὅτι τὴν παρ' Ὁμήρῳ Θρινακίαν, Τρινακρίαν ὕστερόν φασι, ταύτῃ τὴν Σικελίαν ὅτι ἐκτέταται, φησὶν, ἐπὶ τρισὶ ταῖς πλευραῖς ἐοικυῖα, οἷα δηλονότι τρίγωνος οὖσα. καὶ ἔστιν οἷον ἐτυμολογία τοῦτο τῆς Τρινακρίας οἱονεὶ τριακρίας, ὅ ἐστι τρία ἐχούσης ἄκρα. διὸ καὶ ὁ Λυκόφρων Τρίδειρον νῆσον λέγει αὐτὴν, καὶ ὁ Πίνδαρος τριγλώχινα. Poſtea tradit hæc tria promontoria eſſe, Pachynum, Pelorida, & Lilyben.

Ibid. Νῆσον εἰς λαχείαν.] Quid ſit νῆσος λαχεῖα docet ad ſequens hemiſtichium Odyſſ. ι'.

Ναιετάω δ' Ἰθάκην εὐδείελον. ——

Εὐδείελον (inquit) τὸ εὐπερίοπτον καὶ εὐπερίληπτον· διὸ καὶ νῆσον λαχείαν ὁ Λυκόφρων λέγει. ἐπεὶ ὁ μὲν ἄπειρος τόπος, οὐκ εὐδείελος· ὁ δὲ λαχεῖος, πάντως καὶ εὐδείελος διὰ τὸ εὐπερίγραπτον.

976. Κρατὸς δ' ἄκουρος νῶτα καλλυνεῖ φόβη] Magnam hic litem excitaſſe ſibi viſus eſt Meurſius, quam aliis dirimendam relinquit. Quaſdam ait Auctores crines intonſos & promiſſos, alios vero tonſos & ad cutem uſque deraſos luctus teſſeram facere; eamque in rem multa adducit teſtimonia, quibus non pauca habeo addenda, ſi id aut res poſtularet, aut tempus ſineret. Hoc tamen nemini dubium movere debet, nec Auctores iſti pugnare cenſendi ſunt. Cauſa enim iſtius variationis videtur fuiſſe temporum, locorumque mutatio: apud quas enim gentes mos erat comam nutrire, ibi in luctu tondebant; in iis autem, quibus mos erat capillos tondere, in luctu promittebant: ut lugentium habitus eſſet communi vitæ uſui contrarius. Cujus rei innumera occurrunt apud Veteres teſtimonia.

989. Ἰάονας] i. e. Athenienſium coloniam: nam Athenienſes erant ex Ionum genere, & Iones, ſeu Iaones quondam dicti, ab Ione, vel Iaone, Xuthi, vel Apollinis filio; vel, ut alii putant, à Javan, Noachi nepote. Stephanus, Ἰωνία, ἡ Ἀττικὴ πρότερον, ἀπὸ Ἴωνος, τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Κρεούσης, τῆς Ἐρεχθέως. Idem tradunt Strabo, Heſychius, aliique innumeri. Homerus etiam Atticæ incolas vocavit Ἰάονας, obſervante Strabone; Ὁ δὲ ποιητὴς (inquit) ὅταν φῇ,

Ἔνθαδε Βοιωτοὶ, καὶ Ἰάονες. ——

τοὺς Ἀθηναίους λέγει. Hinc etiam Æſchylus de Xerxe, qui contra Athenas expeditionem ſuſceperat, ait in Perſis,

Ἰαόνων γῆν οἴχεται πέρσαι θέλων.

Ubi Scholiaſtes Ionem tradit Athenis regnaſſe, Ἰστέον δὲ (inquit) ὅτι Ἰάονες οἱ Ἀθηναῖοι λέγονται ἔκ τινος Ἴωνος βασιλεύσαντος αὐτῶν. Hoc autem verum eſſe nequit, ut patet tum ex ſerie regum Athenienſium, in qua nemo occurrit, cui nomen erat Ioni; tum ex Pauſania, ex quo diſcimus Ionem non regem, ſed exercitus imperatorem fuiſſe. Athenienſes porro non diu nomen *Ionum* retinebant, ut ex Herod. diſcimus lib. I. cap. CXLIII. Οἱ μέν νυν ἄλλοι Ἴωνες καὶ Ἀθηναῖοι ἔφυγον τοὔνομα, οὐ βουλόμενοι Ἴωνες κεκλῆσθαι. Etſi vero nomen Ionum repudiarunt, veteri tamen Ionicæ dialecto magnam habuit affinitatem Attica. Euſtathius Iliad. α'. p. 98. Ισοδίκα διὰ τοῦ κ γράφεται, δῆλον τὰ παρὰ τὸ δίχα οὕτω προάγονται Ἰωνικῶς, ἤδη δὲ καὶ Ἀττικῶς· δῆλον δὲ ὅτι κοινωνία τις ἦν τῇ παλαιᾷ Ἰάδι καὶ Ἀτθίδι. Conſule Archæologiæ noſtræ cap. 1.

999. Ἧς ἐκπνεούσης λοῖσθον ὀφθαλμὸς τυπεὶς &c.] Per τυπέντα ὀφθαλμὸν nonnulli intelligunt Achillis oculum, quoniam is cæſæ Pentheſileæ amore captus fuiſſe, & Therſiten, cum id ei exprobravit, haſta, vel, ut alii, pugni ictu occidiſſe dicitur. Homeri vetus Scholiaſtes Iliad. β'. v. 219. Φησὶν ὁ Κόϊντος, ὅτι ἐν τῇ Ἀμαζονομαχίᾳ ἀνελὼν Ἀχιλλεὺς Πενθεσίλειαν, τὴν τῶν Ἀμαζόνων βασίλειαν, εἶτα ἰδὼν τὸ σῶμα αὐτῆς εὐπρεπὲς πάνυ εἰς ἔρωτα ἦλθε τῆς προῃρημένης, βαρέως τε ἔφερεν ἐπὶ τῷ θανάτῳ αὐτῆς· ὁρῶν δὲ δυσφοροῦντα αὐτὸν Θερσίτης, συνήθως ἐλοιδόρει· ἐφ' ᾧ ὀργισθεὶς ὁ ἥρως, κονδύλῳ παίσας αὐτὸν ἀναιρεῖ, παραυτίκα τῶν ὀδόντων αὐτοῦ καταπεσόντων χαμαί. Alii Pentheſileæ oculum intelligunt, quem cum eruiſſet mortuæ Therſites, ab Achille occiſus eſt. Sophoclis Scholiaſtes ad Philoct. v. 445. quo loco Therſites poſt Achillis mortem ſuperfuiſſe contra pleroſque Auctores traditur: Τοῦτο (inquit) παρ' ἱστορίαν· λέγεται γὰρ ὑπὸ Ἀχιλλέως ἀνῃρῆσθαι, καθ' ὃν χρόνον καὶ τὴν Πενθεσίλειαν ἀνεῖλε· φονευθείσης γὰρ ὑπὸ Ἀχιλλέως τῆς Πενθεσιλείας, ὁ Θερσίτης δόρατι ἔπληξε τὸν ὀφθαλμὸν αὐτῆς· διὸ ὀργισθεὶς ὁ Ἀχιλλεὺς, κονδύλοις αὐτὸν ἀνεῖλε, λέγεται γὰρ καὶ μετὰ θάνατον ἐρασθῆναι αὐτῆς.

1000. Πιθηκομόρφῳ] Meurſius ſimiæ comparari Therſiten vult ob calliditatem, quod, animal illud apud Auctores calliditatis ſit exemplum: ſed quid hoc ad Therſiten, quem Homerus, ut virum turbidum, tumultuoſum, conſilii etiam & prudentiæ expertem, alienis tamen negotiis ſe quotidie ingerentem depinxit? Mihi igitur placet vulgata interpretatio, qua Therſites ob deformitatem, ſimiæ comparari dicitur. Euſtathius Iliad. β'. Λυκόφρων δὲ εἰδοποιήσας τὸ τοῦ Θερσίτου αἶσχος, πιθηκόμορφον αὐτὸν ὀνόμασεν. Similiter Ariſtophânes hominem deformem, πίθηκον dixit, in Avibus,

—— διαθήκην ἐμοὶ,
Ἥνπερ ὁ πίθηκος τῇ γυναικὶ διέθετο.

Ubi Didymus πίθηκον exp. αἰσχρόν τινα τὴν ὄψιν, ut tradit vetus Scholiaſtes. De ſimiarum turpitudine Oppianus Κυνηγετ. β'.

Λοιπὸν τουτὶ γένεθλα κακῶν μίμημα πιθήκων·
Τίς γὰρ ἂν ἢ στυγίοι τοῖον γένος αἰσχρὸν ἰδέσθαι,
Ἀβληχρὸν, στυγερὸν, δυσδέρκετον, αἰολόβουλον;

Unde Jupiter in Gigantum opprobrium, inſulas iis ſuperpoſuiſſe dicitur, in quibus deforme hoc, & ridiculum animalium genus collocaſſet, in quod prius perjuros, & à nullo ſceleris genere abhorrentes Cercopas mutaſſet. Ovidius,

Quippe Deûm Genitor, fraudem & perjuria quondam
Cercopum exoſus, gentiſque admiſſa doloſæ,
In deforme viros animal mutavit, ut iidem
Diſſimiles homini poſſent, ſimileſque videri.

1005. Γαῖαν ἐκ κοίλης ὀδὰξ Δάψουσι] Hæc imago cadentium dolorem exprimit. Sic apud Homerum Iliad. β'. 418.

Πρηνὴς ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν.

Et Il. λ'. 747.

——— δύο δ' ἀμφὶς ἕκαστον

Φῶτες ὀδὰξ ἕλον οὖδας, ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ δαμέντες.

Ovidius Met. IX. lib. I.

——— *tum denique tellus*

Preſſa genu noſtro eſt, & arenas ore momordi.

1011. Τὸν ἐκ Λυκορμαίων ποτῶν Στρατηλάτην &c.] Lycormas eſt fluvius, flavis arenis clarus: Ovidius Metam. II.

Arſuruſque iterum Xanthus, flavuſque Lycormas.

Evenus aliquando dictus eſt ab Eveno rege, quem demerſum in his aquis ferunt. Heic Neſſus ab Hercule interfectus dicitur: Strabo lib. x. *Dux*, quem heic intelligit, eſt Thoas, Andræmonis & Gorges filius, qui ex Ætolia copias ad bellum Trojanum eduxit: Homerus Bœotiæ v. 145.

Αἰτωλῶν δ' ἡγεῖτο Θόας, Ἀνδραίμονος υἱός.

1015. Ποδωτοῖς λίνοις] *Pedes* dicebantur funes, quibus vela utrimque tenduntur, & circumaguntur. Ariſtophanis vetus Scholiaſtes Equit. Act. I. Scen. I. Πόδας δὲ καλοῦσιν οἱ ναῦται τὰς παρ' ἑκάτερα τὰ μέρη κάλως ἐνδεδεμένους τῇ ὀθόνῃ. Apollonii Scholiaſtes, Τὰ χοινία, οἷς ἰσχυροποιεῖται ὁ ἱστὸς κατὰ τὰς γωνίας, πόδας καλοῦσιν, ἐφεξῆς δὲ τούτων προπόδας. Hunc ſpectant Euſtathii verba in Odyſſ. ε'. Πόδες δὲ, τὰ κάτω δύο χοινία· οἷς πρὸς στρέφειν καὶ στρίμματα δεσμεῦνται τὰ ἱστία· καλοῦνται δὲ πόδες διὰ τὸ κάτω εἶναι ἀπεναντίας ταῖς προσερρηθείσαις ὑπέραις ὡς οἷον ὕπερθεν κεφαλαῖς τῶν τοιούτων ποδῶν· ἐξ οὗ ῥῆμα ποδῶ ποδώσω, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ Λυκόφρων, ἔνθα ποδωτὰ λίνα, τὰ ἱστία φησίν. Pedum porro uſus erat in captandis ventis; cum enim antenna extra malum, proram verſus, ex æquo penderet, pedes hinc atque hinc è velo penduli ad latera navis item ex æquo alligarentur; prout magis minuſve pedum alter aut laxabatur, aut ſtringebatur, ita magis minuſve in dextrum ſiniſtrumve latus detorquebantur antennarum cornua, ipſaque obliquebatur antenna, & majori minorive ſinu vela ventos excipiebant.

1017. Ἀργυρίνους] Argyrini erant, ſecundum Stephanum, Epiri populi: Ἀργυρῖνοι, (inquit) ἔθνος Ἠπειρωτικὸν, ὡς Τίμαιος, καὶ Θέων, καὶ Λυκόφρων,

Εἰς Ἀργυρίνους, καὶ Κεραυνίων νάπας.

Et de his populis intelligendum eſſe hoc nomen inde conſtat, quod cætera loca, quorum heic meminit Poeta, in Epiro ſita ſint. Fruſtra igitur eſt Tzetzes, & qui eum ſequitur Thomas de Pinedo, qui Argyrinos hos in Sicilia collocant.

Ibid. Κεραυνίων νάπας] Mentes hos alii *Ceraunios*, alii *Acroceraunios* dicunt; ſunt autem in Epiro, & pertingunt uſque ad Adriaticum mare. Vid. Plinius lib. III. cap. XXIII. Mela lib. II. Nomen habuiſſe dicuntur à κεραυνὸς, quia propter altitudinem frequenti fulmine feriuntur, ſecundum illud Horatii,

——— *feriuntque ſummos*

Fulmina montes.

Hinc etiam *Cerauniorum* montium apud Amazonas meminit Strabo lib. XI. & urbis *Ceraunia*, in ſublimi petra conditæ, in Achaia, lib. VIII. Nec alia ratione *Pyrenæos* dictos autumant. Κεραυνίων νάπας dixit Poeta, quod ſilvis amicti eſſent hi montes; unde eos Dionyſius vocavit δρυμὰ Κεραύνια, Perieg. v. 492.

Πρὸς δ' αὐτὸν μετὰ δρυμὰ Κεραύνια τοῖσι διδῶσι

Νῆσοι ... φαίνοιντο παρεκ... Ἀμβρακιωτῶν.

1020. Λακμωνὶς πίνοντες Αἴαντος ῥοάς] Lacmon [illegible] montis vertex, ex quo fluit Æas, ut tradunt Stephanus, & Strabo in ſexto. Æas exiguus eſt fluvius, qui in Ionium mare devolvitur. Lucanus lib. v.

Purus in occaſum, ſed parvi gurgitis Æas

Ionio fluit inde mari. ———

1021. Μυλάκων] Hos Epiri gentem eſſe vult Stephanus, Μύλακες, ἔθνος Ἠπειρωτικόν· Λυκόφρων,

Κράθις δὲ γείτων, ἠδὲ Μυλάκων ὄροι.

Ubi nota, quod pro ὄρεις Stephanus legat ὄροι.

1922. Κόλχων Πόλαις] Polæ, vel Pola, Illyriæ vel, ut alii, Epiri oppidum. Ejus ſitum, originem, nominiſque rationem tradit Strabo lib. IV. Μετὰ δὲ Τίμαυον ἡ τῶν Ἰστρίων ἐστὶ παραλία μέχρι Πόλας, ἣ προσκεῖται τῇ Ἰταλίᾳ· μεταξὺ δὲ φρούριον Τεργέστε, Ἀκυληΐας διέχον ρ' καὶ π' σταδίους· ἡ δὲ Πόλα ἵδρυται μὲν ἐν κόλπῳ λιμενοειδεῖ, νησίδια ἔχοντι εὔορμα καὶ εὔκαρπα. κτίσμα δ' ἐστὶν ἀρχαῖον Κόλχων τῶν ἐπὶ τὴν Μήδειαν ἐκπεμφθέντων, διαμαρτόντων δὲ τῆς πράξεως, καὶ καταγνόντων ἑαυτῶν φυγήν,

——— τὸ μὲν φυγάδων τις ἐνίσποι

Γραικὸς, (ὡς Καλλίμαχος εἴρηκεν) ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

Bochartus Geographiæ ſacræ parte I. lib. IV. cap. XXXI. deducit à פלה *Pala*, quod Hebræis & Syris in *Piel* denotat ſeparare, auferre, amovere. Unde in Chaldæo Paraphraſte paſſim פלי מן ארעא *amovit à terra*, i. e. in exilium egit. Sic I Sam. XXVIII. 9. *Saul* פלי *removit Pythones & ariolos è terra.* I Reg. XV. 12. ופלי *Et removit ſcorta è terra.* Et XXII. 47. פלי *Removit illos ex terra.* Inde *Pola* Colchis exſulem, vel exſilium ſonabat. Poſtea Romanorum fuit colonia, & *Pietas Julia* dicebatur. Plinius lib. XIX. *Oppida Iſtriæ civium Romanorum, Parentium colonia, Pola, quæ nunc Pietas Julia, quondam à Colchis condita.*

1024. Αἴας ἀρχὸς] i. e. Æetes, qui Æam urbem in Colchide condidit, à qua ipſe poſtea nomen accepit, ut putat Stephanus. Meminit etiam hujus urbis Strabo lib. I. & ad Phaſim ſitam fuiſſe tradit. Hinc Circe *Ææa*, i. e. è Colcho oriunda, ut vult Euſtathius. Virgil. Æneid. III. 386.

——— *Ææque inſula Circes.*

Ibid. Εἰδυίας πόσει] Eidyiæ maritum fuiſſe Æeten tradit etiam Heſiodus, Theogon. v. 958.

Αἰήτης δ' υἱὸς φαεσιμβρότου Ἠελίοιο

Κούρην Ὠκεανοῖο τελήεντος ποταμοῖο

Γῆμε θεῶν βουλῇσιν Ἰδυῖαν καλλιπάρῃον.

1026. Οἱ πρὸς βαθεῖ νάσσαντο Διζηροῦ πόρῳ] Hunc verſiculum laudat Stephanus, Διζηρός, πόλις Ἰλλυρίδος· Λυκόφρων,

Οἱ πρὸς βαθεῖ νάσσαντο Διζηροῦ πόρῳ.

Ἴσως ἀπὸ τοῦ δίζεσθαι τὴν Μήδειαν ὀνομασθείς. Ubi pro πόλις jure optimo Thomas de Pinedo repoſuit ποταμός.

1032. Παρθένου Λογγάτιδος] i. e. Hecates, quam Longatida dictam crediderim, quod inferorum

rum Dea ſit, & præſit τῶν λύγρων, i. e. τύφων.

1033. Ελωρος ἔνθα &c.] Helorus Siciliæ fluvius eſt, qui paullo ſupra Pachynum promontorium, ſeptemtrionem verſus, in mare volvitur; in decurſu autem in campos circumjacentes certo tempore diffuſus, Nili eos more fœcundat.

1040. Τελφουσία] i. e. Erinnys, à Thelphuſſa, Arcadiæ urbe, in qua colebatur Ceres Erinnys, de qua vide Commentarium noſtrum ad v. 153.

1041. Λάδωνος ἀμφὶ ῥεῖθρα ναίουσα] Panſanias in Arcad. tradit Ladonem fluvium eſſe omnium, quotquot uſpiam in toto orbe ſunt, pulcherrimum; Erinnyis pocro templum præterlabi, & tandem in Alpheum defluere.

1054. Ηπίου] i. e. Æſculapii. Etymologici Auctor, Ηπιος, οὕτω προσηγορεῖτο Ἀσκληπιός, ὁ ἀπὸ τῆς ἠπιότητος, ἢ ἀπὸ τῆς τέχνης, καὶ τῆς τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως· οὗ καὶ γυναῖκα παραδιδόασι τὴν Ηπιόνην &c. Eadem tradit etiam Phavorinus.

1075. Σῆτεια τλῆμον &c.] Hanc fabulam narrat Stephanus, traditque Setæum ab hac muliere dictam eſſe quandam juxta Sybarin regionem; Σηταῖον, χώρα περὶ Σύβαριν, ἔνθα Σηταίαν, μίαν τῶν αἰχμαλώτων, πείσασαν τὰς ἄλλας τῶν Ελλήνων ἐμπρῆσαι τὰς ναῦς, αὐτὴν ἐσταυρῶσθαι. Idem tradit Etymologici Auctor, Σηταῖον, χωρίον ἐστιν, ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῆς Σηταίας τῆς αἰχμαλώτιδος Τρῳάδος· ἥτις ἔπεισε τὰς λοιπὰς συμφλέξαι τὰς ναῦς τῶν Ελλήνων· δι᾽ ὅπερ γνόντες οἱ Ελληνες, ἀνεσκολόπισαν αὐτήν.

1076. Γυίοις πέδαις &c.] Modum hujus ſupplicii deſcribit; ſolebant enim crucifixorum manus & pedes (ea Græcis γυῖα) clavis cruci annectere, quod προσηλοῦν dicebant. Et priſcis quidem temporibus damnati rupibus affigi, ibique feris exponi ſolebant; poſtea vero invaluit crucis nſus.

1077. Οργυιωμένη] H. e. paſſis manibus. Canterus exp. *deligata*, perperam. Nam ὀργυιὰ eſt menſura inter expanſa brachia. Hinc ὀργυιοῦσθαι, expanſa brachia habere, quod proprium eſt τῶν σταυρουμένων. Heſychius, Οργυιά, ἡ τῶν ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασις. Suidas, Οργυιωμένοις, ἐκτεταμένοις. Huc pertinent Euſtathii verba in Odyſſ. φ'. Τὸ δὲ ὀρεξαμένη, ἀντὶ τοῦ ἁπλώσασα, ἀνατείνασα· ἐξ οὗ, καὶ ὀργυιά, καὶ ὀργυιῶσθαι παρὰ Λυκόφρονι.

1084. Νῆσόν τε Κερνεᾶτιν.] Huc ſpectant, quæ apud Euſtathium occurrunt comment. in Perieg. v. 218. Ο δὲ Λυκόφρων καὶ δυτικήν τινα Κέρνην παραδηλοῖ, ὑπὲρ Τυρσηνίας, ἔνθα Κερνεᾶτιν ἱστορεῖ νῆσον, δοκοῦσαν ἀπὸ Κέρνης παρωνομάζεσθαι.

1085. Λαμητίαις δίναισι] Lametii ſinus meminit Ariſtoteles; dictus autem videtur à Lametinis, qui Lametiam, Lucanorum urbem ad mare Tyrrhenum ſitam, incolebant, & idem eſſe cum eo, quem Napetinum Antiochus, Hipponiatem alii appellant.

1089. Ρυσταγμάτων] Quid ſit ῥύσταγμα docet Etymologici Auctor; Ρυστάζειν (inquit) τὸ μετὰ βίας ἕλκειν. παρὰ τὸ ἐρύω, ὃ ῥύω, καὶ πλεονασμῷ ῥυστάζειν· ἔστι δὲ μετὰ βίας καὶ ἀνάγκης ἕλκειν· καὶ μίγνυσθαι γυναικί, καὶ Λυκόφρων ῥυσταγμάτων λέγει. Quæ verba ſunt in Phavorino, niſi quod ῥυσμάτων corrupte legatur pro ῥυσταγμάτων.

1091. Εἰκτῶν ἐκλάμψει θυμάτων σέλας] Obſervat heic Meurſius, dnpliei de cauſa ſacrificaſſe Veteres, vel quia votum, vel qnia ab oraculo mandatum: hæc ſacrificia ἀπὸ τῆς μαντείας dicebantur; illa, εὐκταῖα, & χαριστήρια. Suidas quatuor ſacrificandi fines enumeravit in v. Θυσία, Τῶν θυσιῶν (inquit) αἱ μὲν δωροφορικαί, αἱ δ᾽ ἀπολυτρωτικαί, αἱ δὲ διαλλακτικαί, αἱ δὲ ἀποπληστικαί. Δωροφορικάς, nempe, dicebant, qnibus pio & libero animo Diis *dona ferebant*. Απολυτρωτικάς, quibus ſupplicabant, nt à malis *liberarentur*. Διαλλακτικάς, quibus Deos iratos *placabant*. Αποπληστικάς, quibus vota *explebant*, & promiſſis ſe *liberabant*. Quæ diſtributio nobis hand ſufficiens videtur; aliam itaque dedimus in Archæologiis noſtris Græcis, lib. II. cap. XV. quo Lectorem remitto.

1092. Κερδύλα] i. e. Jovi, à *lucro* dicto, quod omnia hominibus bona largiatur, unde πλουτοδότην appellavit Orpheus; nec alia ratione δωτῆρα ἐάων dixit Callimachus,

Χαῖρε μέγα Κρονίδη, πανυπέρτατε, δῶτορ ἐάων,
Δῶτορ ἀπημονίης. ———

1094. Αλεκτόρων] i. e. Græcorum, quos ob fortitudinem gallis, avibus pugnaciſſimis, comparat. Eadem tranſlatione uſa eſt apud Æſchylum Minerva, cum Furiarum chorum orat, ne inter Athenienſes bellum, & contentiones excitent, Eumenid. 864.

Μηδ᾽ ἐξελοῦσ᾽, ὡς καρδίαν ἀλεκτόρων,
Εν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν ἱδρύσῃς Αρη
Εμφύλιόν τε, καὶ πρὸς ἀλλήλους θρασύν.

Ubi Scholiaſtes, Εξελοῦσα, ἀναπληρώσασα, μάχιμον γὰρ τὸ ὄρνεον, οὐδὲ τι ἄλλον ζῶον τὸ συγγενὲς αἰδουμένων, μόνος ὁ φονεύεται.

1099. Κελαινῶν αἰχμητῆρος βρόχον Εν ἀμφιβλήστρῳ &c.] Notus eſt Clytæmneſtræ dolus, quæ, quo facilius Agamemnonem obtruncaret, tunicam paravit, quæ nec colli, nec manuum exitus haberet; quam heic *laqueum*, & *rete* appellat Poeta, ſumta ab Æſchylo metaphora, apud quem Caſſandra de hac tunica ait, in Agamemn. 1124.

——— ἦ δίκτυόν τι γ᾽ ἀΐδου;
Αλλ᾽ ἄρκυς ἡ ξύνευνος, ἡ ξυναιτία
Φόνου. ———

De eadem v. 1391.

Απειρον ἀμφίβληστρον, ὥσπερ ἰχθύων
Περιστιχίζω πλοῦτον εἵματος κακόν.

Et in Χοηφόροις, v. 490.

Μέμνησο δ᾽ ἀμφίβληστρον, ᾧ σ᾽ ἐκαίνισαν.

Et generaliter qui ita capti ſunt, nt ſe expedire non poſſint, *irretiri*, aut *illaqueari* dicuntnr. Sie Hercules *reti* ſe captum ait à Deianira, à qua veſtem venenatam acceperat, quæ ita firmiter cuti adhæſit, ut non poſſet avelli; Soph. Trachin. 1602.

Καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ερινύων
Υφαντὸν ἀμφίβληστρον, ᾧ διόλλυμαι.

Ubi Scholia vetera, Αμφίβληστρον, τὸν χιτῶνα, ὡς ἀμφίβληστρον. Nec aliter malum ineluctabile, δίκτυον ἄτης dicitur Æſchylo in Prometheo. Aliaque exempla ubique occurrunt, In Sacris etiam Litetis adeo uſitata eſt hæc loquendi formula, ut

 qui

qui ab Hebræis ad Græcos dimanaſſe omnia exiſtimant, ab eorum fontibus deducendam putent. Ezech. XII. 13. de Judæorum rege ſic loquitur, Καὶ ἐκπετάσω τὸ δίκτυόν μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ συλληφθήσεται ἐν τῇ περιοχῇ μου, καὶ ἄξω αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα &c. Hanc metaphoram, & totam Agamemnonis necem in Latinum ſermonem egregie tranſtulit Seneca, Agamemn. v. 888.

1101. Σαυτοτεργανωμένος] i. e. conſtrictus; nam τεργάναι ſunt πέδαι, δεσμοὶ, teſte Heſychio. Huc reſpexit Etymologici Auctor, Τετεργανωμένη, συμπεπλεγμένη, συνειλημμένη· ὁ γὰρ παρ' ἡμῖν σαργάνη, παρ' Ἀθηναῖς ταργάνη καλεῖται· καὶ τὸ συνειλῆσθαι, τετεργανῶσθαι, Λυκόφρων.

1102. Τυφλαῖς χεροὶ] *Cæcas* vocat Agamemnonis *manus*, quia non potuerunt exitum è tunica palpando invenire; cæci hominis inſtar, qui ſine duce nequit viarum ambages dignoſcere.

1104. Τεῦχος] Τεῦχος eſt τεῖχος. Euſtathius in Odyſſ. θ'. Ο δὲ τεῖχος, καὶ τεῦχος, παρά τε Λυκόφρονι, καὶ ἄλλοις λέγεται, ὡς οἱονεὶ τεῦχος, ὃ ἐστι τρεῖς βάσεις ἔχον. Eſt autem vas balneatorium, ut ibi refert Homerus,

Αἱ δὲ λοετροχόον τρίποδ' ἵστασαν ἐν πυρὶ κηλέῳ.

Ibid. Εγκάρῳ] h. e. Τῷ ἐγκεφάλῳ Euſtathius in Odyſſ. ι'. Τὸν δὲ ἐγκέφαλον, καὶ ἔγκαρον λέγεσθαι ὁ Λυκόφρων δηλοῖ.

1105. Τυπεὶς σκαπέρνῳ κέγχον εὐθήκτῳ μέσον] Quid ſit κέγχος explicat Jul. Pollux, & pro εὐθήκτῳ, legit εὐθέτῳ, Onomaſt. lib. II. cap. IV. Καλεῖται δὲ τὸ μὲ σύμπαν (ſc. τῆς κεφαλῆς) πόλος, κρανίον, καὶ κέγχος παρὰ Λυκόφρονι,

Τυπεὶς σκαπέρνῳ κέγχον εὐθέτῳ μέσον.

Haud aliter de Agamemnonis vulnere loquitur Tyndarus apud Euripidem, Oreſt. 497.

——— ἐξέπνευσεν Ἀγαμέμνων βίον,
Πληγεὶς θυγατρὸς τῆς ἐμῆς ὑπὲρ κάρα.

Et apud Senecam Thyeſtes, mortem Agamemnonis præſagiens,

Enſes, ſecures, tela, diviſum gravi
Ictu bipennis regium video caput.

1109. Χαλιβδικῷ κνώδοντι.] Euſtathius in Perieg. v. 767. docet, τοὺς Χάλυβας eſſe ἔθνος Ποντικὸν, παρὰ τὸν Θερμώδοντα, ἀφ' ὧν σίδηρος, φασὶν, ἐξάγεται ὁ πρὸς τὰ σώματα ἐπιφερόμενος, ἤτοι πρὸς τὰ σφαγιάσματα· ὅθεν καὶ Χαλυβικὸς κνώδων, καὶ πλεονασμῷ τοῦ δ Χαλυβδικὸς παρὰ τῷ Λυκόφρονι, ὁ ἐξ ἀρίστου σιδήρου.

1110. Επεί μοι, πεύκης πρέμνον, ὃ ὁ ποιος δρυὸς &c.] Sophoclem heic expreſſit Lycophron; apud quem de Agamemnone dicitur, in Electr. v. 97.

——— ὅπως δρῦν ὑλοτόμοι,
Σχίζουσι κάρα φονίῳ πελέκει.

Simili metaphora dixit Seneca *caput demetere*, Agamemn. v. 980.

Ægiſthe, ceſſas impium ferro caput
Demetere? ———

Ad Caſſandram quod attinet, eam cum Agamemnone occiſam fuiſſe teſtantur, præter Homerum, & Tragicos, alii etiam Scriptores, Philoſtratus, & Pindarus Pythion. XI.

1116. Ων κλοψινύμφων, κοὐ δοριφάτων γέρας] Prædicit Caſſandra, ſe à Clytæmneſtra occidendam eſſe, tamquam concubina eſſet, aut uxor Agamemnonis, non bello capta: licet enim moris interdum fuerit apud priſci ævi viros, pluribus mulieribus uti, mulieribus tamen σύγγαμοι erant odioſiſſimæ. Euripides Androm.

Επίφθονόν τοι χρῆμα θηλειῶν ἔφυ,
Καὶ ξυγγάμοισι δυσμενὲς μάλιστ' ἀεί.

1118. Δεσπότιν πόσιν] Dominum, nempe, quod captiva eſſet; maritum, quod concubina.

1120. Εἰς σπλάγχν' ἐχίδνης] Clytæmneſtram δηλείαν, & ἔχιδναν appellat, ratione à naturali Hiſtoria ſumta; unde & in Ægyptiorum Hieroglyphicis, mulierem viro inſidias ſtruentem deſignare volentes, ἔχιν pingebant, ut ait Horus in Hieroglyph. lib. II. cujus verba explicationis loco adponam; Γυναῖκα (inquit) μισοῦσαν τὸν ἴδιον ἄνδρα, καὶ ἐπιβουλεύουσαν αὐτῷ εἰς θάνατον, μόνον δὲ ἐν τῇ μίξει κολακεύουσαν αὐτὸν βουλόμενοι σημῆναι, ἔχιν ζωγραφοῦσι· αὕτη γὰρ, ὅταν συγγίνηται τῷ ἄῤῥενι, στόμα στόματι ἐμβάλλει, καὶ μετὰ τὸ ἀποζευχθῆναι, ἀποδακοῦσα τὴν κεφαλὴν τοῦ ἄῤῥενος ἀναιρεῖ. Similiter etiam Æſchylus Clytæmneſtram *viperam* vocavit, Χοηφ. v. 994.

——— μύραινά γ', ἢ ἔχιδν' ἔφυ,
Σήπειν θιγοῦσ' ἂν ἄλλον οὐ δεδηγμένον.

Oreſtem item ὄφιν, quod matri ſit inſidiatus; una ſpecie pro alia, vel genere pro ſpecie poſito, tropo Poetis familiari. Ibid. v. 928.

——— τεκοῦσα τόνδ' ὄφιν ἐθρεψάμην,

ait ipſa Clytæmneſtra: quam ob cauſam eundem Euripides vocat δράκοντα; Oreſte, v. 480.

Ο μητροφόντης ὅδε πρὸ δωμάτων δράκων.

Ubi Scholiaſtes hæc habet in rem noſtram; Δράκων· εἶδος ἀντὶ τοῦ γένους ἔλαβεν· γένος μὲν γὰρ ὁ ὄφις, εἶδος δὲ ὁ δράκων, καὶ ἔχις, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ὄφεων. Νῦν δὲ δράκων ἀντὶ τοῦ ἔχις, ὅτι γὰρ οὐκ ἐξ ᾠῶν γεννῶνται, ἀλλὰ ζωοτοκοῦνται, καὶ πληρούμενοι διαῤῥηγνύουσι τὰς τῶν μητέρων γαστέρας· ὥς φησι Νίκανδρος, Γαστέραν (lege γαστέρ') ἀναβρώσαντες ἀμήτορες ἐξεγένοντο· διὸ ἔχιν αὐτὸν, ὡς μητροκτόνον, φησίν. Idem in eadem Tragœdia, Τοῦτο δηλοῖ τὸ λεγόμενον περὶ τῶν ἐχιδνῶν, ὅτι μετὰ τὴν συνουσίαν φονεύει τὸν ἄῤῥενα ἔχιδνα· αἱ δὲ γεννώμεναι, ὥσπερ τιμωρούμεναι τὸν τοῦ πατρὸς φόνον, διατρήσαντες τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς, καὶ φονεύσαντες αὐτὴν, γεννῶνται, ὥς φησι Νίκανδρος· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κατὰ Ορέστην καὶ Κλυταιμνήστραν.

Ibid. Αὐτίχειρ βάψει ξίφος] Similis loquendi formula occurrit in Sophoclis Ajace v. 58.

Διοσοὺς Ατρείδας αὐτόχειρ κτείνειν ἔχων.

1121. Κακὸν μίασμ' ὅμαιμον ἀλθαίνων κακῷ] Hanc rem expreſſit Euripides, Oreſt. v. 1589.

Ο μητροφόντης δεῖ φόνῳ πράξασι φόνον.

Et paullo latius v. 508. ejuſdem Tragœdiæ,

Εἰ τόνδ' ἀποκτείνειεν ὁμόλεκτρος γυνὴ,
Χ' ὁ τοῦδε παῖς αὖ μητέρ' ἀνταποκτενεῖ,
Κἄπειθ' ὁ κείνου γενόμενος φόνῳ φόνον
Λύσει. ———

Simile eſt illud Sophoclis, Oedip. Tyr. v. 100.

——— φόνῳ φόνον πάλιν
Λύοντας. ———

Cui affine eſt tritum illud proverbium, Κακῷ τὸ κακὸν ἰώμενος.

1124. Σπαρτιάταις αἱμύλοις] Αἱμύλος denotat vel τὸν ἀστεῖον, καὶ ὀξέα ἐν τῷ λέγειν, vel τὸν ἀπατεῶνα, ποικίλον, πανοῦργον, ut aiunt Lexicographi. Utrovis modo accipias, parum refert. Primo enim, Laconum argute dicta apud omnes fere Scriptores celebrantur: unde Λακωνισμὸν, veluti proverbio,

argutam

argutam breviloquentiam appellant; & Λακωνίζειν, paucis, ſive compendio dicere, ſeu affectare breviloquentiam. Et apud Homerum Menelaus fingitur dicere παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως. Secundo porro, Spartani fraude, & dolis erant omnium fere Græcorum maxime infames, unde de illis Euripides, in Andromache v. 445.

Ω πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἔχθιστοι βροτῶν,
Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια.

Et Ariſtoph. Equit. Act. II. Sc. 1. de iiſdem,

Οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει.

Idem in Lyſiſtrate,

——— διαλλάξαι πρὸς ἡμᾶς ἀνδράσι Λακωνικοῖς
Οἷσι πρὸν οὐδὲν, εἰ μὴ λύκῳ κεχηνότι.

Et ſolet plerumque hæc vox hoc ſenſu accipi; ut apud Ariſtophanem, loco citato,

——— δόλοισι ποικίλοις,
Ρήμασί θ' αἱμύλοις.

Et apud Æſchylum, Prometheo,

——— αἱμύλας τε μηχανὰς
Ατιμάσαντες καρτεροῖς φρονήμασιν.

i. e. *doloſas & fraudulentas artes, generoſo animo freti, rejecerunt*: nam ἀτιμάζειν, quod proprie eſt *dedecorare*, interdum ſignificat *rejicere*, rejiei enim dedecus eſt maximum: unde idem Auctor poſtea dixit, Μηδ' ἀτιμάσῃς λόγους, i. e. *neque vota mea rejicias*.

1129. Σάλπης παρ' ὄχθαις] Salpina palus erat juxta Salpiam, vel Salapiam, Apuliæ urbem, Hannibalis meretricio amore celebrem, quæ à Livio memoratur. Haud procul erat Dardanus urbs, dicta à Dardis, ejuſdem regionis populis, quos à Diomede deletos referunt.

1131. Κόρας &c.] Prædicit ſtatuæ ſuæ Aſyli jus fore tribuendum, quo virgines à nuptiis liberæ præſtabuntur. Nam varia fuerunt Aſylorum genera, de quibus vid. Archæologiæ noſtræ lib. II.

1133. Εκτορείαις κόμαις] Celebratur apud veteres Scriptores Hectoris coma, non quod aurei eſſet coloris, qualem habuit Achilles; ſed quod humeros eſſet circumfuſa; ut ait Euſtathius Iliad. χ'. p. 1380. Κυανοχαίτην τὸν Εκτορα ἱστόρησεν· ὁ γὰρ οὐ χρυσοκόμης, κατὰ τὸν Αχιλλέα, ὃς ξανθὴν ἔφερε κόμην· οὐδὲ κατὰ τὸν ἀδελφὸν Πάριν, κόμην εἶχεν ἱπποειδῆ τινα. καὶ ὤμοις περιεδεῖτο κόμη Εκτόρειος, ἡ περικεχυμένη φασίν· ἧς καὶ Λυκόφρων μέμνηται. Idem tradit Heſychius, additque Daunios, & Picentinos hac coma uſos fuiſſe; nec adeo mendoſus eſt, ut putavit Meurſius, Εκτόρειοι κομῆται Δαύνιοι, καὶ Πευκέτιοι, ἔχοντες τὴν ἀπ' Ιλίου (non Ηλίου, ut habet Meurſius) τοῖς ὤμοις περικεχυμένην τρίχα. Abantes etiam comas in occipitio nutriebant; ſed errat Scholiaſtes, eum Abantum & Hectoris tonſuram eandem prorſus fuiſſe tradit; Abantes enim anteriorem capitis partem tondebant, ut idem Scholiaſtes refert; Hectoris autem formam qui imitabantur, cæſariem in fronte, quantum poterant, erigebant, ut ex Polluce diſcimus, Onomaſt. lib. II. cap. III. Εκαλεῖτο δέ τις κουρὰ, καὶ Εκτόρειος κουρὰ, καὶ Εκτόρειος κόμη· περὶ ἧς φησὶν Αναξίλαος (lege Αναξίλας)

Τὴν Εκτόρειον τὴν ἐρίμεγεν (malim ἐρίμεγον) κόμην.
Τίμαιος δὲ τὴν κουρὰν ταύτην περισταλῆναι μὲν δεῖν περὶ τὸ μέτωπον λέγει, περικεχύσθαι δὲ περὶ τῷ τραχήλῳ.

1134. Σίφλον] Obiter heic emendo Heſychium, Σιφλὸς, (inquit) μῶμος. Lege, mutato accentu, σίφλος, vel σῖφλος· nam σίφλος eſt μῶμος· σιφλὸς autem, μωμητὸς, ut idem tradit.

Ibid. Μῶμαρ γένους] Huc reſpexit Euſtathius Iliad. α'. Από τοῦ μηχανὴ μετεσχηματίσθη τὸ μῆχος, ὅπερ καὶ μῆχαρ λέγεται, ὡς ἦμαρ· καὶ ὡς μῶμαρ, ὁ μῶμος, παρὰ Λυκόφρονι. Emendo obiter Heſychium, Μωμαῖται, ψέγει, &c. Lege μωμᾶται.

1137. Ερινύων ἐσθῆτι] i. e. nigram veſtem; Erinnyes enim nigras indui credebantur, ut Æſchylus in Επτὰ ἐπὶ Θήβ.

Μέλαινα τ' Ερινύς. ———

Et paullo clarius in Eumenidibus, ubi chorus Furiarum ait, v. 372.

Ημετέραις ἐφόδοις μελανείμοσιν.

Angues etiam Furiarum crinibus implicari ſoliti, nigri eſſe credebantur; unde Ovidius Metam. IV. 454.

Deque ſuis atros pectebant crinibus angues.

Pauſanias in Arcadicis refert eas nigro habitu Oreſti ſe obtuliſſe, Ταύτας τὰς θεὰς (Ευμενίδας) ἡνίκα τὸν Ορέστην ἔκφρονα ἔμελλον ποιήσειν, φασὶν αὐτῷ φανῆναι μελαίνας &c. Ibi tamen tradit poſtea ipſi candidas apparuiſſe, eaque ſub forma honores divinos habuiſſe; ſed prior habitus uſitatior erat, unde pullatis cum veſtibus pingebantur. Et Menedemum Cynicum, qui Furias veſtitu imitabatur, tunica talari, & atrata indutum fuiſſe refert in ejus Vita Laertius; Οὗτος (καθά φησιν Ιππόβοτος) εἰς τοσοῦτον τερατείας ἤλασεν, ὥστε Ερινύος ἀναλαβὼν σχῆμα περιῄει, λέγων ἐπίσκοπος ἀφῖχθαι ἐξ ᾅδου τῶν ἁμαρτανομένων, ὅπως πάλιν κατιὼν ταῦτα ἀπαγγέλλοι τοῖς ἐκεῖ δαίμοσιν. Ην δὲ αὐτῷ ἡ ἐσθὴς αὕτη· χιτὼν φαιὸς ποδήρης, περὶ αὐτῷ ζώνη φοινικῆ, πῖλος Αρκαδικὸς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἔχων ἐνυφασμένα τὰ δώδεκα στοιχεῖα, ἐμβάται τραγικοί, πώγων ὑπερμεγέθης, ῥάβδος ἐν τῇ χειρὶ μειλίνη. Caſſiteridum etiam inſularum incolas, Furias habitu referentes, pullatas veſtes geſſiſſe narrat Strabo lib. III. Τὰς δ' ἄλλας οἰκοῦσιν ἄνθρωποι μελάγχλαινοι, ποδήρεις ἐνδεδυκότες χιτῶνας, ἐζωσμένοι περὶ τὰ στέρνα, μετὰ ῥάβδων περιπατοῦντες, ὅμοιοι ταῖς τραγικαῖς Ποιναῖς. Et quid mirum, ſi Furiarum veſtes atræ ſint, cum omnia, quæ ad Inferos pertinent, nigra eſſe ſolerent? In locis tenebroſis, ſacrificia illis facta: nigris victimis delectabantur: & pullatis veſtibus miniſtrabant ſacerdotes, quæ omnia eleganti deſcriptione complexus eſt Seneca Oedip. v. 548.

1140. Ραβδηφόροις γυναιξὶν] Hic etiam alludit ad Erinnyum habitum, quæ baculos geſtare credebantur, ut ex deſcriptionibus jam allegatis patet.

1150. Ιλέως] i. e. Οϊλέως, demta per aphæreſin priori ſyllaba, ut apud Heſiodum, Homerum, alioſque fieri conſuevit, obſervante Euſtathio Iliad. α'. p. 76. Ως τὸ Οϊλεὺς Ιλεὺς εὕρηται παρά τε Ησιόδῳ, καὶ ἄλλοις, ἀφαιρέσει τῆς ἀρχούσης· οὕτω καὶ ὁ παρ' Ομήρῳ Εχέδιος, παρά τισι τῶν νεωτέρων Σχέδιος εὕρηται, δίχα τοῦ κατάρχοντος ε, κατὰ τοὺς παλαιούς. Idem poſtea tradit vocem primævam eſſe Ιλεὺς, ab eo autem duci Οϊλεὺς, Iliad. ζ'. p. 513. Τὸν παρὰ τοῖς ἄλλοις Οϊλέα τετρασυλλάβως καλούμενον, Ιλέα τρισυλλάβως οὗτος (Ησίοδος) λέγειν ἐθέλων, φησὶν οὕτως αὐτὸν κληθῆναι,

——— ἕνεκα νύμφην

Εὑράμενος Ἰλεὺς, μιχθῇ ἐρατῇ φιλότητι.

Ὅθεν δεῖ συνιδεῖν, ὅτι κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο, ἐκ τοῦ Ἰλεὺς γέγονεν ὁ Οἰλεὺς, ὁμοίως τῷ κέλλω ὀκέλλω· κλῶ κλάζω ὀκλάζω· ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ Βελέριος Ὀβελέριος, ὡς τεχνογραφεῖ Ἡρωδιανός· καὶ οὕτω μὲν Ἡσίοδος. His adde Βριμὼ Ὀβριμὼ, &c.

1152. Ἀχίσκα θεᾶ] i. e Minervæ; quæ, quod olei inventrix eſſet, inter agreſtia numina recenſeri ſolebat. Unde Virgilius, initio Georgicorum, inter cæteros Deos, quibus arva curæ ſunt, Minervam invocavit, v. 18.

Adſis, ô Tegeæe favens, oleæque Minerva Inventrix ———

Et v. 21. addit,

Diique, Deæque omnes, ſtudium quibus arva tueri.

1159. Τρήρωνες] Columbæ: qua voce deſignat Poeta puellam Locrenſem; familiare enim eſt ab animalibus, præſertim innoxiis, deſumere εὐφημισμὸν, eorumque appellationibus homines afficere: hinc toties audimus χελιδόνας, σκύλακας, πελειάδας, *graculos, turtures, &c.*

1163. Ἕως ἂν εἰσδρέψωσιν Ἀμφ. &c.] Cur Minerva dicatur Αἰθυια, haud ſatis ſcio. Σθενιὰς Minerva à Trœzeniis colitur, nomen id ſortita, quod, cum his inſtitueretur de ejus loci tutela, imperante Trœzeniis Althepo, illa Neptuni *viribus* ſe oppoſuerit, σθένος enim eſt robur. Unde in Trœzeniorum acropoli templum erat & ſimulacrum Minervæ Stheniadis. Vid. Pauſanias Corinthiacis.

1174. Ω μῆτερ ὦ δύσμητερ] Sic Homerus in Odyſſ. ψ'.

Μῆτερ ἐμὴ, δύσμητερ, ἀπηνέα θυμὸν ἔχουσα.

Similiter apud Æſchylum Χοηφόροις v. 313. Oreſtes de Agamemnone,

Ω πάτερ αἰνόπατερ. ———

Homerus Iliad. γ'. Paridem appellat Δύσπαριν quem Euripides vocavit Αἰνόπαριν, Hecubæ v. 945. Idem Helenam alio in loco appellat Δυσελέναν. Ilium, Κακοΐλιον dicitur Odyſſ. ψ'. 596. Æſchylo etiam naves Perſicæ, quas Græci victas perdidiſſent, νᾶες ἄνaες dicuntur in Perſis,

Ἐξέφθινθ' αἱ τρίσκαλμοι

Νᾶες, ἄναες, ἄναες.

1175. Περσέως δὲ παρθένος] i. e. Hecate; quam Orpheus in Argonauticis facit Tartari filiam, alibi Jovis & Cereris; Muſæus Jovis & Aſteriæ; Bacchylides Noctis; Pherecydes Ariſtæi, Pæonis filii, &c. Heſiodum vero ſequutus eſt Lycophron; Hecaten enim ille ex Perſe (qui Cœi, vel Solis filius dicitur) & Aſteria natam tradit;

Γείνατο δ' Ἀστερίην εὐώνυμον, ἥν ποτε Πέρσης

Ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα φίλην κεκλῆσθαι ἄκοιτιν,

Ἡ δ' ὑποκυσαμένη Ἑκάτην τέκε. ———

Unde ipſa Perſeïs dicta. Apollonius Argonaut. III. 1034.

Μουνογενῆ δ' Ἑκάτην Περσηΐδα μειλίσσοιο.

Et poſt eum Ovidius,

Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras.

1176. Βριμὼ] Proſerpina, ut docuit Meurſius: eam ſæpe pro Hecate accipi obſervavit, præter Scholiaſten noſtrum, Triclinius in Scholiis ad Sophoclis Antigonem p. 263. Edit. Steph. Ἐνοδίαν δὲ ἤτοι Περσεφόνην λέγει τὴν ἐν ταῖς τριόδοις τιμωμένην· αὐτὴ γάρ ἐστι ἡ Ἑκάτη, ὡς ἄλλοις τε πολλοῖς δοκεῖ καὶ Λυκόφρονι.

Ibid. Θήσονταί σ' ὑπωπίδα] i. e. in canem te mutabunt, quam loquendi formulam, quod nonnunquam in Sacris Literis reperiatur, Helleniſticæ fautores Hebræorum eſſe putant: ſed horum error vel ex hoc loco redargui poſſet; ſimili tamen ſenſu apud alios etiam occurrit verbum τίθημι. Æſchylus Eumenid. 727.

Μοίρας ἔπεισας ἀφθίτους θεῖναι βροτούς.

Apud Sophoclem Philoctetes, in cognominis Tragœdiæ v. 633. ait,

Κλύσιμ' ἐχίδνης, ἥ μ' ἔθηκεν ὧδ' ἄπουν.

Et in Hecuba Euripides,

Ἐγώ σε θήσω τῶνδ' ἐλεύθερον φόβου.

Loco τίθημι, Homero ποιέω familiare eſt. Il. ν'.

Σφῶιν δ' ὧδε θεῶν τις ἐνὶ φρεσὶ ποιήσειεν.

i. e. θείη εἰς νοῦν· ταυτὸν γὰρ ἐν πολλοῖς τὸ θεῖναι καὶ τὸ ποιῆσαι. Nec ab hoc loquendi genere abhorrent Latini Scriptores. Ovidius Metam. VI.

——— *vires inſania fecerat.* ———

Horum verborum loco, κτίσαι Æſchylo peculiare eſt: ut Eumenid. v. 717. ἀκαρπώτους κτίσαι, i. e. infructuoſa reddere. Et Choeph. v. 1006.

Ἐλεύθερόν σε τῶνδε πημάτων κτίσαι.

Ejus Scholiaſtes Eumenid. 17. Κτίσας· ποιήσας. ἰδίωμα δὲ τοῦτο Αἰσχύλου.

1179. Σέβοντι λαμπαδουχίαις] Ideo Hecatæ, ſive Proſerpinæ (ſolent enim hæc nomina à Poetis confundi) fiebant cum lampadibus ſacra; quod Ceres, cum illam à Plutone raptam quæreret, facem Ætnæ flammis accenſam præferens, orbem peragraſſet.

1180. Φεραίας θεᾶς] i. e. Hecaten; quæ ita dicta eſt, quod in Pheris, Theſſaliæ urbe, coleretur. Vel quod expoſita fuerat, & à paſtoribus Pheretis inventa, atque educata. Vel quod Pheræ filia eſſet.

1188. Ἅιδου κελαινῶν θυμάτων ἀπάρξεται] *Plutoni nigra ſacra auſpicabitur*: hoc eſt, primus erit in occidenda Hecuba: nam defuncti Plutoni, Inferorum regi, ſacri eſſe credebantur. Habuit porro Lycophron præ oculis Æſchyli illud, in quo Clytæmneſtra, occiſo Agamemnone, dicitur Orci matri ſacra feciſſe, Agamemn. v. 1244.

Θύουσαν Ἅιδου μητέρ', ἄσπονδόν τ' ἀρὰν

Φίλοις πνέουσαν. ———

In cujus loci interpretatione erravit Stanlejus,

Furentem Orce matrem, odium implacabile
Amicis ſpirantem. ———

Quaſi θύουσαν pro *inſano*, & *furente* eſſet accipienda, ut ſupra apud Lycophronem θυιάς. Ego vero expono, *ſacrificantem Orci matri &c.* ut hic locus verſibus, qui paullo poſt occurrunt, compar ſit. Nam poſtquam occidiſſet Agamemnonem, ipſa Clytæmneſtra ſic loquitur, v. 1393.

Παίω δέ νιν δὶς, κᾂν δυοῖν οἰμώγμασιν

Μεθῆκεν αὑτοῦ κῶλα· καὶ πεπτωκότι

Τρίτην ἐπενδίδωμι, τοῦ κατὰ χθονὸς

Ἅιδου, νεκρῶν σωτῆρος, εὐκταίαν χάριν.

1192. Ἄνακτι τῷ Ὀφίωνος θρόνων] i. e. Jovi; nam

ante

ante Saturnum, Ophion, cum Eurynome uxore, Oceani filia, cœli imperium habuit. Apollonius,

> Ἤειδεν δ' ὡς πρῶτον Ὀφίων, Εὐρυνόμη τε
> Ὠκεανὶς, νιφόεντος ἔχον κράτος Οὐλύμποιο.
> Ὥς τε βίῃ καὶ χερσὶν ὁ μὲν Κρόνῳ εἴκαθε τιμῆς,
> Ἡ δὲ Ῥέῃ, ἔπεσον δ' ἐνὶ κύμασιν Ὠκεανοῖο.

Unde apud Æſchylum, Prometheus, in cognomine fabula. Mercurio narrat ſe tres noviſſe cœlorum reges; Ophionem, nempe, Saturnum, & Jovem;

> ——— οὐκ ἐκ τῶνδ' ἐγὼ
> Διοσσοὺς τυράννους ἐκπεσόντας ᾐσθόμην;
> Τρίτον δὲ τὸν νῦν κοιρανοῦντ' ἐπόψομαι
> Αἴσχιστα. ———

Ubi Scholiaſtes, Λέγει τὸν Ὀφίωνα, καὶ τὴν (lege τὸν) Εὐρυνόμην, καὶ τὸν Κρόνον, ὃν ἐξέῤῥιψεν ὁ Ζεύς. Paullo poſt, Ἐβασίλευσε πρῶτον μὲν Ὀφίων καὶ Εὐρυνόμης, (lege Εὐρυνόμη) ἔπειτα Κρόνος καὶ Ῥέα. Idem tradit (ut cæteros miſſos faciam) Ariſtophanis Scholiaſtes vetus in Nub. additque Deos veteres ſub Saturni imperio, Οὐρανίωνας dictos fuiſſe; recentiores ſub Jove, Ὀλυμπίους.

1196. Σφὶ] *Ipſum*, i. e. Jovem, ut vult Canterus. Pro αὐτοῦ per antiptoſin poni exiſtimat Tzetzes. Verum exponi debet *ſe*, ut σφὶ ὠδῖνας ἐξέλυσε ſit, *ſe dolore partus exſolvit*. Amat enim Lycophron duplicem accuſativum jungere. Vide v. 1110. ibique Canteri notas.

1200. Κένταυρος] i. e. Saturnus, qui Philyræ, Oceani filiæ, amore captus, ut ab Ope, ſeu Rhea uxore furta ſua occultaret, in equum ſe convertit; ex eo igitur concubitu natus eſt Chiron Centaurus. Huc alluſit Virgil. Georgic. III.

> *Talis & ipſe jubam cervice effudit equina*
> *Conjugis adventu pernix Saturnus, & altum*
> *Pelion hinnitu fugiens implevit acuto.*

1204. Ἰατρὸν, Λεψιεῖ, Τερμινθέα] Apollini tribuuntur hæc nomina. Ἰατρὸς porro dicitur, quod, ut norunt pueri, medicinæ præſit. Nec aliam ob cauſam Τερμινθίου nomen illi tributum; τέρμινθον enim herbam in varios uſus applicabant veteres medici. Phavorinus, Τερμινθὸς, καὶ τέρμινθος, ἐμφερὲς λίνῳ φυτὸν, ἐξ οὗ πλέκειν φασὶν Ἀθηναίους ὁρμιὰς χρησίμους εἰς τὰ πάντα, καὶ εἰς ἀλεξιφάρμακα. Λεψιεὺς idem dicitur, à λέπος cortex; quo enim more cortex lignum tegit, & à viſu abſcondit, eodem Apollo oracula ſua obſcuris verborum involucris tegit, ut non poſſint intelligi: ut ait Scholiaſtes in fine hujus libelli

1208. Ὀφρυνείου] Ophrynium erat agri Trojani oppidum, ut Harpocration, & Phavorinus tradunt. Suidas Ὀφρύνιον vocat. Strabo narrat lucum ibi eſſe Hectoris, lib. XIII. Πλησίον δ' ἐστὶ τὸ Ὀφρύνιον, ἐφ' ᾧ τὸ τοῦ Ἕκτορος ἄλσος ἐν περιφανεῖ τόπῳ.

1209. Καλύδνου τύρσιν] i. e. Thebas, ut docet Tzetzes. Stephanus Calydnæ, urbis Thebanæ, meminit, à Calydno, Cœli filio, dictæ; Κάλυδνα, νῆσος, καὶ πόλις Θήβης, ἀπὸ Καλύδνου, παιδὸς Οὐρανοῦ. λέγεται καὶ Καλυδνός.

1211 Τηνέρου τ' ἀνάκτορα] Tenerus hic erat Apollinis filius ex Melia. Atque is à patre divinationem edoctus, Apollinis Ptoi oraculo præfuit. Vid. Strabo lib. IX. & Pauſanias Bœoticis. Pindari Scholiaſtes tradit eum oraculo Apollinis Iſmenii præfuiſſe, initio Pyth. XI.

1217. Δίκωπον σέλμα] i. e. biremem navem synecdochice; σέλμα enim pars illa navis eſt, in qua ſedebant remiges, quam Latini *tranſtrum*, Græci ζυγὸν, & κληῖδα appellant. Vid. Pollux Onomaſt lib I. cap. IX. & Heſychius.

1223. Θρεπτῷ δράκοντι] Leuco. Huc reſpexit Euſtathius in Odyſſ. τ'. Λεῦκος αὐτὸν (Ἰδομενέα) ἀπήλασεν, ὃν θετὸν παῖδα ὄντα, φύλακα τῆς βασιλείας κατέλιπε, δράκοντα θρεπτὸν, ὡς ὁ Λυκόφρων φησί.

1236. Ῥαίκηλον] Macedoniæ, vel, ut alii, Thraciæ urbem; quam ab Ænea conditore Ænon dictam volunt nonnulli. Euſtathius, Ῥαίκηλος παρὰ Λυκόφρονι, ἡ Αἶνος πόλις. Idem in Odyſſ. ξ'. Τετραχῶς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὁ αἶνος. ἔπαινος γὰρ, φασὶ, γνώμη, παροιμία, καὶ πόλις, ἣν Ῥαίκηλον ὁ Λυκόφρων καλεῖ. Hæc enim in loca Æneas Troja profugus erraſſe dicitur, ut ipſe apud Virgilium narrat, Æneid. III. 16.

> ——— *feror huc, & littore curvo*
> *Mœnia prima loco, fatis ingreſſus iniquis;*
> *Æneadaſque meo nomen de nomine fingo*

Huic fidem facit Plinius, itemque Mela lib. II.

1237. Ἐκ δ' Ἀλμωπίας &c.] Stephani locum adjiciam, qui legit Ἀλμωπίας· Ἀλμωπία, (inquit) χώρα τῆς Μακεδονίας, ἣν ᾤκουν Ἀλμωπες, Λυκόφρων,

> ——— ἐκ δ' Ἀλμωπίας
> Παλιμπλανήτην δέξεται Τυρσηνία.

Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀλμωπος γίγαντος.

1248. Τάρχων τε καὶ Τυρσηνὸς.] Τάρχων Euſtathio eſt Τάρκων, comment. in Perieg. v. 347. Καλοῦνται δὲ Τυῤῥηνοὶ ἀπὸ Τυῤῥηνοῦ Λυδοῦ, υἱοῦ Ἄτυος, ᾧ πολλοῦ λαοῦ ὁ πατὴρ συστήσας, ἐν καιρῷ λιμοῦ ἐξέπεμψεν· ἀφ' οὗ ἡ χώρα Τυῤῥηνία ἐκλήθη, ιβ' πόλεις κτίσαντος, αἷς οἰκιστὴν ἐπέστησε Τάρκωνα, οὗ καὶ Λυκόφρων μέμνηται.

1273. Κιρκαῖον] Circæus mons & campus in Albanorum vicinia memoratur ab Euſtathio in Perieg. v. 692. quo loco addit: Ἰστέον δὲ ὅτι κατὰ τὸν Λυκόφρονα ἐστὶ Κιρκαῖόν τι ὄρος καὶ περί που τὰ τῆς Ῥώμης ὄρια.

1283. Μητρὶ τῆς Προμηθέως] i. e. Aſiæ, ex qua Prometheum ſuſcepit Japetus. Plerique vero ex Japeto & Clymene natum tradunt. Æſchyli Scholiaſtes, Prometheo, Ἰαπετὸς, ὁ τοῦ Κρόνου ἀδελφὸς, ἐκ θυγατρὸς τοῦ Ὠκεανοῦ, Κλυμένης λεγομένης, ἔσχεν Ἄτλαντα, καὶ Μενοίτιον, καὶ Προμηθέα. Quod ſumtum eſt ex Heſiodi Theog. v. 507.

> Κούρην δ' Ἰαπετὸς καλλίσφυρον Ὠκεανίνην
> Ἠγάγετο Κλυμένην, καὶ ὁμὸν λέχος εἰσανέβαινεν,
> Ἡ δέ οἱ Ἄτλαντα κρατερόφρονα γείνατο παῖδα,
> Τίκτε δ' ὑπερκύδαντα Μενοίτιον, ἠδὲ Προμηθέα
> Ποικίλον, αἰολόμητιν, ἁμαρτίνοόν τ' Ἐπιμηθέα.

Theon ex Cœlo & Clymene genitum tradit, Scholiis in Aratum, Ἄτλας (inquit) μεθ' οὗ ὁ Προμηθεὺς, καὶ Ἐπιμηθεὺς ἐγεννήθησαν ἐκ τοῦ Οὐρανοῦ καὶ Κλυμένης, τῆς τοῦ Ὠκεανοῦ θυγατρός. Et Herodotus Prometheum non filium Aſiæ, ſed maritum fuiſſe narrat, Melpomen. cap. XLV. Ἡ δὲ Ἀσίη, ἀπὸ τῆς Προμηθέος γυναικὸς τὴν ἐπωνυμίην. Videtur ergo, Aſiam non alia ratione Promethei matrem eſſe, quam quod patria ejus fuerit; ſolet enim terra patria *mater*, *genitrix*, & *nutrix* appellari. Haud aliter Prometheus Terram *matrem* vocavit apud Æſchylum, in cognomine Fabula,

> Ἐμοὶ δὲ μήτηρ οὐχ ἅπαξ Θέμις

Καὶ

Καὶ Γαῖα, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία.

Unde quidam eum Terræ filium, ut hic alii Aſiæ, fuiſſe exiſtimant.

1285. Ας πέντας Ελλας &c.] Europæ & Aſiæ terminos ſtatuit Lycophron eſſe Helleſpontum, Symplegadas petras, quæ trans Boſporum Thracium ſitæ ſunt, Pontum Euxinum, cujus ſinus eſt Salmydeſſus, & Tanaïn fluvium, quà in Mæotim paludem devolvitur. Paullo aliter Strabo lib. VII. Διαιρεῖ δ' ὁ στενωπὸς οὗτος (de Boſporo Cimmerio loquitur) τὴν Εὐρώπην ἀπὸ τῆς Ἀσίας, καὶ ὁ Τάναϊς ποταμὸς, κατ' ἀντικρὺ ῥέων ἀπὸ τῶν ἄρκτων, εἴς τε τὴν λίμνην (Μαιῶτιν) καὶ τὸ στόμα αὐτῆς. Item Herodotus Melpom. XLV. Οἱ δὲ Τάναϊν ποταμὸν, τὸν Μαιήτην, καὶ πορθμήϊα τὰ Κιμμέρια λέγουσι. Atque alii aliter. Vid. Cluverius Introduct. Geograph. lib. I. cap. XIV.

1288. Λίμνην τε τέμνων Τάναϊς ἀκραιφνὴς μέσην] Quod in Mæotin paludem ſe exonerat Tanaïs, ſciunt omnes. Ideo porro dicitur eam *ſecare mediam immiſtus*, quod curſu rapidiſſimo feratur; quo factum, ut cum iſtis in regionibus omnes aquæ gelu concretæ ſint, ipſe non minus quam in æſtate fluidus & laxus maneat. Mela lib. I. *Ipſe Tanaïs ex Riphæo monte dejectus, adeo præceps ruit, ut cum vicina flumina, tum Mæotis, & Boſporus, tum Ponti aliqua Brumali frigore durentur; ſolus æſtum hyememque juxta ferens, idem ſemper, & ſublimis, incitatuſque decurrat.*

1294. Κῆρα Μεμφίτῃ σκάφει] Similiter hac voce uſus eſt Æſchylus in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ.

——— ἀναρπάξανδρον
Κῆρ' ἀφελόντα χώρας.

Rurſus in eadem Tragœdia,

——— φθερσιγενὴς
Κῆρες Ἐριννύς. ———

1297. Ἰδαῖαι] i. e. Cretenſes, ab Ida, Cretæ monte. Ariſtophanes Ran. Act. V. Sc. II.

Ἀλλ', ὦ Κρῆτες, Ἴδης τέκνα.

Ubi Scholiaſtes vetus, Οὐ μόνον ἐν Τροίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν Κρήτῃ Ἴδη ἐστὶν, ὡς καὶ ὁ Λυκόφρων φησίν.

1299. Ταυρομόρφῳ πρύμνοδος τυπώματι] i. e. navigio, cujus inſigne erat taurus, ut expl. Euſtathius; Ταυρόμορφον τύπωμα (inquit) παρὰ Λυκόφρονι, τὸ τὴν Εὐρώπην ἁρπάσαν, εἰς πλοῖον ταῦρον ἐγγεγλυμμένον ἔχον εἰς ἐπίσημον ἀλληγορεῖται. Idem in Odyſſ. γ'. iterum ad hunc locum reſpexit: Ἰστέον δὲ, ὅτι ὥσπερ τόποι γῆς, οὕτω καὶ νῆες ἐκληρώσαντό τινα μέρη παρώνυμα ζώων· οὕτω Συὸς τύπος παρεσημειώθη, ἐπείπερ τὰ Σάμια πλοῖα συὸς εἶχε τύπον ἐν ταῖς πρώραις· ἐντεῦθεν ὁ Λυκαονὸς καὶ ἕτεροι χηνίσκον λέγουσι τινὸς, τύπωμά τι χηνὸς παράσημον ἐν ναυσίν· ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὸ παρὰ Λυκόφρονι ταυρόμορφον πλοίου τύπωμα. Plures hac de re opiniones vide apud Meurſium.

1300. Σαραπτίαν] Vel Σαρεπτίαν, à Sarapta, ſive Sarepta, Phœniciæ urbe, inter Sidonem & Tyrum media, quam in Sacris Literis Vidua paupercula, quæ Eliam prophetam hoſpitio excepit, celebrem fecit, III Reg. cap. XVII. v. 10. Aliis etiam Auctoribus tam ſacris, quam profanis memoratur hæc urbs.

1309. Καὶ δευτέρους ἔπεμψαν ἅρπυιας λύκους,
Ταγῷ μονοκρήπιδι κλέψοντας νάκην]

i. e ſecundum Canterum,

Qui et m ſecundos miſerunt rapaces lupos,
Regi um induto calceum furaturos vellus.

Nec aliter magnus Scaliger,

Secundo item miſere rapaces lupos,
Ut uniplotio vellus avertant Duci.

Secundum hoc ita ſe habet ſenſus; *Poſt Scamandri tempora, Græcia rurſus Aſiæ injuriam intulit, emiſitque Argonautas, ut vellus aureum raperent ab eo, qui unicum indutus erat calceum*: hic porro fuit Jaſon, ut cuivis notum; fieri autem nequit, ut Græcia mitteret, qui à Jaſone aureum vellus repeterent; is enim fuit iſtius expeditionis princeps. Demo igitur comma in fine prioris verſiculi, & ſubintelligo præpoſitionem σὺν, ut ſit ἔπεμψαν λύκους σὺν Ταγῷ μονοκρήπιδι, ſicut paullo ante dixit ἔστειλαν στρατὸν σὺν Σκαμάνδρῳ. Tum demum verſuum horum ſenſus ita erit,

Et ſecundos miſerunt rapaces lupos
Cum Duce unum induto calceum furatur s
vellus.

1312. Κύταιαν τὴν Λιγυστικήν.] Cytæa Colchidos urbs erat, quæ Ligyſtica dicitur à quadam Ligurum Colonia, quæ illac conſedit: ſi recte hunc locum expoſuit Euſtathius in Perieg. v. 76. Ἰστέον δ' ὅτι ἐοίκασι καὶ Κολχικοί τινες Λίγυες εἶναι, ἄποικοι τῶν Εὐρωπαίων· καὶ δηλοῖ ὁ Λυκόφρων, ἱστορῶν ἐν τοῖς Κόλχοις Κύταιαν Λιγυστικὴν πόλιν.

1324. Σκῦρος ᾧ λυγρὰς ταφὰς Κρημνῶν ἔνερθεν αἰγίλιψ] Hunc ad locum reſpexit Euſtathius Il. ι'. ad hunc verſum,

Σκῦρον ἑλὼν αἰπεῖαν Ἐνυῆος πτολίεθρον.

Λυκόφρων (inquit) ἐντεῦθεν λαβὼν, αἰγίλιπα ταύτην φησὶν, ὅπερ ἔοικε πρὸς τὸ αἰπεῖαν. Paullo poſt Lycophronem iterum laudavit, & cauſam reddit, cur Theſeus à Lycomede, Scyri rege, fuerit à prærupto ſcopulo deturbatus; quod nempe, ejus uxorem ſolicitaret,& de regno potiundo conſilia iniret, unde proverbium, Ἀρχὴ Σκυρία· Σημείωσαι ὅτι παροιμία φέρεται περὶ τῆς νήσου Σκύρου, τὸ Ἀρχὴ Σκυρία, διὰ τὸ εὐτελῶν καὶ μηδὲν λυσιτελὲς ἐχόντων, ὑπὸ Θησέως ληφθεῖσα, ὥς φησι Παυσανίας, ἐπειδὴ ἐπιθέμενος τῇ Λυκομήδους ἀρχῇ, καὶ πειρῶν τὴν γυναῖκα ἐκείνου, κατεκρημνίσθη, ὡς ὁ Λυκόφρων ἱστορεῖ. Pauſanias in Atticis Scyrios tradit Theſei dignitate motos, magnis eum honoribus proſequutos, Lycomedi pravam ſuſpicionem injeciſſe. Alii referunt Lycomedem Meneſtheo gratificari voluiſſe qui, expulſa Theſei familia, Athenarum imperium occupaverat. Alii caſu prolapſum Theſeum narrant. Vid. Plutarchus Theſeo.

1328. Τροπαίας θεᾶς] i. e. Junonis: Juno enim Τροπαία, & Jupiter Τροπαῖος dicebantur, παρὰ τὸ τρέπειν τὰ κακὰ i. e. ab avertendis malis; erant enim Dei averrunci. Unde apud Sophocl. Trachin. v. 306. Ζεῦ Τροπαῖε à veteri Scholiaſte exp. ἀποτρόπαιε, ἀλεξίκακε. Alii ita dictum Jovem putant, quod ejus beneficio ἡ τροπὴ τῶν πολεμίων γίνεσθαι credebatur; unde in ejus honorem tropæa erigebant. Τροπαίου Jovis meminit Poeta,

——— βρέτας
Διὸς Τροπαίου καλλίνικον ἵστατε.

Pauſanias refert, Dorienſes, devictis Achæis, ei templum

templum ſtatuiſſe; Laconicis, Τὸ [illegible] Τροπαίου Διὸς τὸ ἱερὸν ἐποίησαν οἱ Δωριεῖς, πολέμῳ τούς τε ἄλλους Ἀχαιοὺς, οἳ τὴν γῆν Λακωνικὴν τηνικαῦτα εἶχον, καὶ τοὺς Ἀμυκλαιεῖς, κρατήσαντες. Idem Τροπαιοῦχος dicitur. Phurnutus, Καὶ Βουλαῖον, καὶ Τροπαιοῦχον, καὶ Ἐλευθέριον αὐτὸν [illegible] προσαγορεύουσιν. Plutarchus, in Parallelis, Othryadem, Lacedæmoniorum ducem contra Argivos, ait huic Jovi tropæum erexiſſe, cum jam eſſet moriturus, Ηρεμίας δὲ ὑπαρχούσης, ὁ Οθρυάδης ἐπιζήσας, καὶ ἡμικλάστοις δόρασιν ἐπερειδόμενος, τὰς τῶν νεκρῶν ἁρπάζων ἀσπίδας ἀφείλετο, καὶ τρόπαιον στήσας, ἐκ τοῦ ἰδίου αἵματος ἐπέγραψεν, Διὶ Τροπαιούχῳ. Eundem nonnulli volunt eſſe cum Jove *Feretrio*: Dionyſius Halicarn. Antiq. Rom. lib. II. Τὸν δὲ Δία τὸν Φερέτριον, ᾧ τὰ ὅπλα ὁ Ρωμύλος ἀνέθηκεν, εἴτε βούλεταί τις Τροπαιοῦχον, εἴτε Σκυλοφόρον καλεῖν, ὡς ἀξιοῦσί τινες &c. Cum porro Jupiter Tropæus dictus fuerit, nihil mirum, ſi tori Conſors honoris etiam particeps facta, & Τροπαία appellata ſit; ſicuti cum Jupiter Πανομφαῖος vocatus ſit, Junoni Πανομφαίας cognomen inditum: Phavorinus, Τροπαία, (lege Τροπαία) ἡ Ηρα, διὰ τὸ τὰ τρόπαια, ὅ ἐστι νικητήρια, μὴ μόνον Διὶ ἀνατιθέναι, ἀλλὰ καὶ τῇ Ηρᾳ· καὶ ὥσπερ ὁ Ζεὺς Πανομφαῖος, οὕτω ἡ Ηρα Πανομφαία· ὡς δὲ καὶ Γάμιος, Γαμία. Erat porro Tropæum, columna ænea, lapidea, ſive lignea, quam Deo alicui dicabant, & victoriæ rationem, modumque inſcribebant, quoties hoſtes bello ſuperaſſent: Ariſtoph. Scholiaſtes vetus in Plut. Εστι δὲ τρόπαιον, ὃ ἐν νίκαις οἱ παλαιοὶ ἐποίουν, τεῖχον, ἢ λίθον μέγαν ἱστῶντες, καὶ χαράττοντες ἐν τούτῳ ἃ κατὰ τῶν ἀντιπάλων ἔργα δεδράκασιν· ἐκαλεῖτο δὲ τρόπαιον, διὰ τὸ ἐπὶ τῇ τροπῇ τῶν ἐχθρῶν γεγενῆσθαι. Columnæ loco interdum erat arboris truncus, præcipue olivæ, aut quercus. Unde poeta,

—— Quercuſque tropæa
Curva tremens. ——

Et apud priſci ævi Græcos ſolæ arbores in uſu erant, infameſque habiti ſunt, qui primi columnas exſtruxerunt, tanquam qui ſui odii & inimicitiarum memoriam ad poſteritatem tranſmittere ſtuderent; unde factum apud Romanos exiſtimat Plutarchus, quod nefas eſſet arcus triumphales vetuſtate collapſos reparare, Roman. Quæſt. Διὰ τί τῶν τοῖς θεοῖς ἀνατιθεμένων μόνα τὰ σκῦλα νενόμισται περιορᾶν ἀφανιζόμενα τῷ χρόνῳ, καὶ μήτε προσκυνεῖν, μήτε ἐπισκευάζειν; Paullo poſt, Ὅτι τῷ χρόνῳ τὰ σημεῖα τῆς πρὸς τοὺς πολεμίους διαφορᾶς ἀμαυρῶντος, αὐτοὺς ἀναλαμβάνειν καὶ καινοποιεῖν ἐπίφθονόν ἐστι, καὶ φιλαπεχθήμον· οὐδὲ γὰρ παρ᾽ Ελλησιν οἱ πρῶτοι λίθινον, καὶ χαλκοῦν στήσαντες τρόπαιον εὐδοκιμοῦσι. Huic porro columnæ, aut arbori, capta ab hoſtibus ſpolia, loricas, galeas, &c. imponebant, & hoc dicebant κοσμεῖν τρόπαιον columnam autem erigere, ἱστάναι τρόπαιον. Plutarchus Ageſilao, Αμα δὲ ἡμέρᾳ βουλόμενος ἐξελέγξαι τοὺς Θηβαίους ὁ Αγησίλαος εἰ διαμαχοῦνται, στεφανοῦσθαι μὲν ἐκέλευσε τοὺς στρατιώτας, αὐλεῖν δὲ τοὺς αὐλητὰς, ἱστάναι δὲ, καὶ κοσμεῖν τὸ τρόπαιον, ὡς νενικηκότας.

1329. Νεῖκος ὤρινεν διπλοῦν, Στύγιον &c.] Duas intelligit Theſei expeditiones contra Amazonas; priorem, in qua Herculem comitatus, reginæ Amazonum baltheum, ſeu zonam rapuit: ſecundam, in qua proprio Marte Hippolytam, ſeu Antiopen abduxit. Nonnulli tamen has expeditiones confundunt, referuntque Theſeum, cum Herculis eſſet comes, ab eo virtutis præmium accepiſſe Amazonum reginam.

1331. Τοξοδάμνον] Ita lege cum Tzetze, non τοξόδαμνον cum aliis; illud enim activæ ſignificationis, hoc paſſivæ. Unde emendo Æſchylum, cujus in Perſis legitur τοξόδαμνον Αρη. Lege τοξοδάμνον, æquivalet enim hoc epitheton τῷ τοξοδάμαντι, qua voce prius in eadem Tragœdia uſus eſt.

Ibid. Ορθωσίαν] i. e. Amazonum reginam, quæ, quod Dianæ comes eſſet, proprio ejus cognomine adpellatur; Diana enim Ortholia, & Orthia dicitur. Heſychius, Ορθωσία, ἐπώνυμον Αρτέμιδος. Phavorinus, Ορθωσία, ἡ Αρτεμις. Pindarus eadem voce uſus eſt Olympion. Od. III.

Χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν ἄξοντ-
θ᾽, ἅν ποτε Ταϋγέτα
Αντιθεῖσ᾽ Ορθωσία, ἔγραψεν ἱράν.

Ubi Scholiaſtes in ratione nominis reddenda cum Tzetze convenit, Ορθωσία, ἡ Αρτεμις, παρὰ τὸ Ορθώσιον, ὅπερ ἐστὶν ὄρος Αρκαδίας, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ θεὸς Ορθία, καὶ Ορθωσία καλεῖται. Ητοι (malim ἢ) τῇ ὀρθούσῃ τὰς γυναῖκας, καὶ εἰς σωτηρίαν ἐκ τῶν τοκετῶν ἀγούσῃ. In eundem fere ſenſum Triclinii, aut cujuſcumque ſint, ſcholia nuperiora, Ορθωσίᾳ· τῇ ἐν Ορθωσίῳ, ὄρει Αρκαδίας, τιμωμένῃ Αρτέμιδι. Ηγουν τῇ ὀρθούσῃ τὰς γυναῖκας ἐν τῷ τοκετῷ, ἔφορος γὰρ λοχείας. Ορθωσία, ἡ Αρτεμις, παρὰ τὸ Ορθώσιον, ὅπερ ἐστὶν ὄρος Αρκαδικόν. Εστι δὲ καὶ Ορθιον, ὄρος Αρκαδίας, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ θεὸς Ορθίς, καὶ Ορθωσία καλεῖται. Ηγουν ἡ ὀρθοῦσα τὰς γυναῖκας, εἰς σωτηρίαν ἐκ τῶν τοκετῶν ἄγουσα. quibus in verbis pro ἤγουν, bis legere velim ἢ & Ορθία, pro Ορθίς. Ipſa autem res demonſtrat, non eſſe ea ſcholia Triclinii, cujus nomen vulgo ferunt; ſed potius collectam undecumque marginalium notarum farraginem, à diverſis Auctoribus, iiſque aliquando non ſatis peritis, conſcriptam.

1332. Ης αἱ ξυνάιμονες &c.] Amazonum expeditio ſatis omnibus nota eſt, quare ei non eſt immorandum; præſertim cum ejus cauſæ, finis, & monumenta late deſcripta ſint in Meurſii Theſeo cap. XX.

1342. Εορδῶν] Eordi ſunt Thraciæ, aut Macedoniæ populi, eiſve contermini. Eorum meminit Herodotus lib. VII. cap. CLXXXV. Strabo bis in lib. VII. Stephanus diſertim Thraciæ adſcribit, Thucydides autem lib. II. & Livius lib. XLV. Macedoniæ.

Ibid. Γαλαδραῖον πέδον] Galadræum ſolum nomen habet à Macedoniæ urbe, quam alii Galadram, Chaladras, Chanaſtram, & Chalaſtram vocant, de qua etſi frequens ſit apud Auctores ſermo, unicum tamen Stephani teſtimonium adducam, quod ad rem noſtram propius ſpectat. Γαλάδραι, πόλις Μακεδονίας ἐν Πιερίᾳ· Λυκόφρων,

Στῆναι Γαλάδρης τὴν στρατηλάτην λύκον.

Εστι δὲ ὄρος Γάλαδρος, ἀπὸ Γαλάδρου, τοῦ Ημαθίου παιδός. Οἱ δὲ, ὅτι Γαλάδρας ἔκτισε τὴν πόλιν. Ο πολίτης, Γαλαδραῖος· Λυκόφρων,

——— καὶ Γαλαδραῖον πέδον.

1356. Λιγυστίνοις.] Huc ſpectant Euſtathii verba in Perieg. v. 76. Ὅτι μετὰ τοὺς Μασσαλιώτας οἱ Λίγυες, οὓς Λιγυστίνους ὁ Λυκόφρων καλεῖ· ὀνομάζονται δὲ οὕτως ἀπὸ Λίγυος ἀνδρὸς, ὃς τὸν Ηρακλέα ἐκώλυσεν εἰς τὰς Γηρυόνου βόας ἀπιόντα.

1369. Λαπρῶν] Emendo obiter Heſychium, Λαπίρωσι, Λαμπίοις. Δίδυμος τοὺς Διοσκούρους ἀπὸ Λαπίρης πόλεως. Phavorinus, qui hæc verba tranſcripſit, habet Λαπίρωσι, Λαμπίροις. Lege apud utrumque, Λαπίρωσι, Λαπίροις.

1370. Ος καταιβάτης μολών, Σκαπτῷ &c.] Rationem innuit Poeta, cur Jovi Καταιβάτε cognomen tributum ſit; quod, nempe, τοὺς σκηπτοὺς, ſive κεραυνοὺς, καταιβάζῃ. Quam ob rationem etiam Ευκλύτος dici ſolet. Porro Καταιβάτε Διὸς in luſu meminiſſe videtur Ariſtophanes, eo quod è cœlo deſcendat, mulierum amore pellectus, in Pace,

——— ἐκ ἰδ᾽ ὅπως

Τοῦτ᾽ ἔστι τὸ τέρας ὁ Διὸς Καταιβάτε.

Ubi Scholiaſtes utramque præfatam nominis rationem appoſuit; Καταιβάτης τιμᾶται Ζεὺς, διὰ τὸ καταιβάζειν τοὺς κεραυνούς. ἢ ἀπὸ τοῦ καταβαίνειν δι᾽ ἔρωτα τῶν γυναικῶν. Quæ verba exſcripſit Phavorinus. Meminit etiam Euſtathius Odyſſ. υ᾽. p. 508. Εκ δὲ τοῦ καταιβάται. παρῆκται καὶ ὁ καταιβάτης, ὁ Ζεὺς, ὁ κεραυνός. Καταιβάτε Jovis aræ meminit Pauſanias Eliac. α᾽. Τοῦ δὲ Καταιβάτε Διὸς περιβέβληται μὲν πανταχόθεν περὶ τοῦ βωμοῦ φράγμα. Phurnutus, Δι᾽ ἄλλας δὲ ὁμοιοειδεῖς καὶ εὐεπηγνώσους αἰτίας, Υἕτιος (λέγεται Ζεὺς) καὶ Επικάρπιος, καὶ Καταιβάτης, καὶ Αστεροπαῖος, &c. Pollux Onomaſt. lib. I. cap. 1. Τὰ πολλὰ δὲ τούτων (ἐπωνυμιῶν) καὶ ἴδια ἐστὶ τοῦ Διὸς, ὥσπερ ὁ Υέτιος, καὶ ὁ Καταιβάτης, &c. Ubi obſervandum eſt, horum Auctorum utrumque Καταιβάτε cognomen inter ea numerare, quæ Jovi tribuuntur à cœlorum, aëriſve temperamento, & influxu, quibus præeſſe credebatur; unde ſit veriſimile eos etiam Καταιβάτην dictum putaſſe, à deſcenſu fulminum.

1378. Τείτος &c.] Hanc fabulam latius expoſuit Joannes Tzetzes Chiliad. XIII. Hiſt. CCCCLXVIII. ubi hunc Lycophronis locum laudavit.

1385. Επείσων] Huc ſpectant Euſtathii verba in Odyſſ. π᾽. Γυναῖκα γάρ τις μανιώκηπον εἶπε, τὴν μεμηνυῖαν περὶ μίξεις, κῆπον ὑποδεξαμένη εἶναι, τὸ παρὰ Λυκόφρονι ἐπείσων.

1387. Κυλλοσὶ] Huc reſpexit Euſtathius, Il. α᾽. Κυλλόσιν δὲ, ῥῆμα ὃ σημαίνει, ἐξ οὗ κυλλοστὶ, τὰ πορνεῖα, παρὰ Λυκόφρονι. Idem Odyſſ. ι᾽. Κυλλῶ, κυλλαίσω· ἐξ οὗ καὶ τὰ παρὰ Λυκόφρονι κυλλοστά.

1401. Ος δή ποτ᾽ &c.] Hoc eſt, Qui aſini aures radicitus præcidens, ſibi illas pro ornamento appendit.

1403. Δάπτωις] Huc pertinent Euſtathii verba in Odyſſ. γ᾽. Τὸ δὲ δάπτειν πρωτότυπόν ἐστι τοῦ δαρδάπτειν, ὡς καὶ τὸ μαίρειν τοῦ μαρμαίρειν· ἀπ᾽ αὐτοῦ δὲ καὶ δαπταὶ αἱ μυῖαι παρὰ Λυκόφρονι. Idem in Od. π᾽. Εκ δὲ τοῦ δάπτειν, καὶ ὁ δαπάνη, καὶ δαπταὶ παρὰ Λυκόφρονι, αἱ δακνηραὶ μυῖαι.

1411. Αἱμοφύρτοις μάχαις] Huc pertinent Euſtathii verba in Odyſſ. σ᾽. Ιστέον δὲ ὅτι τοῦ χείλεσι φύρεται αἵματος, πρεπόντως σκυβάλον καὶ αἱμόφυρτος μάχη παρὰ Λυκόφρονι. Et Odyſſ. υ᾽. ubi Homerus habet αἱμοφορυκτὰ κρέα, Τοῦτον (inquit) καὶ αἱ παρὰ τῷ Λυκόφρονι αἱμόφυρτοι μάχαι.

1417. Οἶκος Μαμέρσας] i. e. Athenæ, urbs Minervæ; quæ *Mamerſa*, tamquam belli Dea, ſicut Mars, *Mamertus*, dicitur.

1420. Πλούτωνος λάτειν] Ita vocat Oraculi Delphici interpretem, quod inflata dicatur ab halitu ex profunda voragine, quam ad ipſa Plutonis regna pertingere credebant, emiſſo; de quo conſulere poteris Archæologiæ noſtræ lib. II. Vel quod falſa enunciaret, mercede conducta, ideoque Pluto, nummorum præſidi, ſerviret: is enim Πλούτων dicitur. Ariſtophanes Plut. Act. III. Sc. II.

Μετὰ τοῦτο τῷ Πλούτωνι παρεκαθίζετο.

Ubi vetus Scholiaſtes adeundus.

1428. Πίξξαν] Solem, Ægyptiorum lingua, quam ſub Ptolemæo didicit Lycophron. Unde & ἴερπιν dixit vinum ſupra v. 579. quem vide.

Ibid. Σέλας] Euſtathius in Odyſſ. φ᾽. Ιστέον δὲ ὅτι σέλας οὐ μόνον πυρὸς, ἀλλὰ καὶ ἡλίου ἐστὶν παρὰ Σοφοκλεῖ ὁ ἐστὶ, ὡς ἐν ῥητορικῷ εἴρηται λεξικῷ, παρὰ τὸ σέλας φασὶν ἐμβολάζειν· ὃ δὲ χρῆσις καὶ παρὰ Λυκόφρονι.

1436. Οἱ μὲν ἐν γαίᾳ &c.] Difficilis locus, & ſecundum Canteri verſionem plane ineptus, cum idem ſit *in terra*, quod *in dorſis aratis terræ*. Senſus facile conſtabit, ſi pro γαίᾳ legamus γαίας, & cum Tzetze γαίας ἀρχαῖς exponamus ταῖς ἀκταῖς. Tunc enim prædicit Caſſandra, *prælia quædam in littore maris, quædam in locis mediterraneis futura eſſe.*

1445. Ω, δὴ μεθ᾽ ἕκτην γέννων &c.] Non poſſe ex hiſtoriis, quæ hodie exſtant, explicari hunc locum exiſtimo. Ut plurimum γενεαὶ tres faciunt ſeculum, i. e. C annos, ita ſex γενεαὶ fierent CC anni. Sed à Caſſandra ad Alexandri M. tempora plus quam DCCC. anni intercedebant, adeo ut ſi quælibet γενεὰ C. annos contineret, ne ſic quidem ea tempora ſatis conciliari poſſent. Deinde, quis ille αὐθαίμων Caſſandræ? An è Romanis? Ita quidem Scholiaſtes.

1463. Σειρῆνος ἐστέναξε λοίσθιον &c.] Caſſandra ut fuerit affecta, quatuor comparationibus docet, quæ ſigillatim percurrendæ ſunt. Primo igitur ut ingentem exprimeret ipſius dolorem, ob cædes, devaſtationes, cæteraque horrenda, quæ futura prædixiſſet, eam dicit *in corde gemuiſſe extremum Sirenis melos*: quale nempe Sirenes ab Ulyſſe contemtæ, irarum, deſperationiſque plenæ, propriamque mortem meditantes, ediderunt. Proximo in loco *Mimallonibus* Caſſandram confert, quas notum eſt Bacchi fuiſſe miniſtras, nomenque habuiſſe, quod ejus inſaniam, & furores *imitari* ſolerent; qua alluſione divinos Caſſandræ furores initio libelli hujus jam prius expreſſit Lycophron. Tertio loco, *Sibyllæ* ipſam comparat; quod fatidica fuerit, & ex Phœbi afflatu futura præſenſerit. Ultima comparatio à *Sphinge* ſumta eſt, cui vatem noſtram adſimilat, quod obſcuris ænigmatibus ſenſum ſuum contexerit, ut initio Poematis dictum. Caſſandræ itaque perſonam talem in tragica hac monœdia depingere voluit Poeta: *Lugentem*, nempe, *furentem*, *fatidicam*, & *ænigmaticam*.

1464. Κλάρου Μιμαλλὼν] Huc reſpexit Euſtathius in Perieg. v. 444. ubi, poſtquam docuiſſet Clarum eſſe Colophonis navale, addit: Λέγεται δὲ περὶ Διὸς Κλαρίου μαντεῖον εἶναι αὐτόθι· ὅθεν καὶ παρὰ τῷ Λυκόφρονι ἡ Κασσάνδρα Κλάρου Μιμαλλὼν λέγεται, τουτέστι Βάκχη καὶ μάντις Κλαρία.

Digitized by Google

IN

ANNOTATIONES

GUL. CANTERI

INDEX.

Numeri ad Verſus referuntur.

ACamaniis legatio 495. cum Laodice conſuetudo ibid.
Achilles ad Lycomedem abducitur 277
Achilles cur ſic dictus 176. in Scythiam profectus 186
Achillis ſomnium 171. honores 857
Achilli nubit Medea 174
Achilleus curſus 192
Adonidis interitus 831
Æneas liber dimittitur 1266
Æſacus vates 224
Agamemnon interficitur 1099
Agamemnonis templum 1123
Agapenor Paphum condit 480
Ajax cur ita dictus 456
Ajax naufragium facit 387
Alba inſula 186
Alæni judicium 619
Alexandri M. majores 801, 1440
Amphuryo Teleboas expugnat 933
Ancæus interimitur 480
Andromeda liberatur 836
Anius 569
Anii filiarum potentia 574
Antenor proditor 340
Antenor Æſchyli 335
Antheus occiditur 132
Aonia 1207
Apharidarum cum Dioſcuris contentio 542
Apollo Delphinius 207. Lucroſus ib. Ptous 263. Genitalis 348. Horarius ib. Moloſſus 426. Cypeus ibid. Derænus 439. Silvanus 447. Drymius 521. Sciaſtes 561. Orchieus ibid. Alæus 919. Lepſieus 1207. Termintheus ibid. Sminthius 1304
Arcadum cognomina 480
Aſteria fit inſula 402
Aſterius Europam ducit 1297
Ates colles 29
Atrax 1309
Auratus Theocritum emendavit 308
Aurati emendatio 985
Auſigda 885
Bacchus Servator 206. Supplantator ib. Enorches 210. Figaleus ibid. Problaſtus 574. Laphyſtius 1236. Latitans 1246
Balearium fundæ 633
baris 747
Bebryces 513
Branchus vates 1379
Calchantis mors 426, 980
Carum coloniæ 149
Caſſandra occiditur 1108
Caſſandræ templum 1128
Ceres Ennæa 152. Hercynna ib. Enſifera ib. Oncæa 1224
Cerne inſula 16
Chonia 980
Cilla cum filio necatur 319
Clementis locus emendatus 57
Clete urbem condit 995
Colchi Polas condunt 1021
Comætho 933
Conchea 869
Cychreus 110, 450
Cycnus 237
Cyprus dicta Ceraſtia, & Sphecea 447
Deiphobus 169
Diomedis hiſtoria 592. ſtatuæ 615. preces 620
Diomedis ſocii transformantur 594
Dioſcuri Athenas expugnant 503. in deos relati 510
Dioſcurorum galea qualis 506
Diotimus in Italiam venit 732
Ecteni populi 433
Egeſtes urbes tres condidit 963
Elpenor avum occidit 1034 in Epirum venit ibid.
Elymus 963
Epeus Langariam venit 930 pugil inſignis 943
Epius 1050
Eriſichthon 1391. Ætho dictus 1396
Euripidis locus expoſitus 226
Euripidis locus reſtitutus 1110
Europa rapitur 1283
Eurypylus rex 901
Fagius mons 16
Glaucus piſcator 754
Gonus 903
Græcorum jusjurandum 202, 329
Græcorum nomẽ antiquum 530
Guneus 128
Hecate Longatis 1030, Brimo 1174. Pheræa ibid.
Hector in beatorum inſulas venit 1189. Thebas defertur 1206
Hectoris cadaver venditur 269
Hectoris epitaphium 1206
Hectorea coma qualis 1133
Hecuba lapidatur 330
Hecubæ ſomnium 86, 224, 319
Helena bis rapta 104, 513
Helenæ liberi 100, 849. viri quinque 143. tres 849
Hercules Trojam expugnat 32, 1346. cetum interficit ibid. Scyllam occidit 44. veneno ſublatus 50. gigantes conficit 63. Orontem ſternit 694. Læſtrygones occidit 162. comburitur 916
Hercules initiatus 1327. inter deos relatus 1346

Hercules

Hercules Meciſteus 650. Palæmon 662
Herculis preces 459. templum 871
Hercules Alexandri F. occiditur 801
Hodœdocus 1146
Jaſonis facta 1310
Idæ cum Apolline contentio 561
Io rapitur 1251
Ionium unde dictum 630
Iſchenus 43
Juno Hoploſmia 612. Lacinia 852. Trophæa 1327. Gorgas 1346
Jupiter Thebis natus 1189
Jupiter Luctator 41. Pluvius 159 Fugitivus 287. Agamemnon 335. Cynætheus 399. Erechtheus 431. Gongylates 433. Piſtor ib. Comyro 459. Drymius 535. Promantheus ibid. Cragus 541. Terminalis 707. Cerdylas 1092. Larynthius ibid. Deſcenſor 1369
Lacones ex Arcadia profecti 550
Laodices interitus 316, 497, epitaphium ibid.
Lauri vis 6
Lesbius Pryliſ 223
Letrina 53
Leuci perfidia 1218
Leucoſia 722
Locrenſes Trojam puellas mittunt 1141
Locrenſium peſtis 1141
lupus fit lapis 901
Lycophron excuſatur 1253
Lycophron quare obſcurus 7
Mæra fit canis 334
Mars Saltator 249. Candæus 1409
Meduſæ partus 842
Melancræra 1464
Melitæ catelli 1027
Menelaus in Ægyptum proficiſcitur 820
Menelaus Spartam proficiſcitur 132
Menelai majores 149
Mercurius Cadmilus 162. Cadmus 129. Ctarus 678. Nonacriates ib. Laphrius 834
Meſtræ factum 1393
Midæ factum 1401
Minerva Laphria 356. Janitrix ibid. Bodea 358. Tritonia 517. Longatis ibid. H[illegible]molois ibid. Punica [illegible]7. Tubicina 913. Cydonia 939. Alœtis ibid. Myndia 948. Gygæa 1146. [illegible] 1163. Pallenis 1261
Mnemon 241
Molpidis factum 159
Mopſi duo 429
Mopſi & Amphilochi pugna 439.
Mopſi Argonautæ interitus 881
Mopſopia 732
Muniti mors 499
Myrmidonum ortus 176
Myrtili dolus 162
Myrtoum mare 163
Navium alæ quæ 25
Nauplii doli 386
Neapolis 717.
Nelei imperium 1378. filiæ factum 1385
Neptunus Erechtheus 158. Prophantus 521. Architectus 617. Amœbeus ibid. Enipeus 722 Melanthus 766
Nili nomina varia 120
Numine afflatorum ſigna 3
Oenone moritur 61
Oncium 1224
Ophion 1189
Oreſtes Tauros proficiſcitur 1374
Palladium cælitus demiſſum 363
Parcæ claudæ 144
Paris in Ægyptum fugit 108 in Græciam diſcedit 132, 1362. citharœdus fuit 139
Peleus exul 176
Penelope meretrix 771
pennis capiuntur feræ 104
pes veli 1012
Petrachus 1199
Philoctetes arceſſitus 911. ab hydro morſus. ibid. occiditur 922.
Phœnix viſu privatur 420
Phœnicis ſepulcrum 417
Phœnodamantis concio 470
Phthiri 1379
Phylamus 592
Pithecuſæ unde dictæ 691
Polyanthes 1040
Portunus 229.
Priamus trucidatur 335. cur ita dictus 337
Propertii locus explicatus 433
Proteus Helenam Paridi adimit 113. in Ægyptum redit 116
Protei liberi 116
Proteſilaus trucidatur 525
Prothoi epitaphium 899
Prylis 219
rectæ cænæ 480
roſa Locrenſis 1429
Saturnus liberos vocat 1199
Scamander Smintham extruit 1304
Scholiaſtis errores 70, 94, 184, 326, 433, 497, 694, 768, 840, 1012, 1133, 1429, 1437
Setæa naves comburit 1075 cruci affigitur ibid.
ſigilla veterum qualia 508
Sirenum interitus 717, 722, 726
Sirius pro Sole poſitus 397
Sophoclis locus expoſitus 1310
Taraxippi 43
Telemachus matrem occidit, & ab uxore interficitur 808
Telephus vulneratur 206
Temmices 644
Teneri oraculum 1207
Teni hiſtoria 232.
Terentii locus emendatus 588
Teucer in Cyprum venit 450 Heſiones filius 452
Teutarus, Herculis magiſter 56
Themis Ichnæa 128
Themiſtoclis conſilium 1417
Therſitis interitus 999.
Theſeus Hippolytam rapit 1327
Theſei interitus 1314
Trambelus 467
Triton rex 891
Troili mors 308
Tydeus Melanippi cerebrum vorat 1056
Typhonis uxor 1351
Tyrrhenus in Italiam venit 1351
Venus Caſtnia 403. Melinæa ibid. Trœzenia 610. Morpho 447. Zerinthia ibid. Schœnis 831. Arenta ibid. Colotis 866. Alentia ibid. Choeras 1232
Virgilii locus expoſitus 1110
Ulyſſes Ætho vocatur 432 delphinum gerit 657
Ulyſſes à Thoante flagellatur 779. Æneæ ſocius 1242. à filio occiditur 795. inſaniam ſimulat 816
Ulyſſis oraculum 796. peregrinationes poſt reditum 807. epitaphium ibid.
Ulyſſeum promontorium 1030
Xerxes victus 1432.

Digitized by Google

IN

JOHANNIS MEURSII COMMENTARIUM

INDEX.

A.

ABlegandi filios mos 450
Aboriginum tria genera 1253
Abſyrti ſepulcrum 1318
Acamas cum Laodice coit 495
Acamas, & Diomedes ad Helenam repetendam legati. *Ibid.*
Achilles ſaltu fontem excitat 245
Achilles Hectoris cadaver vendit 269
Achilles in ignem conjectus Pelei interventu ſervatus 178
Achilles in Scyro deliteſcit 276
Achillis curſus 193
Achillis oſſa in Bacchi amphora aurea condita 273
ἀκράτισμα 471
ἀκρατισμα 1225
ἀκρατισμίζειν *ibid.*
Adonis ab apro occiſus 833
ædes obſignari ſolitæ 508
ædium columnas olim effigies humanæ ſuſtentabant 280
ædium fores Apollini conſecratæ 352
Ægæa, Amazonum Regina, in mari periit 402
Ægæi maris etyma *ibid.*
Ægæon à Neptuno victus in mare ſe præcipitat *ibid.*
Ægeus ſub ſaxo enſem, & calceos abſcondit 1322
ægroti in Templis dormiebant, ut morborum remedia poſſent ſcire 1050
Ægyptii vatem deſignantes, canem pingebant 440. hominem à diuturna peregrinatione reducem, phœnicem 681
Ælianus emendatus 1233
Æneæ ſocii menſas ambedunt 1250. Jones Aſia expellunt 987
Æneas quoto anno poſt Trojam captam in Italiam venerit 1253. Trojani populi mens ob prudentiam dictus 1235
Æneas ſolus quæcunque vult ſecum exportat 1268
ærarii 1384
æris uſus vetuſtiſſimus 456
æs olim penſatum 270
Æthon, Eriſicthonis cognomen 1396
Æthræ captivitas 503
Agamemnon in balneo cæſus 1099
Ajax Oïlides in Gyradas petras enatat 390. ob jactantiam à Neptuno in mare præcipitatus 392. ab Agamemnone male ſibi metuens fugit 390
Ajax Telamonius invulnerabilis quomodo factus 455. ejus furor 453. mors 451, 464. ab Hectore gladium dono accipit *ibid.* eique viciſſim cingulum donat *ibid.*
ἄγος 402
αἰγίλιψ petra 1325
alæ navium 25
Alænus Diomedi fratri cur fraudem in judicio fecerit 619
alarum triplex vocabulum 25
Alba urbs triginta turres in mœnibus habuit 1255
Ἀλεξάνδρεια 93
Amazones primæ equis uſæ 1336
Amazones Neptuni, vel, ut alii, Martis filiæ 1332. Atticam vaſtant 1336
Ammianus emendatus 369
ἄμνιον 196
amor ab Ægyptiis laqueo aſſimilatus 104
Amores à veteribus duo ſtatuti 112
ἀμφιμάσχαλος 1099
ἀναλαμβάνεσθαι εἰς γένος 450
Anaxagoras impietatis cur accuſatus 1428
Ancæi poculum, & mors 487
ancoræ, navis dentes 89
Andromeda à Perſeo liberata 834
Anii filiæ à Baccho eruditæ in columbas mutatæ 580
animæ à veteribus μέλισσαι dictæ 293
Anthedonis fabula 754
Antilochus à Memnone occiſus 328
Antiphas à ſerpente devoratus 346
ἀνυποδησία paupertatis indicium 635
ἀπάργματα 1225
ἀπαρχαὶ 1193
ἀπενιαυτισμὸς 1039
apes fumo terrentur 293
ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον 480
Apollo à Caſſandra deceptus 352. Θυραῖος dictus *ibid.* Laomedontis mercenarius 393. cum Ida de Marpiſſa certat 561. præſes quatuor artium 637
Apulejus emendatus in *Apolog.* 112. *Miles.* 1225
ex Aquæ elemento omnia orta veteres quidam putaverunt 145
aquarum natura triplex 392
aquila vehi poſt mortem reges, magnates, divites fingebantur 261
aquila, cremato Imperatoris corpore, à Romanis emitti ſolita *ibid.*
aquilæ clypeis inſculpi ſolitæ 658.

Aramenta

aramenta dicti boves 624
arbores fœlices, & infelices 1157
Arcades αὐτόχθονες 482
Arcades primi annum habuerunt *ibid.*
arcus olim è cornu 563. Scythicus quali forma 917
Argæus Baccho ψευδάνωρ ſacellum dicat 1464
Ἀργείων λόχος 948
Argo navis loquuta 1319
Argyrippa à Diomede condita 592
aries apud Ægyptios quid denotet 558
Ariſba Dardano nupta 1308
Ariſtippi jocus 93
ἀεισον 471
Ariſtoteles emendatus, Περὶ θαυμ. ἀκουσμ. 605. *ibid*, 950.
ἄρκτοι 138
arma in Deorum templa ſuſpendere mos 711
Arnobius emendatus 1292
Artemidorus emendatus 138
ἀσάμινθος 1099
aſinis uſi ad aratrum pauperiores 816. machinariis oculi velari ſoliti 133
ἀσπάραι 855
Ἀσπὶς an Heſiodi opus 834
aſſidui 1384
ἀστέριε 941
Aſterion Europam ducit 1301
Ates colles 29
Athenienſes pro filiorum ſuſceptione ſacrificabant 328. ſervos publicos in militiam mittebant, ut belli impenſas conſcriberent 503. cur id fecerint *ibid.*
Athenienſium in nuptiis mos 483
Athenienſium lex de bobus non occidendis 624
Athenis in arce æneus equus 948
Athos mons à Xerxe perfoſſus 1414
ἄτλαντες 280
ἄτρακτος 40
Averni graveolentia 704
averrunci Dei 288
avertentes Dii *ibid.*
aurei velleris fabula unde orta 1310
aures fontibus mutilari ſolitæ 1402
aurigandi munus antiquitus regium 166
aurum in luctu deponi ſolitum 862
αὐτόδιωτοι 480
Ἀξίερος 162
Ἀξιόκερσα *ibid.*
Ἀξιόκερσος *ibid.*

B.

Bacchus auream amphoram Thetidi donat 273. quæ poſtea inter aſtra relata *ibid.*
Bacchus taurinis cornibus effingi cur ſolitus 209
Βαλιαρεῖς 483
Balearium inſularum mulieres quomodo filios inſtituant 638
balnea quando accedi ſolita 1099
baltheis alligati gladii 1323
βάρβαρ 150
barbari qui, & unde dicti *ibid.*
barbari ξένοι à Lacedæmoniis appellati 415
barbari χελιδόνες nuncupati 1460
baſaſa 678
βασσάρα 1393
βασσαρεῖς *ibid.*
Baſſarides unde *ibid*,
Batea Dardano nupta 1308
bellicrepa ſaltatio 249
è bello reverſi pedes ungebant 579
Berecynthiaca ſaltatio 249
βλέπειν 1019
Briareus πεντηκοντάκρατος 328
Briareus à Neptuno victus in mare ſe præcipitat 402
Βριμὼ, Proſerpinæ cognomen 1176
Bubus veteres arabant, & molebant 624
bubus arabant ditiores 816

C.

Cabiri 162
Cadavera cur olim comburi ſolita 48. Magi id impium putabant *ibid.*
caduceatores ramum ex felici arbore geſtabant 1157
cælibes apud Judæos diſcalceati 635
cæna 471
cæna recta 480
cænare veruſtiſſimi tantum ſolebant *ibid.*
cænas rectas Domitianus renovavit *ibid.*
calcei ſenatorum nigri 635
calceos cælibes geſtare apud Judæos non debebant *ibid.*
calceos induturi pedes ungebant 579
Callimachus emendatus *Epigr.* 170. *Hymno in Delum* 322
calyptra 337
canarium Sacrificium 397. à quibus, cur, quando, & ubi fieri ſolitum *ibid.*
Cardulus 591
canes Ἑκάτης ἀγάλματα dicti 77
canis quid apud Ægyptios deſignabat 440
canis inopinatus conſpectus mali ominis 87
Capella emendatus 838
capræ in rupibus paſcuntur 1325
Cares primi mercede militarunt 1384. rei militaris ſtudioſi *ibid*, eorum inventa *ib.* quomodo ſepeliebantur *ibid.*
Caſſandra vaticinandi peritiam nacta doctorem fefellit 348
Caſtoris pileum ſtrophio circundatum 506
Caſtoris Stroppus, apud Tuſculanos *ibid.*
catamiti dicti πῶλοι 452
cenotaphiorum conſtituendorum mos 370
Ceraſtæ 447
Cercopes in ſimias mutati 691
Cereri præcidanea porca quando mactata 367
Cerne inſula 18
certaminum victores per præcones renuntiabantur 170
cervi 291
Chalybicum ferrum 1109
Chariboea ſerpens 347
χαριστήρια 1091
χελιδόνες 1460
χελιδὼν in equo quid 167
χελιδονίζειν 1460
χημεία 1310
χέρνιψ 196
χλαῖνα 635
Chryſe duas Minervæ effigies Dardano in dotem dat 53
cibum quoties veteres ſumebant 471
cineſacere 227
cipporum ſepulcralium origo 559
clavus in Dianæ templo ſuſpenſus qua de cauſa 190
Cleie, Amazonum regina 1004
clypei olim è boum pellibus 854
clypei Lucanorum è viminibus 854
clypeis aquilæ inſculpi ſolitæ 558
κόδρα dicti Athenienſes 1389
Codrus pro patria obiit 1378
Cœlius Firmianus emendatus 24
columbæ Veneri ſacræ 87
columnæ pro ſimulacris poſitæ 280. in iiſdem hoſtes proſcribi ſoliti 1173
concænæ 480
conchæ pro tubis olim uſurpatæ 250

concionantes

INDEX.

conciónantes ſtare moris erat 470
confarreatio 323
conviviorum tria genera 480
convivium 480
Corinthii Medeæ filiis ſacrificabant 1318
Corippus emendatus 816
cornibus vice poculorum uſi 209
coronæ, mortuis imponi ſolitæ 799. civicæ cur è querna fronde 483
Corybantes 78
Corybantiaca ſaltatio 249
Corythus ab Oenone ad Ilium miſſus 58. à Paride patre occiſus *ibid.*
Cottus τετρώπης 328
creta Aſiatica 1380
creta literæ conſignari ſolitæ *ibid.*
Cretenſes Sminthiam condunt 1306
Cretica ſaltatio 249
Crimiſſus è Phœnodamantis filia Aceſten ſuſcipit 961. Hippotæ filiam comprimit *ibid.*
Cupidini ſagittæ cur affingantur 309
Cupidinis effigies in navis Paridis tutela 110
Cychreus Ὄφις cognominatus 110
Cycnus lapide ab Achille perculſus 233
Cycnus liberos in mare abjicit 235
Cynoſſema 1181
Cyprus Κεραςὶς, & Σφήκεια dicta 447.

D.

Δᾳδοῦχοι ſacerdotes 1179
Δαιμόνιον 1472
Dardanus, è Samothracia in Idam tranat 73. Bateam ducit 1308
Dauniæ, mulieres pullatæ 1177 & virgines nubere nolentes 1153
δειλινὸν 471
Deïphobus quartus maritus Helenæ 168
δεῖπνον 471
δέλτοι 1382
dentes 99
dentes navium qui 99
dentium tria genera 215
deorum filii heroes putati 265
dia fulmina 382
Διαπηςοτομὶς 471
Δῖοι appellati Reges 1124
diffarreatio 323
diluvia tria 79
Diomedearum avium nidificatio 602. judicium de advenis 605
Diomedes Argyrippam condit 592
Diomedes Venerem vulnerat, 910. ab Alæno fratre in diviſione cum Danno deceptus 619
Diomedis ſocii in aves mutati 597. ejus campi 619
Diomedis ſtatuæ in Apulia 615
Διὸς γοναὶ 1194
Dioſcuris pilea à veteribus attributa 506. Λαπέρσαι unde dicti 511
δίσκος 400
dixi 1461
domus obſignari ſolitæ 518
δόρπον 471
Dracones ad theſaurorum cuſtodiam adhibiti olim 1311
δράκων 917

E.

Effigies honoratiorum in cippis poni ſolitæ 559
ἐγχειρίδιον 25
εἰλαπίνη 480
εἰς ἀγαθόν μοι 1472
εἰς κεφαλὴν σοι *ibid.*
ἐκπίπτειν τοῦ γένους 450
Eleuſinia minora in Herculis gratiam inſtituta 1327
Eleuſiniis majoribus peregrino nemini intereſſe licebat *ibid.*
Ἐλλῆνες 532
Epeus inſtrumenta ſua Minervæ dedicat 950
Ἔργον καλόν, ὅμεγν ἄμεινον 483
ἐπικήρυξις 1172
Equus durateus 342. ejus magnitudo *ibid.*
equus October *ibid.*
equus pro nave 1336
ἔρανος 480
ἔργα 816
Erinnyum veſtes 1137
ἕρμα 618. ejus inventor *ibid.*
Eryſichthon αἴθων cognominatus 1390
ἔρωτες 799
ἐσχάρα 684
ἑτερομάχαλος 1099
Etymologicum emendatum 265. 316. 635. 1004.
εὐκταῖα 1091
εὐμαρίδες 805
Euripides primus Medeæ facinus in filios in fabulam introduxit 1381
Europa Aſterio nupta 1301
Europæ imago apud Tarentinos 1299
Europæ raptus *ibid.*
Euſtathius emendatus, *Comment. in Dionyſ.* 110. *Odyſſ.* α΄ 480.
ἐξωμὶς 1099. ejus genera duo *ibid.* qui induti ſoliti *ibid.*

F.

Facere 579
faces myſtæ ferebant in memoriam Cereris à matre quæſitæ 1179. facibus veteres in militiam uſi 1295
factus 579
Favonius 452
felices arbores 1157. Dialis flaminis unguium, & capillorum præſegmina ſub eis operiebantur *ibid.* Flaminica in rica ſurculum de eis habebat, & caduceatores ſupplicia *ibid.*
ferri temperacula quadruplicia 1109
Feſtus emendatus 1299
fidibus docti parvi cum Philoſophis in honore 140
fidicines Romæ ad epulas adhibiti 140
Firmianus emendatus 24
flores ad ſepulcra efferebantur 327
fluviis cur cornua attributa 730.
fluviorum præſides Nymphæ habitæ 274
fluvios adorabant tranſituri, & manus lavabant *ibid.* militares copiæ ſacrificabant *ibid.*
folliculare 25
follum 25
formido 105
frondes ad ſepulcra efferebantur 327
fruges torreri ſolitæ 578
fulgur provorſum 382
Fulguritori Jovi, & Summano quando ſacrificatum 382
fulmen cur Jovi attributum *ib.* ejus tria genera *ibid.*
fulmina Jovis rubra *ibid.*
fulminum diurnorum auctor Jupiter putatus, nocturnorum Pluto *ibid.*
funes olim è viminibus 781
fuſtibus antiquiſſimi fontes interficiebant 1170

G.

Γαμήλια 323
Γάμος 480
generationis ſpecies quatuor 483
Genii regionis præſides 1473. iis ſacrificabant peregre advenientes *ibid.* & ſalutabant *ibid.*

augu is

anguis forma culti *ibid.*
genuini denies 215
gladii à latere penduli 1323
glandes ſub cinere aſſabant 483
glandibus veſci ſoliti veteres *ib.*
glebam mortuis injicere mos 367. cui corporis parti *ibid.*
Gloßarium emendatur 280
Gnoſia ſaltatio 249
Græci poſt mortem Achillis aurum non geſtarunt 860. diſcellum ſimulantes, in Tenedo ſe abſcondunt 345
Græcorum binæ conjurationes 204
Græcum hominem in ſervitutem nefas redigere 513. imo verberare quidem *ibid.*
Γέρανοι 532
Gyges πενταπήτωρ 328

H.

Ha mala 678
Harpocration emendatus 112
Hecatæ, periclitantes ſacrificabant 77. canes immolabantur *ibid.*
Ἑκάτης ἀγάλματα *ibid.*
Hecate nocturnorum terriculamentorum præſes 1176
Hecate triformis *ibid.* ejus ſtatua apud Athenienſes *ibid.*
Hector ſacrificiorum ſtudioſus 1204
Hectorea tonſura 1133
Hectoris oſſa Thebas tranſlata 1194. Apollinis filius putatus 265. *Trojanorum manus* dictus ob fortitudinem 1235
Hectoris cadaver redemptum 269
Hecuba facem ſe parere ſomniat 224
Helena, ἑταίρα dicta 131. bis rapta 147. de ea vindicanda binæ conjurationes 204, Paridi à Proteo erepta 115. à Lacedæmoniis immolanda 102. quomodo liberata *ibid.* in cælum abrepta 822. tres maritos habuit 851. prolem maſculum non peperit *ibid.*
Helenæ crater à Vulcano fabrefactus 854. Pelopi donatus *ibid.* ad Helenam quomodo pervenerit *ibid.*
Heraclides emendatus *De Rebuſpub.* 234
Hercules, à ceto devoratus 33. in ejus ventre quamdiu fuerit *ibid.* Elidem vaſtat 40. Olympicum certamen inſtituit *ibid.* cum Jove luctatur *ibid.* Ajacem pelle involvens invulnerabilem facit 455. Eleuſiniis minoribus interfuit 1327. Hippolytæ baltheum aufert 1320. ſex navibus Trojam capit 1347
Herculi gignendo quot noctes impenſæ 33
Herculis ſagittæ ad Trojæ expugnationem neceſſariæ 56. à Teutaro datæ *ibid.*
heroes Deorum filii à veteribus dicti 265
heroes olim pellibus amicti 455
heroibus arma ἡφαιστότευκτα tribuunt Poetæ 328
Heſiodus guſtata lauro vates factus 6
Heſiodus emendatus 543
Heſione Telamoni datur 377 fratrem flammeo redimit *ibid.*
Heſychius emendatus 29. 131. 175. 219. 580.
Homericorum Scholiorum quis auctor 69. emendatus *ibid.* 91. 487.
homicidarum exilium 1039
homines proceri *ab Achille genus ducere* proverbio dicti 860. virgultis comparati 1097
hordeacei panes antiquitus 483 poſtea in pœnam dati *ibid.*
hoſtiæ Deorum inferorum furvæ 1187
hoſtis 415
hydri folius morſus curabilis 912
Ὑπήκουσεν 1103

I.

Jaſon, Crethei nepos 172
Ἰδαία olim Troja dicta 496
Idæ cum Apolline de Marpiſſa contentio 561
Idomeneus, à Jove quartus 431. à Leuco regno ejicitur *ibid.* Colophonem venit *ibid.* in Cercapho monte ſepelitur *ibid.*
ignis in Lemno inventus 227
Ili ſepulcrum 319
Ilus excæcatus 364
Ἴμβραμος Mercurius à Caribus dictus 162
infelices arbores 1157. ad portenta expianda adhibitæ *ibid.* perduelliones ad eas ſuſpenſi *ibid.*
ad Inferos deſcendiſſe qui dicti 681
inſomnia cur obrepant noctu 225
Jones, ab Æneæ ſociis Aſia expulſi 987. ſupplices à Minervæ ſimulacro avellunt 988
Jovi Fulguritori, & Summano quando ſacrificatum 382
Jovi Victores ſtatuam ponebant 288
ἴουλος 23
Iphigenia, in Scythiam avecta 187. Dianæ Tauricæ hoſpites immolat *ibid.* in Leucen deportata 188. Orilochia dicta *ibid.* ventis mactata 190. ejus metamorphoſis 195
Iphis, Helenæ & Theſei filia 323
ἴπποι 1336
Iſidorus emendatus, in *Gloſſis* 46
Julius Pollux emendatus 131. 1135. 1299.
Juſtinus Martyr explicatus, *orat. ad Græcos* 245. *Apolog.* II. 799
Jupiter, æther putatus 80. Καταιβάτης, & Μῆτις 1370

K.

Καρπεύεσθαι 634
Κασμῖλος 162
καταιβάσιον 480
καμμύκεται 531
κέρας 563
Κερασὶς 447
κέρατα *ibid.*
κεραυνοῦσθαι 382
κεστὸς 93
κεφαλὶς 618
κέφαλον *ibid.*
κλαδῶνες 1464
κόδρα 1389.
κοινὴ τράπεζα 137
κυριῶπις 323
κράσπεδον 105
κρατὴρ Βάκχου 273
κρατὴρ Ταμάσιος 854
κρατῆρες 197
κρίνειν 558
κυνόδοντες 215
καδεία 37

L.

Lacedæmonii peſte vexati, Helenam immolare volunt 102
laceri 1225
Lacinia Juno 857
Lacinius ab Hercule occiſus *ibid.*
Lacones pileati pugnabant 506
Lactantius bis emendatus 3. 154
lana ad ſepulcra efferebatur 799
lanata in pelle nova nupta ſedebat 455
lanea ſacris adhiberi nefas 1266
Laocoon cum filiis à ſerpentibus

7

INDEX.

bus devoratus 347
Laodice cum Acamante coit 495
Λαπίραι 511
lapidibus, fontes obruere mos 331. tumuli ſterni ſoliti 1664
Laurus, vaticinationis ſymbolum 6. Apollini ſacra *ibid.*
Ledæ ovum è luna decidiſſe putatum 88
λέχαι 543, earum duo genera *ibid.* Apollini ſacræ *ibid.*
Λευχερίτειος Apollo *ibid.*
Leuce, Achillis inſula 188. in Leucen appulſi veſperi naves repetebant 193
Leucothoe Ulyſſi naufrago opitulatur 757
librarii 1382
ligna infelicia ad expiationem portentorum adhibita 1157
lignea ſignacula veterum 508
linea 105
lineis velamentis ſacra operiri ſolita 1266
Locrenſium Virgines Ilium mittebantur 1153
λῆδα 1402
Lucanorum clypei è viminibus 854
lucri Deus Mercurius 208
in luctu comam tondebant mulieres, viri alebant 976
ad Lunæ curſum menſes priſci metiebantur 306. poſteriores ad Solis *ibid.*
luſtrationum ſordes in aquas, & trivia projici ſolitæ 1158
Lycophron ab Hortenſii reprehenſione defenſus 335. cur obſcurus 10
lyra poſt cœnam circumferebatur 140

M.

Machina 223
Manium in tutela ſepulcra 884
ſacra eis fieri ſolita in effoſſa terra 884
Mars in nuptiis Harmoniæ & Cadmi ſaltat ſine armis 249
Thraciæ Deus 937
μαχαιρίζειν 1206
μάχαιρος 1099
Medea fratrem, & filios occidit 1313
Medeæ μάγγανα *ibid.*
Medeæ filios Corinthii occidunt 1318. inde poſtea iis ſacra fecerunt *ibid.*
Melachræna 1464
μέλισσαι 293
memoria 370
Menelai clypeus Apollini dicatus 854. cum ſociis phocarum pelle indutus, in littore dormit 849
Μενελαΐτης νόμος 847
Menelaus in Ægyptum venit *ibid.*
menſæ ſacræ habitæ ſalini appoſitu 135
menſæ olim in magna veneratione 137
Mercurius Κασμίλος apud Samothraces 162. Ἴμβραμος apud Cares *ibid.* ejus ſtatuæ cum crumenis 208
merenda 471
meta 233
metatores 244
Metelli 1384
militaris mos 345. 1295
milites è bello reduces pedes ungebant 579
militia ſe abdicantes arma in deorum templis ſuſpendebant 711
militum alii merebant, alii non 1384
Μιμαλλόνες 1464
Minerva tertia die menſis nata 519
Minervæ effigies ante urbium portas poni ſolitæ 356
Minervæ ſimulacrum oculos attollit 361. 988
μισθοφορία Athenis prius illicita, poſt conceſſa 1384
μνήμονες 241
molarum uſus à quo inventus 578
Molpi tibicinis perjurium 234
μῶλυ 678. ejus origo *ibid.* adverſus veneficia prodeſt *ibid.* Ulyſſi à Mercurio datum *ibid.*
monitores olim heroibus additi 241
monumentum 370
Mopſi cum Calchante certamen 429
Mopſi Argonautæ mors 881
μορμώ 342
mors κατ' εὐφημισμὸν ſomni vocabulo molliore appellata 430
morte violenta qui periiſſent, cum iis haſtas inverſas efferebant *ibid.*
mortem ſibi qui intuliſſent nefas cremari *ibid.* ſepeliebantur *ibid.*
mortem fatalem Apollini, & Dianæ imputabant *ibid.*
mortis gradus tres *ibid.*
mortis quod genus miſerrimum 367
mortis genera duo 430
mortui ſacri 444
mortui in cavernis ſepeliri ſoliti 1062
mortui κεκμηκότες dicti 531
mortui coronari ſoliti 799
mortuorum cineres urnis includebantur 369
mortuorum peregre cineres domum mittebantur *ibid.*
mortuorum oculos ſugillabant 370. Romanis id interdiu facere nefas *ibid.*
mortuorum effigies in cippis 559
mortuorum animæ vagari creditæ, & inimicos terrere 1225
mos vetus 239
Μυλάντιοι θεοὶ 578
μύλη 233
mulieres in luctu aurum deponebant 973. comam tondebant 976
μύλος 233
Munitus viperæ morſu interfectus 499
mures lora ſcutorum Cretenſium corrodunt 1306
mutilandi corpora occiſorum mos 1225
Myrrhæ inceſtus concubitus 829
Myrtili hiſtoria 164

N.

Naves olim è pinu 32
naves tutelæ nomine appellari ſolitæ 110
naves *equorum* vocabulo à Poetis nominantur 1336
navium tutelæ 1299. earum nomine dictæ 110
naufragio pereuntes pretium pro ſepultura membro alicui alligabant 367. navium fragmentis ſepeliebantur *ibid.*
naufragis ejectis glebam injicere mos *ibid.* negligentes porca præcidanea Cereri litabant *ibid.* gleba intra quod tempus injicienda *ibid.*
naufragium, genus mortis miſerrimum, & inviſum *ibid.*
navis *dentes* 99
navis nomina ubi ſcribi ſolita 23
navis *pedes* 97
navium *alæ* 25
Nauplius Palamedis mortem qui ultus 385
Neptuno cur tridens attribuitur 392
Neptunus ſalem conglutinavit 135
Neptunus Laomedontis mercenarius 393
Neſo, Dardani uxor, Sibyllæ mater 1465

* A a

Nili

Nili varia nomina 119
Niloa feſta ibid.
Nilus ab Ægyptiis Horomaſdes cognominatur *ibid.* quotannis Ægyptum inundat *ibid.*
nobiliores in montibus ſepeliebantur, aut ad radices 1055
Nonius emendatus 110, 1099
νοθεῖα 453
nothi potentiorum pari cum legitimis in honore *ibid.* privatorum hominum non item *ibid.* quantum ex paternis facultatibus accipiebant *ibid.*
εἶδος ibid.
Novemcubitales qua ratione, quidam dicti 860
numine afflatorum indicium quod habitum 3
nuptialia ſacrificia 323. quibus deabus fieri ſolita *ibid.*
nuptias recuſantes apud Judæos diſcalceati ibant 635

O.

Ὀβριμὼ 698
ὠκύπτερα 25
Oenone medicinæ peritiam quomodo nacta 61. ſibimet manus infert *ibid.*
ὤϊα 69
Οἰνοτρόποι 580
Olympus Saturni collis dictus 42
ὄνος 233
opus 816
ὄϊες qui dicti 110
ὀφθαλμὸς 23
oraculum Athenienſibus datum de ligneis muris 1418
Orion tres patres habuit 328
os ſepulcro ſimile 154
oviculæ qui dicti 110
ovo gallinæ incubanti ſubducto, an filium parituræ eſſent, ſtudebant ſcire mulieres 328
ὀρτάλιχος 25
Οὐρανία Venus 112
ὀρχησταὶ 490

P.

Pagæ 559
Palamedis ſacellum, & ſimulacrum, & ſepulcrum 1097
Palladium, è Pelopis coſtis fuit 53. Dardano à Chryſe in dotem datum *ibid.* è Cœlo delapſum 363. Trojanis à Scythis venditum 53. à viro videri nefas 364
pallium, veſtis ditiorum 635
panes primitus ex hordeo 483. poſtea in pœnam dati *ibid.*
Parcæ forma anili pingi ſolitæ 145
Paridis Lyra Alexandri Magni temporibus exſtitit 140
Paridis judicium 93. ejus nulla apud Homerum mentio *ibid.*
Paridis κρίσις *ibid.*
Paris à Philoctete ſagitta trajicitur 913. mors ab Oenone prædicta 61. Cupidinis effigiem in puppe navis habuit 110. Helenam amittit 115
πέμψις Medeæ 1313
παρθένος 453
Parthenius emendatus 61. 137. 499
Parthenopes ſepulcrum, & ſacellum, & ſimulacrum 719
paſtinacæ marinæ aculeus lethalis 796
πίτυρος 1229
Pauſanias emendatus in *Atticis* 402
pecora paſcere regium olim 91
pedes ungebant è bello reverſi, calceos induturi 579
pedes navis 97
πελειάδες apud Theſſalos mulieres divinandi peritæ 357
Pelops à Neptuno raptus 157
Penetralis Deus 335
pepli duplex uſus 863
πέπλος *ibid.*
perduelliones ad infelices arbores ſuſpendi ſoliti 1157
peregre mortuorum cineres domum remittebantur 369
perenne auſpicari 274
periclitantes in Zeryntho Hecatæ, & Corybantibus ſacrificabant 77
Perſarum reges aquilas in clypeis geſtabant 658. duces & milites Solem *ibid.*
Perſeus Meduſæ caput amputat 840
πίθος 1428
φάλαγγες 1170
φίλος 941
Philoctetes à ſerpente morſus 912
Phylonome Cycni nxor Teni privigni pudicitiam ſollicitat 235
Philoſtratus emendatus 754. 1098. 1323. 1336. 1463.
Φὶξ 1465
Phocarum graveolentia 849
Phœnix Achillis monitor 241 cum patris pellice rem habet 423. excæcatur, & à Chirone ſanatur *ibid.* ad Peleum profugit *ibid.*
Phurnutus emendatus 112. 531
φῶτα 941
pilea Dioſcurorum qualia 506
pilea Dioſcuris cur attributa *ib.*
pinſores 578
piſcatores in ſcopulis piſcatum exercebant 46
Pithecuſæ 691
Plutoni hoſtiæ furvæ immolari ſolitæ 1187
pocula olim è cornibus 209
πίδαξ 1015
Poetæ veteres obſcuritatem affectabant 10
poetarum mos 855
Pollux emendatus 131. 1135. 1299.
Polyxenæ immolatio 323
πῶλος 452
Porces ſerpens 847
præcidanea porca Cereri mactata 367
præciſores 215
Priamus ad Hercei Jovis aram occiſus 335. à ſorore redemtus 337
principes poſt mortem ab aquila vehi fingebantur 261
Proclea Cycni uxor 235
Prodigialis Jupiter 288
προγάμεια 323
Prometheus Junonis, & Eurymedontis filius 1283. vel Aſiæ *ibid.*
Proſerpina Ὀβριμὼ dicta 698. & Βριμὼ 1176
προτέλεια 323
Proteus Helenam Paridi eripit 115
πτερὸν 25. 105
πτέρυγες 105
pueri à matris ntero prodeuntes abluebantur 322. in ſpecubus olim educati 502
pullus 452
πυραμοῦς, placentæ genus 593. victoriæ præmium, quibus datum *ibid.*
purgamentorum ſordes in aquas, & trivia abjici ſolitæ 1158
πρυτανεῖον 1103. quinam intraverint *ibid.*
πυῤῥίχη 249
πυρφόροι in Martis tutela 1295, eos occidere nefas habitum *ib.*
puticuli 284
Pythagorei quibus cenotaphia conſtruxerint 370

Q.

Quingenta myriadibus Xerxes in Græciam venit 1421
Quintilianus emendatus in *Declamat.* 48. *Ibid.* 1225.

R.

Recta cœna 480

Reges

reges omnes Δῖοι appellabantur 1124
reges poſt mortem ab aquila vehi fingebantur 261
regum filii παναπίδαι dicti 91
Rhea Βειρώ dicta 1176
Roma, Latino nupta 1233. Romulum, & Remum peperit *ibid.*
roſa Locrenſis 1429
roſtra *navis dentes* appellata 99
Ruffinus emendatus 3
ruta *agreſtis* 878

S.

Saburræ navium 618
ſaccis ſabulo repletis ad navium firmamenta veteres uſi *ibid.*
ſacrificia veterum duabus de cauſis fiebant 1091
ſacrificia ante nuptias 323. quibus deabus fieri ſolitæ *ibid.*
ſacrificium *Caſarium* 397. à quibus, cur, quando, & ubi factum *ibid.*
ſal hoſpitibus appoſi ſolitus 135. à Neptuno conglutinatus *ibid.* menſas ſacras faciebat *ibid.*
ſaltationum genera 249
Saluſtius emendatus 1225
Saturni collis, Olympus dictus 42
ſaxa priſco ævo quanta 233
ſcorpiones qui dicti 110
σκύπφος 453
σείρια 397
ſenatores pedibus nudis incedebant 635. poſtea nigris calceis niſi *ibid.*
ſepulcrorum inſcribendorum mos 370
ſepulcra ſancta habita 444
ſepulcra in Deorum Manium tutela 884
ſepulcra nobiliorum, & potentiorum in montibus, aut ad radices 1055
ſepulcra olim in cavernis 1062
Servius emendatus 1015
Sibyllæ antrum 1278
Sibylla Melachræna 1464
Sibyllæ quæ, & unde dictæ 1465
ſignacula veterum lignea 508
ſimiæ myſtica ſignificatio 1000
Sirenis vox 1463
ſirius pro ſole 397
σπεῖρα 634
σπούρα *ibid.*
ſodales 480
Solinus emendatus 719
Solonis σεισάχθεια 112
σίλος 400
ſomnus pro morte κατ' εὐφημισμὸν 430. cur mortis frater dictus *ibid.*
ſontibus aures mutilare mos 1396
Sophocles emendatus, *Antigon.* 239
Sophoclis Scholiaſtes emendatus 249
σφαγεῖον 196
σφάγιον *ibid.*
Σφίκαια 447
Σφῖκες dicti Cyprii *ibid.*
Sphingis effigies in lucis conſecratæ 7
ſportula 480
ſpurii, Principum pari in honore cum legitimis 406. privatorum hominum non item *ibid.* hæredium accipiebant mille drachmas *ibid.*
Stephanus emendatus 77. 110. 131. 578. 593. 605. 851.
Steſichorus emendatus 115
Strabo emendatus 361. 1250
per Styga jurabant Dii 706. per eam pejerantium ſupplicium *ibid.*
ſubmonitores heroibus attributi 241
ſudatorium 1103
Suidas emendatus 400. 508. 543
ſuis, quæ triginta pepererat, ſimulacrum 1259
Summano, & Fulguritori Jovi propter provorſum fulgur ſacrificabant 382
σωδάτιον 480
Syracuſani poſt mortem Achillis aurum non geſtarunt 862

T.

Tabellarii 1382
tabellis loco chartarum utebantur *ibid.* forma earum triangularis *ibid.*
taberna 543
tabernæ Romæ ad Pilas *ibid.*
Τεμέσαιος κρατὴρ 854
ταρσός 25
ταῦροι 730
tauri effigie Bacchus cultus 209
τάφος ἔμψυχος 154
telamones 280
Telephus à Baccho ſupplantatus 213. ab Achille vulneratus *ibid.*
Temenus Herculis abnepos 804
Tenni hiſtoria 234. 235. 239
Teta 357
Teucer in Cyprum appellit 450
Teutari ſagittæ 56
Thebani ſoli Bœotorum ad Ilium non militaverunt 1195
Theognis emendatus 704
Theſeus unde dictus 1323. enſem, & calceos ſub ſaxo abſconditos aufert *ibid.* à Lycomede occiditur 1324. Helenam rapit 147
Thetis filios in ignem abjicit 178. auream amphoram à Baccho dono accipit 273
Thymbræus à ſerpente devoratus 347
θεσπιάδαι 508
θεῖρα 674
θύειν τὰ ἀλφάτεια 274
θύειν τὰ ἀπολάσεια 1473
τίλη 1103
τίλων *ibid.*
tibicines olim Romæ ad epulas adhibiti 140
Tireſiæ prudentia 682. vivacitas *ibid.*
Tireſias vir, & fœmina 683
τράμπις 97
tridens cur Neptuno aſſignatus 392
Τριτογένεια Minerva cur 519
Τριτομῆτις *ibid.*
Τριτοπάτορες 328
Trojæ expugnandæ tria neceſſaria 56
Troja quater capta 69. olim Ἰδαία dicta 496
Troja luſus 249
trutina in æde Saturni 270
tubarum loco olim conchæ 250
tunica, pauperiorum veſtis 635
tunicæ manuleatæ Romæ infames 1099
turres ligneæ in navibus 1432. in urbium mœnibus 1255
tutelæ nomine naves appellatæ 110
Tydeus Melanippi cerebrum vorat 1066. apri pellem geſtare ſolitus *ibid.* Deiphilem uxorem duxit *ibid.*
Tyndarus omnibus Diis ſacrificat excepta Venere 143. ejus filiæ connubia mutant *ibid.*
Tyrrheni indigenæ 1351
Tyrrhenus cum Lydo ſortitur de regno *ibid.*
Tzetzes (*Iſaacius*) emendatus 1039

V.

Varro emendatus *de Vit. Pop. Rom.* 367
vatem deſignantes, canem pingebant Ægyptii 440
venandi ſtudium olim heroicum 499

Veneres à veteribus duæ putatæ 112
Veneris πανδήμου ſimulacrum *ib.*
veſperna 471
veſtimenta veterum æſtate linea, hyeme lanea 635
veſtimenta auro, picturiſque intexi ſolita 762
veſtis nigra in luctu 971
victores Jovi ſtatuam ponebant 288
victoriæ vetuſſimum præmium placenta 593
vimina olim pro funibus 717
virgines olim ungebantur 579
viri in luctu comam alebant 976
vittæ è lana antiquitus 327
vittatæ olim hoſtiæ, & ſacerdotes *ibid.*
Ulpianus emendatus, *Comment. in Demoſthenis Midian.* 503.
Ulyſſes clypeo Delphinum inſculptum geſtabat 658. Manibus ſacrificat 684. ventos in utre concluſos habet 738. naufragus à Leucothea ſervatur 757. ſibi ipſe navem facit *ibid.* à filio occiditur 796.
ungulæ concavæ in equis laudantur 167
urnis mortuorum cineres imponi ſoliti 369
vultures τάφοι ἔμψυχοι dicti 154

X.

ξίτυ 415
Xerxes Helleſponto pontem impoſuit 1414. ejus exercitus 1421. ejus ſella in qua pugnam navalem ſpectavit 1429

Z.

Zerynthus, antrum in Samothracia 77. ſacra ibi cur facta Hecatæ, & Corybantibus *ibid.*
Zeuxidis Helena, meretrix appellata 131. quid de ea ipſe pronuntiarit *ibid.*

I N

IN
JOHANNIS POTTERI
COMMENTARIUM
INDEX.

A.

ABantum tonſura 1130
Acheruſia palus 695
Acheruſia via 90
Achilles Τυφὼν dictus 177. novemcubitalis 860. Pentheſileam occidit 999. mortuæ amore captus *ibid.* Therſitem interficit *ibid.* ejus comæ 1133
Acroceraunii montes 1017
Æa 1024
Æas 1020
Æetes unde dictus 1024. Eidyiæ maritus *ibid.*
Ægilus 108
Æneas Ænon condit 1236
Æſarus 911
Æſchylus illuſtratus 1176 1188. 1283. emendatus 1331.
Æſchyli Scholiaſtes emendatus 1192. *ibid.*
Æſculapius ἤπιος dictus 1054
Æthices 802
Æthilla naves Græcorum incendit 921
Agamemnon, Jupiter dictus 335. pro aere poſitus *ibid.* quo pacto à Clytæmneſtra occiſus 1104. 1199
ἀγηλαταὶ 436
ἀγηλάτῳ *ibid.*
ἀγκυρούμενος 67
ἄγρυπνος τέχνη 386
αἰγίλιψ 1324
αἱμύλος 1124
αἴθλος 4
αἴθυιαι dicti nautæ 230
Alba inſula 188
Albunea 107
alæ pro velis, & remis 25
ἀλέκτορες pro viris fortibus 1094
ἀλιβδύειν 351
ἀλκαὶ ἄμικτοι 518
Alcmena quo pacto Herculem enixa 843
Almopia 1237
ἀμαλάπτω 34
Amazones bis à Theſeo laceſſitæ 1329
amor, affectus calidus 309
ἀμφίβληστρον 1009
Amphictyonici concilii ſedes 645
ἀμφιμήτορος 19
ἀμφίπολις 19
Amphryſus 900
ἄμπρον, ἀμπρεύειν 635
Amyclæ 559
Amycus 516. Neptuni filius 767
ἀναμάσσεσθαι τὸ ἀπέρυγμα 9
ἀναπτυχίζειν 9
ἀναυλόχητος 745
ancora, *pes* navis 27
ἀντλεῖν 10
Anthedon 754
Antiope à Theſeo rapta 1329
Apollo, Λοξίας 14. Δελφίνιος, Κερδῷος 208. Πτῷος 264. Τλάτης 448. Δρύμιος, Περμασσοῦς, Αἰθίοψ, Γυράψιος 536. Κράγος 541. Σκιαστὴς, Τελφούσιος 561. Κιλάθιος 574. Τεγυραῖος 648. Patareus, Delius 920. Ἰατρὸς, Λεψιεὺς, Τερμινθεὺς 1204. Hectoris pater 264. ejus antrum 208. vatum præſes 6
ἀπολυτρωτικαὶ θυσίαι 1091
ἀποπληρωτικαὶ θυσίαι 1091
aqua rerum omnium principium 145
Ἀρχὴ Σκυθεία 1324
arcus triumphales reparare nefas 1328. arcus δράκων dictus 918
Argonauticæ expeditionis cauſa 1309
Argos pro tota Peloponneſo 850
Argos Hippium 592
Argyrini 1017
Argyrippa 592
ἄειος 532
Arne 644
Arpi 592
ἅρπυιαι 167
Asbyſtæ, Asbytæ, Asbetæ 848
Asbyſtes fluvius *ibid.*
Aſiæ & Europæ termini 1285
Aſtyanax unde dictus 281
aſylorum origo 335
Ates colles 29
Athenienſes Iones olim dicti 989
ἀπιμάζειν 1124
ἄπταλος 39
Attica vetus dialectus Ionicæ ſimilis 989
Avernus 704
αὐγαὶ pro oculis 71
αὐλὸς 40
αὐλὼν 40, 389
αὐλῶπις 40
Aurora, Pegaſi mater 17. ejus equi *ibid.*
auroræ ſurgentis deſcriptio 18
Auſones 44
αὐτοκλάδελος 745

B.

Βακχεῖον 28
Bacchicus furor 28, 143
Bacchus πάνεργος, ταυρόμορφος, &c. 209. ejus ſacrificia 77
Bajæ 694
Bajus 694
βαλβὶς 13
Baleares inſulæ 633. earum incolæ fundis celebres 637. eorum fundæ quales 636
βάσις 747
βαστέρνα 771
Bebryces 516
Bocarus 451
Bœoti γ in β mutant 592
Βρισεὺς 129
βρόγχος 405.

Βυνὴ, Leucothea 107
Bunimi 800
Bura 592

C.

Καιῶν κλύδων, πέλαγος 228
Cadmilus 162
Calchas, Apollinis cycnus 462
καλλίφεγγος 23
Calydnæ 25. 1029
Calydnus 1029
Camilla 162
camillus 162
Canaſtra 526
canes Hecatæ immolabantur 77
capillos tondendi mos 976
caput demetere 1110
Carpathus 924
caſmilus 162
Caſſiteridum incolæ quomodo veſtiti 1137
Caſſandræ mors 1110. ejus perſonam qualem depingere voluit Lycophron 1463
καταιβάτης 382
καταξαίνειν 300
καταπίπτοντος 239
κατασκάπτειν 222
κελαινὸς 7
κυλλαστὶ 1387
Centumviri 210
κέπφος, κεπφωθεὶς 76
κὴρ 1294
κέρατα 574, 7030
Ceraunia, urbs 1017
Ceraunii montes 1017
κέρδος 208
Ceres, Ennæa 152. Hercynna, Erinnys, Enſifera 153. Δηὼ 620, 698. ejus victimæ 77
Cerne 18
Chæron, Apollinis filius 640
Chæronea 640
Chaladra 1342
Chalaſtra 1342
Chanaſtra 1342
χαριστήρια 1091
χειρῶναξ 521
χελιδόνες 1091
χέρνιψ 209
Chiron *ſemifer* 650. Saturni filius 1200
χοιράδες 367, 633, 723
cicadæ juventutem renovant 793
Cimmerii 695
Circe Ææa 1024
κίρκοι dicti raptores 131, 169
κνώψ 1217
Clemens Alexandrinus emendatus 335
Clytæmneſtra cur viperæ comparatur 1120
Cocytus 705
κώδων 37
Cœlus à Saturno caſtratus 869
κόγχος 1104
columba in Hieroglyphicis quid ſignificet 357
coma Hectoris, Achillis, & Abantum 1133
Κομαυδοὶ 934
comburendi cadavera mos 48, 54
contingere 382
convivia nuptialia 146
κόρη 695, 851
corvorum vivacitas 795
Corybantes Samothraciam incolebant 78
Corythus 58
Creſtone dicta Thracia 937
Crimiſa, Petilia dicta 911. à Philoctete condita *ibid.*
Κρόνου ὄχθος, pro Olympo 42
κρανεὸν 369
crucifixionis pœna 1075
κτίσαι, pro ποιεῖν 1176
κυβιστὴρ 296
Cychrea 451
Cychreus 451
Cycnus, Ligurum rex 426. cycnus pro vate *ibid.* Apollini ſacer *ibid.* ejus cantus *ibid.*
Cynthus 574
κυπὶς χερμάδων 333
Cyphus 897
Cyrenæi 848. à Laconibus orti 559
Cytæa urbs 174

D.

Δαῖσαι γάμον, τάφον 146
δάμαρ 57
Dardanus è Samothracia profugus 72
Dardanus, urbs 1129
Dardi 1129
Daunii Hectoris tonſuram imitabantur 1133
demetere caput 1110
δεξιὰς 51
dextris ſalutandi, paciſcendi, &c. mos 51
διαλλακτικαὶ θυσίαι 1091
Diana, Cynthia 574. Orthoſia, Orthia 1331
δίαυλος 40
δίκης βραβεῖς 129
δίκτυον 1099
Dii ſub Saturno Οὐρανίωνες, ſub Jove Ὀλύμπιοι dicti 1192
Diomedes, Arpos condidit 592. Dardos delevit 1129. ejus inſulæ 599. aves 601.
Dizerus 1026
Dolonci 331
δόλος ἄξιφος 50
δόχμη, menſuræ genus 284
διαφθορικαὶ θυσίαι 1091
dotes virginales 549
Drepanum 869
δεῖρος 322
Dyme 591

E.

Eidyiæ maritus 1024
Elei 151
ἔλλοπες 598
ἐμάλαψε 34
Enipeus 722
Enna 152
ἐναυγάζουσι 71
Eordi 1342
Epei 151
equus ſoli immolabatur 77
Erectheum, Neptuni templum 158
Erinnys Telphuſia 1040
Eryx 866
ἰσμὸς 415
Etymologici Auctor emendatus 14, 93, 640.
εὐκταῖα 1091
Evenus 1011
εὐῶπες naves dictæ 23
εὐφημισμοὶ ab animalibus deſumi ſoliti 1159
Euripides explicatus 88. ejus *Scholiaſtes* emendatus 161
Europæ & Aſiæ termini 1283
Euryampus 900
Eurytanes 799
Eurynome cœli regina 1193. à Rhea deturbata *ibid.*
Euſtathius emendatus 40, 541, 555, 695. ejus error 940
ἐξάρχειν νόμον 250

F.

Facere 1176
fluviis cornua cur attribui ſolita 730
fortes viri, ἀλέκτορες dicti 1094
fulmen Bellonæ 462
funda Balearica 636
funes navium 20
Furiarum, parens 20. habitus 1137

G.

Galadra 1342
Galanthidis fabula 843
galli viros fortes denotant 1094
γάμος, convivium nuptiale 146
γεῖσα 291
geminare voces quas ob cauſas ſolent Poetæ 766
genitivus caſus loco adjectivi poſſeſſivi poni ſolitus 318
γεῦσαξ 382
Gigantes apud Phlegram debellati 115
γλανὶς 718

Glanis

I N D E X.

Glanis 718
Golgi 588
graculi 1159
Γραικοὶ 532
Græcorum clades, poſtquam è Troade ſolverunt 382
gubernatoria ars ἄγρυπνος 386
Gymneſiæ 633
γυμνῆτες 633
γυναικονόμοι 146
Gythium 98

H.

Hecate, Αγγάτης 1032. Pheræa 1180. ejus parentes 1175. ei canes ſacri 77. Sacra cum lampadibus facta 1179
Hector, Apollinis filius 264. Trojæ columna 281. obex hoſtium 527. ejus lucus 1208. tonſura 1130
Hecubæ, ſomnium 91. calamitas 331
Helena, πόρτις & *juvenca* dicta 102. πελειὰς 131. quinquivira 143. Argiva 850
Helorus 1033
Heraclea 854
Hercules, τριέσπερος, σκαπανεὺς, βυγαιάδας 652. Trojam expugnavit 31. liberos ſuos occidit 36. Olympica certamina inſtituit 41. cum Jove luctatus eſt *ibid.*
Heſychius, emendatus 20, 25, 93, 98, 158, 718, 896, 284, 455, *ibid.* 941, 1134, *ibid.* 1369. explicatus 860
Hippodamiæ fabula 162
Homeri Scholiaſtes emendatus 95
hoſpitii violatio, grave crimen 136
hoſtis 464
Hyle 448

I.

Jaſon ad aureum vellus petendum miſſus 1309
Ichnæ urbs 129
Ida 1297
Ιδαία 496
Ιλιος 1150
illaqueari 1099
ἰμάσειν 436
incantationum uſus, & inventio 309
indicativi modi futurum, pro imperativo 9
Inferum mare 649
infinitivi modi, pro imperativis 9
Inopus 575
interfectores circa defuncti ſe-
pulcra trahi ſolebant 267
Io ad inſaniam adacta 405. nomen Ionio mari dedit 631
Ion quis 989
Iones dicti Athenienſes 989
Ionica dialectus veteri Atticæ ſimilis 989
Ionium mare 631
ἴυλος 23
ἰουλότεζοι, navium epitheton 23
Iphigenia ubi mactata 326
irretiri 1099
Is, fluvius 724
ἴσμα 731
Iſſa 220
ἰθωμήτειον 6
ἴυγξ 309
Juno, Lacinia 854. Τερμία 1328. Παντομφαία *ibid.* Γυνία *ibid.* Io ad inſaniam adegit 405.
Jupiter, Πανομφαῖος 6, 1328. Παλαιστὴς 41. Ομβειος, Pluvius 80. Τμώλιος 158. Agamemnon 335. Belus *ibid.* Hammon *ibid.* Δρόμιος, Περμανθεὺς, Αἰθίοψ, Γυράψιος 536. Κρῆγος 541. Τερμιῶος 1328. Τερπικέραυνος *ibid.* Σκυλοφόρος *ibid.* Βυλαῖος *ibid.* Ελευθέριος *ibid.* Γένιος *ibid.* Κεφάλας 1092. Πλουτοδότης *ibid.* Δώτης ἐάων *ibid.* Καταιβάτης 1370. ei dicari ſolebant montes excelſi 42
juvencæ cur dictæ mulieres 102

L.

Lacedæmonii breviloquentiam affectabant 1124. dolis infames *ibid.*
Lacinium 854
Lacmon 1020
λακωνίζειν 1124
λακωνισμὸς *ibid.*
Ladon 1041
Lagaria 930
λαιὸν χερὸν 333.
Λαίστεια 54
Lametia 1085
Lametinus ſinus *ibid.*
lampadum certamen 734
lampada tradere *ibid.*
laqueus 1109
Laris, fluvius 724
Las 95
lauri in vaticiniis uſus varii 6
Λέπλωνις 49
Leucophrys, dicta Tenedos 346
Leucoſia, inſula 723. Siren *ibid.* Æneæ conſobrina *ibid.*
Leucothea, Βυίη, & Albunea 107
libidinoſæ, πελειάδες dictæ 131. θυιάδες 143
Ligea, Siren 726. inſula *ibid.*
λαξὸς 14
λύκειον 901
λύκοι dicti raptores 147
Lycomedes Theſeum ſcopulo deturbat 1324
Lycormas 1011
Λυκοσόμιον 901
luctæ deſcriptio 41
lugentium habitus 862, 976

M.

Macella 927
Mæra 334
Majorca 633
Malea 94
manuum abluendi mos ante ſacra 209
mariti κύνες dicti 57
Mars, Thraciæ Deus 937
μάστιξ 436. μαστίξαι *ibid.*
Medea, Cytaica 174
medicina veterum 61
Megarſus 444
Melantho à Neptuno compreſſa 767
Menedemi Cynici habitus 1137
Menelai ortus 150
Meneſtheus regnum Athenienſe occupat 1324.
Mercurius, Κερδῷος 208. Καδμίλος 162
μηρίνθου uſus in currendi certamine 13
μέσον ὀχμάζειν 41
Minerva, Aglaurus 335. Laphria, Πυλαῖτις, Πολιὰς, &c. 356. Budea, Αἴθυια 358. Βία 520. Σθενιὰς 520, 1163. Αγελεία, Ληΐτις 853. Σάλπιγξ 915. Cydonia 936. Αγείστια 1152. Mamerſa 1417. Scelera abominata oculos in tecta convertit 362. oleam invenit 1152. cum Neptuno contendit de Trœzene 1163
Minorca 633
Minyæ 874
μῶμαρ 1134
montes Dei 42
montes excelſi Saturno, Jovique dicati 43. ſacrificandi loci *ibid.*
Μόνιμος 498
mortui Plutoni ſacri 1188. eorum cineres in urnis recondi ſolebant 369
Munitus 498
muſtelæ cur è collo pariant 843
Mylaces 1021
Myrmidonum fabula 176
Myrtili fabula 162

Ναξιὸς

Digitized by Google

I N D E X.

N.

Ναυμὸς 80
νασὶς 640
Ναΐαδες 921
naufragi dicti δύνοι 381
Nauplii fraus 386
Νηίαδες 921
Neapolis 717
Neapolitani ludos in honorem Parthenopes inſtituebant 732
νέος 569
Neptunus, Ægæon 135. Erectheus 158. Oncheſtus 645. Enipeus 722. Melanthus 767. Ἱππηγέτης, Ἵππιος, Ἱπποκούριος ibid. Tyro compreſſit 722. Amycum genuit 767.
Nericus 896
Neritium 769
νηρὶς 896
nigra pro occultis 7
nigro colore delectabantur Inferi 1137
Nox mater Furiarum 437
numerus perfectus pro imperfecto poni ſolitus 210
nummularii templa frequentabant 193
νύσσα 15

O.

Oceanus, Deorum antiquiſſimus 145. fluvius habitus 730
ὀχμάζω 41
Ocinarus 726. ἄγνος dictus 730
ὄλιξ 1005
Oenones fabula 57, 58, 61
Oenomai fabula 162
οἰνὰς 357
οἶσεν 405
Olenus 590. Olenia capra *ibid.*
Ὀλύμπιοι dicti Dii ſub Jove 1192
Olympus, Saturni collis 42
ὅμηρος 422
Oncheſtus 645
ὀπίτερος 452
Ophion, cœli dominus 1192. à Saturno expulſus *ibid.*
Ophrynium 1208
optandi modus pro imperativo ab Atticis adhibitus 9
oracula Delphica à Plutone proficiſci ſolita 1420
ὀρέων ζυγὸς 204
Oreſtes draconi, & ſerpenti cur comparatur 1120
ὀργυιὰ 860
Orthoſia 1331
Othryadis Lacedæmonii tropæum 1328
Οὐρανίωνες Dii ſub Saturno dicti 1192

P.

Πάγω 405
πάγουρος 417
παρ' ἀλλήλας λέξεις 353. χῆμα ἐκ παραλλήλων *ibid.*
Parcæ claudæ 144
Paridis expoſitio, judicium, &c. 91
parſimonia priſcorum 91
Parthenius emendatus 58
Parthenope Siren 717. ludis ſolennibus honorata 732
Patara 920
pecora paſcendi ſtudium regium habitum 91
πῆχυς 860
πηγὸς 336
Pegaſus, Aurora natus 17. ejus alæ *ibid.*
πήληγος χρυσῶν 228
πελαργοχρῶτες, navium epithet. 24
πελειάδες pro libidinoſis 131
πέλειαι, πελειάδες 354, 1159
Peleus Phocam occidit 901
Pelias oraculum accepit 1309 Jaſonem ad aureum vellus rapiendum mittit *ibid.*
Pelinna 922
Pellene 922
Pelopidarum agna aurea &c. 162
Pelops Myrtilum occidit 162
Penelope, meretrix à nonnullis habita 771
Pentheſileæ mors 999
Perſæ in montibus ſacrificabant 42
pes navis quid ſit 97
pes veli quid ſit 1105
Petilia, Crimiſſa dicta 911. à Philoctete condita *ibid.*
πέτρα pro inſula 723
Phædra Veneri templum dicavit 610
Phalacra 24
Phaleri arx, Neapolis 717
φαλὸς 357
φάλαρα 357
Phavorinus emendatus 76, 93, 358, 1089, 1328, 1369
Pherecles Paridis naves fabricavit 97
Philoctetes Petiliam condidit 911
Phlegra 115
phocæ χαμευνάδες 849. earum graveolentia *ibid.*
Phocas à Peleo occiſus 901
φαλίζειν 6
φαλὰς 6
Phœbus, vatum præſes 6
Phœnix cur πάγουρος 417

φύλαρχος 593
Picentini Hectoris comam imitabantur 1130
Pindari Scholiaſtes nuperior quis, & qualis 1131
πλάτης 821
πλάξ 98
Plinius ſenior emendatus 601
Plutoni ſacra facere 1188
Plutus dictus Πλούτων 1420
Pœmandrica regio 326
ποιεῖν 1176
Ποιμανδρία 326
Polæ 1022
πολιὰ 453
Polieum 854
Pollux emendatus 1130, *ibid.*
πῶλος 453
Polymneſtoris calamitas 331
porcos paſcere ignobile 91
Priamus unde dictus 337
Promethei mater quæ 1283
prophetæ τόμουροι dicti 223
προσήλωσις, ſupplicii genus 1075
Proſerpina, Deois 620. Κόρη 698, 851. Δάειρα 710
Protei fabulæ 115
Proverbia Salomonis explicata 76
σπατίλαι, qui ferre ſoliti 298
σχοινία 20
Pſalmus Davidis explicatus 17
Pſamathe Peleo infeſta 901
πτερὰ, de quovis celeri dicta 17
πτερώματα 56
Ptolemæus Hephæſtio emendatus 152
puella 851
πύραργος 91
Pylæ 410
πύλαι 410
Pyramus 739
Pyrenæi montes unde dicti 1017
Pyriphlegethon 699
Pyrrhus dictus *Scyrius draco* quare 185

R.

Raptores, dicti ἅρπαι 133, 169. λύκοι 147
rete 1099
retinacula 20
Rhæcelus 1236
Rhea Eurynomen è cœlo deturbat 1192
Rhithrum 768
ros pro aqua 322
ruminare negotium 9
ῥύσταγμα 1089

S.

Sacrificiorum genera 1091

ſagittarum

INDEX.

ſagittarum alæ 56
ſagitta ἰοὺς dicta 918
σαλάμβαν 98
Salamis dicta Cychrea 451
Salapia 1129
ſalis uſus, & ſanctitas 135
Salmydeſſus 196
Salpe 1129
Salpina palus 1129
Samothracia, Corybantum ſedes 78. Saus dicta ibid.
Sarapta 1300
σαργάνη 1101
Saturnus, montium excelſorum præſes 42. Cœlo patri virilia amputavit 869. Ophionem è cœlo expulit 1192. in equum ſe mutavit 1200. Κένταυρος *ibid.* Chironis pater *ibid.*
Saus dicta Samothracia 78
Scandea 108
σκαπτῖδες 382
σκάνα 28
Scias 561
σκιὰς 561
σκώληκες 1159
Scylla *ſemifera* 650
Scyrius draco, pro Neoptolemo 685
Scyrus 685
σκῖρος 397
σέλμα 1217
ſepeliri, i. e. vorari 413
ſepulcrum pro ventre *ibid.*
ſepulcrorum honos 335
ſerpentes pellem renovant 793
Setæa 1075
Setæum *ibid.*
Silaris 724
σπεῖρα 634
σπίλος 1134
σπιλὰς *ibid.*
Siris 854
σμῆριγξ 37
Soli equi immolabantur 77
Solinus caſtigatus 717
σολοικοφανὴς 254
ſpectra armis terreri credita 685
Sphinx cur κιλαυρὰ dicta 7
ſpolia Minervæ dicari ſolebant 853
σταυροὶ 290
Stephanus Byzantinus emendatus 95, 98, 115, 129, 264, 439, 451, 591, 718, 726, 799.
σίφρος 652
σίρξαι 525
Strabo emendatus 601
στρόβιλος 89
σύγγαμοι odioſæ 1116
συγκαταπάλτης 222
συγκομιστήρια 541
Suidas emendatus 24, 77, 208, 309, *ibid.* 436
συντεταραγμένος 1101
σύφαρ 793
Syrtes Libycæ 648

T.]

Tamaſa 854
Tanagra 326, 645
Tanais 1288
Ταράξιπποι 43
ταργάνη 1101
ταρσὸς 25
Tauchira 878
ταυρόμορφος τρέμπις 1299
Tegyra 645
Telphuſia 561
Temeſa 854
Temmices 640
templa nummulariis plena 93. eorum origo 335
Tenedos dicta Leucophrys 346
Tenericus campus 1211
Tenerus vates 1211
Terina 726
τέρμινθος 1204
Tethys Dearum antiquiſſima 145
Teuchira 878
Thaletis opinio de rerum principiis 145
θαλύσια 541
θαλύσιος ἄρτος 541
Thebæ Calydnæ dictæ 1209
θῦναι 1176
Themis, Solis filia 129. Ichnæa *ibid.*
Thermodon 645
Thermopylæ 410
Thermydra 924
Thermydrus 924
Therſitis mors 999
Theſei mors 1324. in Amazonas expeditiones duæ 1329
Thoas 1011
Thracia, Creſtone dicta 937
θυάδες dictæ mulieres impudicæ 143
θύννοι dicti naufragi 381
θυνεῖται 193
θυνεῖς 193
Θύσαι 106
θυσιῶν εἴδη 1091
Tilphoſſus 561
Tilphoſſa *ibid.*
τιμαλφέστατος 364
Titarus 901
τιθαιβώσσειν 621
τίθημι 1176
τόμουροι 223
Torgium, Siciliæ mons 88
τόργος 88
tonſura Hectoris 1130. Abantum *ibid.*
Torone, Protei uxor 115
τοξόδαμνος, & τοξοδάμνος 1331
τρώμπις 97
Trampya 800
tranſtrum quid 1217
τρήρωνες 1159
Trœzen 610
Troja ter capta 69
tropæa ſtatuendi mos 1328. eorum materia *ibid.*
τρόπαιον ἱδρύσαι *ibid.*
τρόπαιον κοσμῶν *ibid.*
Trychas 373
tubarum inventio 915. genera *ibid.*
τύμβος 335
τυφλαὶ χοῖρες 1102
Τυφῶν 177
turtures 1159
Tuſcum mare 649
Tymphæa 802
Tymphe 802
Tyro, Salmonei filia 722. Enipeum fluvium amat *ibid.* à Neptuno polluitur *ibid.*
Tyrrhenum mare 649
Tzetzæ vita 1, 2, 3

V.

Vates, quo modo afficiebantur, cum oracula edebant 3. quali honore habiti 4. lauro quot modis uſi 6. τόμουροι dicti 223. πελειάδες dictæ 357
vatum præſes Apollo 6. Jupiter *ibid.*
velorum *pedes* 1015
Venus, Arſinoë 335. Caſtnia 403. Melinæa *ibid.* Melænis *ibid.* Morpho 449. Trœzenia 610. Ξείνη 832. Colotis 867. Colias *ibid.* Golgorum regina 588. ei columbæ mactabantur 77
veſpas irritare 181
via orationis 10
victimæ certæ quare certis Diis oblatæ 77, 1137
vinum Baccho offerri ſolebat 77
vinum Lagaritanum 930
vipera quid denotet in Hieroglyphicis 1120
vivus in Orcum deſcendere 497
unigenæ 17
unus è multis 518
ὕψιστον τιμάτων 305. κακῶν *ibid.*

X.

ξένος varias habet ſignificationes

Z.

Zerynthus 77
ζυγὸς 1217

F I N I S.

* Bb

Addenda p. 111. col. 2. lin. 9.

Aliud argumentum, quo Commentarius hic à *Joanne Tzetze* conſcriptus fuiſſe evincitur, peti poteſt à Scholiis ad *Pindarum*, quæ τῶν νεωτέρων vulgo dicuntur. Nam ſi conſtiterit, quod ea Scholia eundem, quem hic Commentarius, Auctorem habuerint, & is *Joannes Tzetzes* fuerit, res extra dubium collocabitur. Jam quod is Scholiaſtes Commentarium in *Lycophronem* compoſuerit, manifeſtum eſt ex ipſius verbis ad Olymp. Od. IV. p. 156. col. 1. Edit. *Oxon.* ubi poſtquam Jaſonis fabulam explicavit, ſtatim ſubjungit: Εἰρήκαμεν δὲ πλείω ἱστορίαν πλατύτερον ἐν τῇ τοῦ Λυκόφρονος παραφράσει. Locus autem Commentarii in *Lycophronem*, quem ibi reſpicit, exſtat vers. 174. Deinde quod *Joannes Tzetzes* eorum Scholiorum Auctor fuerit, non ſine ratione colligitur, tum quod nemo alius oſtendi poſſit è Scholiaſtis Pindari, qui *Lycophronem* Commentario illuſtravit; tum quod hoc ejus Epigramma *Pindari* operibus præmitti ſoleat:

Ἰωάννου γραμματικοῦ εἰς βαλανεῖον ἔχον Πίνδαρον.
Αἴθε σε, Πίνδαρε, μᾶλλον ἐμοῖς ἐκάθηρα ῥεέθροις,
Καί κεν ἄρειον ὕδωρ τὸ μὸν ἔφηνα μόνον.

P. 174. ad v. 1428.

Πίξζαν] *Solem.* Hanc vocem, Lexicographis omnibus incognitam, vir Orientalium Linguarum peritiſſimus *L. Pickius* Gallus, à *Coptitis* petitum eſſe voluit, uti me nuper admonuit vir venerabilis *G. Wake*, Decanus *Exon.* Illi enim ſolem vocant πι ρη, *pe re*. Nec abſimile vero eſt, *Lycophronem*, qui Alexandriæ cum *Ptolemæo* familiariter vixit, & è Pleiadum ſeptem numero habitus eſt, vocabulo Copticæ originis uſum fuiſſe; cum alii quoque Auctores verba quædam ex ea lingua in Græcam tranſtuliſſe comperiantur. Sic enim *Sappho* vinum vocavit ἔρπιν, quod *Coptitæ* appellant πι ερπ, *pe herp*. Quæ vox apud *Lycophronem* quoque noſtrum occurrit v. 579. *Euſtathius* in ſuo ad *Homerum* commentario obſervat ὕσιρ cor, à *Plutarcho* dici ὄσιρεν· quod quidem *Coptitæ* vocant πι ρηθ, *pe reth*. Denique, ἄθηρα, quod apud *Platonem*, *Ariſtotelem*, *Plinium*, *S. Hieronymum* pultim ſignificat, à *Coptitis* deductum eſt, apud quos πι θρι reſpondet τῷ βρώμου *Græcorum*.

Libri impenſis *Joannis Oweni* editi, vel mox edendi.

Lycophronis Caſſandra, cura *Joannis Potteri*, in Folio.

Tatiani Oratio ad *Græcos*, & *Hermiæ* irriſio *Gentilium Philoſophorum*, ſtudio *Wilhelmi Worth*, A. M. in 8°.

Spicilegium SS. Patrum, ut & Hæreticorum Seculi poſt *Chriſtum* natum primi, opera *Joannis Erneſti Grabii*. Vol. I. in 8°.

Spicilegium SS. Patrum, ut & Hæreticorum Seculi poſt *Chriſtum* natum ſecundi. Vol. II. in 8°.

Suidæ Lexicon, cura *Ludolphi Neocori*, tribus Voluminibus in Folio.

Hugeni Opera omnia, duobus Tomis in Folio.

M. Tullii Ciceronis opera, cura *Thomæ Cockman*, A. M. & Collegii *Univerſitatis* ſocii, duodecim Voluminibus in 8°.

VA1
155427 5

Digitized by Google